M.E.C.D. 2017

M.E.C.D. 2017

S. XVI
204

M.E.C.D. 2017

M.E.C.D. 2017

D. BONAVENTVRAE A BALNEO REGIO DOCTORIS SERAPHICI, ORDINIS F. MINORŨ QUÕDAM MINISTRI GENERALIS, ALBANENSIS EPISCOPI, AC R. ECCLESIÆ CARDINALIS, IN SACROSANCTŨ IESV CHRISTI SECUNDŨ LUCAM EUÃGELIUM COMMENTARIJ, DIUINIS SCRIPTURIS & SENSU PLENI, IAM PRIMUM IN LUCEM ÆDITI.

Misericordiam & iudicium custodi. Osee. 12.



Hæc cū vicerit quę vincit mundum fides nostra. 1. Ioan. 5.

Aduersario vestro diabolo resistite fortes in fide. 1. Petri. 5.

BIBLIOTECA PROVINCIAL

ANTVERPIAE *apud Gregoriũ Bontiũ sub scuto basilicnsi*
Cum priuilegio Cæsareo.
1559

M.E.C.D. 2017

1140

M.E.C.D. 2017

REVEREN=

DO AC RELIGIOS. IN CHRISTO patri F. Matthiæ VVeenſen Dordracenſi, fratrum minorum almæ inferioris Germaniæ prouinciali Miniſtro uigilantiſſimo, F. Ioannes Mahuſius ab Aldernardo, immeritus fratrum minorũ in inſigni academia Louanienſi lector, cum omni tum reuerẽtia tum obſeruantia S. D.



VM iam indies creſcẽtibus atq; uernantibus literarum ſtudijs Reuerende pater totus mundus ad eam unicam penè curam ac ſolicitudinẽ incumbat, ut pro ſua quiſq; portione, aut ipſe noui aliquid, quo ſtudioſorum labores adiuuet, ſuo ingenio, ſuoq; marte (ut aiunt) cudere laboret, aut quo publicæ Chriſtianæ religionis inſeruiat utilitati, ex angulis atq; abditiſſimis ſcriniorum latebris aliorum lucubrationes & uigilias eruat, & in lucem dare, nõ ceſſet. Nulli mihi magis, nulli iuſtius ac acrius increpandi uidentur quàm religioſi illi, qui ſuæ profeſſionis excellentiſſimos uertices, maximaq; eccleſiæ lumina & ornamenta inter ſitus & ſordes, inter blattas & tineas per ſocordiam intermori ſuſtinẽt. Hæc dum animo ſolus mecum uolucrẽ R.P. ac

M.E.C.D. 2017

ſimul incidiſſem in plurima D. Bonauenturæ opera, quæ nobis uir ille diuinus atq; ſeraphico feruore ardentiſſimè accenſus & illuminatus cõſcripta reliquit, iam penè comeſta atq; deuorata à uermibus, exarſi deſiderio labores tanti uiri ab iniuria uindicandi, quò ſaltẽ uel guſtus aliquis eius columinis populo, & maximè noſtri ordinis fratribus ac cõcionatoribus propinaretur. Dũq; nihil haberẽ quod agerẽ, & tãtus intrá arcta cordis mei pomœria ardor flagraret, nec ulla uſquam melioris ſpei rima aperirctur: tandẽ in mentem uenit, ut ad tuam Reuerendã paternitatem omniũ ſtudioſorum aſylum, uelut ad ſacram anchoram confugerem, ibiq; omnis deſiderij mei arcanum ſimpliciter atq; ingenue expanderem, & fauorem ſimul cum auxilio quàm poſſem humillimè precarer, efflagitarẽq;. Sed hic planè equum ad planiaem prouocaui. Siquidẽ nulla unquam ſphæra eminens in præcipitio ad uolutatũ ſic fuit inclinata, atq; generoſiſſimus ille animi tui cãdor propenſus, ut tela quam meditãbar, ad umbilicum diducerctur. Quam equidem animi tui indolem unicè ſemper in te admiratus ſum ac ueneratus. Nã alij non dubito alia in te diuinæ clementiæ ſuſpiciũt munera. Et ea eorũdemq; optimos uſus, promotiones, honores, Imo (ut uerius dicam) noſtri ordinis onera, fatigationes, & [illegible]an iuſtis neſcio, certe magnis ubiq; atque ſublimibus præconijs extollere nunquam ceſſabunt, idq; perfacile, habent enim campos latos, & materiẽ fœcundiſſimam. Nam ſiue ingenium, ſiue doctrinam, ſiue morum

M.E.C.D. 2017

ſiue morum probitatem,ſiue honeſtatem uitæ,ſiue con cionum fructus,uelint:innumeri illos Antuerpiæ doce= bunt.Vbi plus q̃ decem annos perpetuos cõcionatoris munere ſumma cum laude ac utilitate perfunctus es. Sin promotionum laborioſos magis atq; ærumnarum plenos titulos,q̃ glorioſos, ſpectẽt: quis te in Gardia= natus officio diutius ac laudabilius præfuit? quis unq̃ una eademque in prouincia, tanta patrum diſcretorũ cõcordia,præter te,quater ad miniſteriatus munia,rite atq; canonice electus eſt? Adde ijs quòd reuerendiſs,in Chriſto dominus D.Cardinalis tituli ſanctæ crucis,qui hactenus in ſingulare quoddam Romanæ Eccleſiæ ornamentum ac commodum dei beneficio & gratia inter ſuperos ſeruatur. D. Franciſcus, uir inſigni ſa= gacitatis atq; ingenij acrimonia, nec minore pruden= tia,pariq; ſanctitate præditus,cum noſtri ordinis Ge= neralatũ per uniuerſum orbẽ æque prudẽter atque lau dabiliter adminiſtraret,& ad Brabantiã deſcendiſſet, ſimulq; & eruditionis,& probitatis, & experientiæ tuæ accepiſſet guſtum,uocatus à Sanctiſs.Papa Clemẽ te eius nominis ſeptimo ad urbem,te unum delegit,in quẽ quaſi alter Athlas (qui ſcapulis cœlum ferre per= hibetur)onus ordinis,& ſi non omne,maximam certe partem exoneraret,ut tuæ ſapientiæ luce omnes ubiq; citrà Alpes prouincias illuſtrares ac re[illegible]. Quàm autem id ſapienter, uiriliter, ac bene feceris,teſtatur capitulum Aſſiſijs tum proximè celebratum, ubi cum comitia omnium uenerabiliũ patrum uocalium totius

M.E.C.D. 2017

ordinis nostri sacerrimi fierent, atq; inibi essent legitimè cõgregati, uoluit reuerendiss. D. Cardinalis prætatus eo temporis nostri ordinis Minister generalis, ut Ministri & Custodes nationis Germaniæ sibi eligerẽt Cõmissariũ generalẽ, qui plenam super ipsos authoritatem exerceret, & errantes docere, arguere, mederi cum omni imperio possit. Idq; ob pestilentissimas Lutheri hæresiarchæ uomicas ac fœces, quæ indies magis magisq; exulcerare & erumpere cœperunt, atq; contagioso & morte amariori tabo in innocuam Christi plebeculã defluere, ne quid ob longinquas eius absentias, aut suis fratribus, aut ouibus latratu fratrum à lupis tutandis, discriminis contingeret. Vbi mox sine cõtrouersia omnium uoce, cõcorditer & canonicè electus, ut in cũctis Germaniæ partibus, quas prius ex delegatione (ut diximus) tanti patris, sed unius ut substitutus, optime gubernaueras, nunc ab omnibus approbatus ac cõfirmatus, omnium nomine à rabidis lupis, à morsibus caninis, à satellitio dæmonũ (Lutheranos dico) agnos Christi sanguine emptos ac lotos defendares cõseruaresque. Cæterum quas cum illiusmodi uirulentis bestijs atq; satanicis excetris difficultates subieris, patres dicant prouinciales nationis Germaniæ, quos sequenti anno ad conuentum Durensem prouinciæ Colo[illegible]omnes conuocasti. Porro in capitulo Parmẽsi cum R. ac religiosiss. P. F. Paulus Parmẽsis Minister generalis Vltramõtanus eligeretur, ac iuxta unionis diploma Commissarius generalis Cismontanus

necessario

M.E.C.D. 2017

necessario sorte eligendus, rursum omnium suffragijs ac punctis in generalem Commissarium Cismõtanum assumptus es. Neq; enim alium in ordine uigilãtiorẽ, neq; alium magis idoneum, ipsa experientia optima rerum magistra, iam certò didicerant. Vnde quarto factum est, ut triennio illo elapso, & capitulo omnium patrium Cismontanorum in conuentu Tolosano prouinciæ Aquitaniæ per te legitimè celebrato, cum iterũ patres totius orbis omnes in unum ad capitulum Niceuse confluxissent, & ipse R. in Christo pater Minister generalis, qui usq; hodie uniuersi ordinis habenas in manu habet, ac temperat. F. Vincentius Lunelus, uir industrius, doctus pariter ac probus, tũc in generalem Ministrum ritè & canonicè electus, Alpes transiret, non sine uniuersorum patrum assensu, & singulari generalis capituli definitorum consilio, te suum generalem Commissarium Cismontanum relinquendum curasset, asciueritq;. Quæ quidem cõmissio quatuor iam annos integros durauit, nimirum donec ipsemet R. in Christo G. Minist. præscriptus ad conuentum nostrum Antuerp. peruenit. Iam si quis ad labores declinare uoluerit, & paulo pensiculatius ærumnas tuas & pericula euolucre, quæ subisti dum iniectæ sarcinæ atque commissæ prouinciæ pro fidei conscientiæque stimulo respondere satagis sudasq;, nõ uideo procul dubio, quo nauigio, quoue remige ex hoc pelago [illegible]gare potuerit. Tredecim enim capitulis generalibus interfuisti. Deaes Alpes emẽsus es. Nullus est angulus Hispaniæ, nullus

nullus Italiæ,Germaniæ,Galliæ,Britanniæ,Scotiæ,Hyberniæ,quem nõ peragraueris.Inter ſcopulos & ſaxa, inter medias Scyllæ atq; Charybdis uoragines,in profundo maris barathro conflictatus, ſocijs,plurimáque cæterorum hominum turba , & libris propria manu deſcriptis,ſupellectile omni auro atq; topazio chario re,ac uero theologo digna,relictis:uix nudus enataſti. Ad hæc ſi anguſtiam, ſi malcuolorũ opprobria,ſi malignantiũ perſecutiones,obtrectationes,inuidias(quæ ex uirtutibus,uelut umbra ex lumine, naſcuntur)quis longius perſequi laboret , nullus erit neq; modus neq; finis . Verum de ijs alij aliàs . Vnam ego(ut dixi)in te animi dotem, omnium meo iudicio præſcriptorum genitricem ac matrem,plurimi ſemper feci, nempe ingenuam illam atq; ſynceriſſimã animi tui generoſitatẽ, qua maiores tuos, ipſe maximus, ſemper amplecteris, exoſcularis,amas,prædicas,colis & extollis. Nullius rei(uti euidentiſſimum eſt)auarus aut cupidus, quàm ut proceres ſacerrimi ordinis noſtri,ita ut ſunt,maximi ubiq; prædicentur habeanturq;. At quoniam id nudis elogijs fieri haudquaquàm poteſt,nullo alio dubio procul efficaciori argumento præſtabitur,quàm ſi immenſi illorum labores,uigiliæ,ſtudia,lucubrationes in medium proferantur, quæ non tantum populares aures caſſo ſonitu feriant , ſed & oculos paſcant & animos. Hinc fuit ut ſtatim poſt humilem meam ac ſupplicem precationem ſuper edendo quopiam D. Bonauenturæ opere factam,pro nobiliſſima animi tui

propẽſione

M.E.C.D. 2017

propẽſione,qua(ut præſcriptũ eſt)maiorum noſtrorũ cauſſas ſuſcipis,negotia amplecteris, ſtudia ornas,nomina tueris,atq; adeo omnem honorem auges & gloriam, quaſi ſemen aliquod fertile in pauperi loco ac ſterili conſpectum,è deſiderij noſtri agello, quod uehementer nimis uolebamus, rapueris, quatenus quòd noſtra uel tenuitas uel paupertas nulla ratione effectũ dare potuit, tua ſaltem authoritate promoueretur, tuóq; auxilio & opera cõſummaretur perficercturq;, quemadmodum & factum eſt. Mox enim doctoris noſtri cõmentarios,quos in ſacroſanctum D.Lucæ euangelium doctè ſimul & copioſè ſcripſit (quoniã pauci admodum pro dignitate tanti euãgeliſtæ in eius euangelium ſcripſêre) diſſui iuſiſti, pérque ſingulos almæ noſtræ prouinciæ inferioris Germaniæ conuentus diſtribui. Vt eò & citius & diligentius,minoréque cum grauamine excriberentur. Profectò fecerunt illi quidem pro uirili,ſed(ut ſimpliciter eloquar quod uerum eſt)non potuerunt quæ iam ſemicomeſta erant & corroſa corruptiſſimáque, non corruptè ſcribere. Quo factum,ut quanquam quatuor eſſem nactus exẽplaria (primũ ſiquidem conuentus noſter Gandauenſis dedit. Secundum Bruxellenſis. Tertium Traiectinus ſupra Moſam. Quartum uenerabile collegium dominorum canonicorum regularium ex Bethleem prope Louanium) ut ne ijs quidem omnibus adiutus præſtare potuerim,ut omni ex parte abſolutũ prodiret opus atq; beatum, quamuis minuta adinodum ſint quæ forſan deſidera-

M.E.C.D. 2017

deſiderabuntur. Certé quicquid ſit, dũ quod impreſſum eſt cum antiquis illis atque uetuſtis exemplaribus confero, non parũ gaudeo, & D. Bonauenturæ ac noſtro ordini gratulor, tantum theſaurum ex Aegyptiaca caligine, & pluſquám Cimmerijs tenebris uel ad tam illam lucem pertractũ. Si quid reſtat, poterit per otium ab alio urſi in morẽ lambendo expoliri. Interim ſat fuerit delibaſſe hoc argumento qualis S. Bonauentura in tractandis ſacris eloquijs fuerit, quamque lectas habuerit & meditatas diuinas literas. Quod quidem & ante nos egregium illud ingeniorum miraculum ac unicus idemq; inſignis philoſophantium phœnix & anteſignanus Ioannes Picus Mirandula

Ioannes Picus Mirandula.

facilitare percupiuit, ſi exemplar Gandauenſium á fratribus noſtris, precibus extorqueri potuiſſet. Neque id immerito, quãdoquidem nemo (quem ego ſane legerim) aut crebrius, aut aptius, aut fœlicius denique ſcriptura ſcripturã elucidat declaratue, quam hic noſtri ordinis princeps B. Bonauentura. Proinde ſi qui hactenus incircunciſis labris atque conſpurcato ore auſi ſunt obblaterare, ſcholaſticos nunquám ne legiſſe quidem biblia, quales cõplures breui extitêre, hæc legant, quó dimiſſis pennis ac petulãtia errorem ſuum agnoſcant, & digito manuq; labella depeſcentes, deinceps uelut piſces ſilẽt. Hæc etenim noſtri doctoris delibatio ſatis ſuperque declarabit, quàm fuerint ſcholaſtici in arcanis literis uerſati. quanq; iugi memoria illas cõplexi ſint, & meditationis ſuauio exoſculati. Quippe qui poſt

M.E.C.D. 2017

qui post regiam illam bibliorũ intelligentiam abstru
sissima quæque eruere, eruta enodare, enodata uero o-
culis atque auribus hominum ingerere omni mentis
industria, omni ingenij succo & uigore conniſi ſint.
Cæterũ an omnibus neſcio, certè noſtro antiſtiti atq;
primati hoc omnium ceſſit longè fœliciſſimè, prout
eius ſcripta teſtes ſunt & indices. Cuius ſi iuſtas ple-
nasq; laudes ſcribere conarer, non tam calamus defi
ceret & charta quàm uita, ita ille omnium omnibus
calculis atque ſuffragijs ſuperior eſt. Proin ne incon-
ſulto à littore ſoluens ſtatim in ipſo portu in ſyrtes ac
ſcopulos infigar miſer, & poſt naufragiũ in profun-
do mari expes fluctuem, multo ſatius fuerit uela con-
trahere, quàm Apellis artificium temerè affectantem,
formam per ſe bonam atque uenuſtam meá imperitiá
reddere deteriorem. Cæterum ne quis ſtupidior
& cõmuni ſenſu ac cerebro uacuus (qui ex hiſce com
mentarijs aliiſque D. Bonaucturæ ſcriptis neſciat bo
nam de uiro rectanque pro dignitate ſententiam con
cipere) non intellectum uelut inglorium minuſque au-
thẽticũ aſpernetur aut reſpuat, operæpretiũ arbitror,
Ioannis Gerſonis cancellarij pariſienſis uiri ſine con-
troucrſia ingenij perſpicaciſſimi incorruptiſſimique
iudicij, unum duntaxat è multis de D. Bonauentura
culogiũ (quod uel talpis linceos addat oculos) in mediũ
proferre, quo cuius doctrinæ cuiuſue ſpiritus D. Bona-
uentura fuerit meridiano ſole clarius intucantur. Sic
itaq; ſcribit in libro de examine doctrinarũ circa finẽ.

Si quæratur

M.E.C.D. 2017

Gerſon. SI *quæratur á me, quis inter cæteros doctores plus uidcatur idoneus. Reſpondeo ſine præiudicio, quòd Dominus* Bonauentura, *quoniam in dicendo ſolidus eſt & ſecurus, pius & iuſtus & deuotus. Prætera recedit à curioſitate quantum poteſt, non immiſcens poſitiones extraneas, uel doctrinas ſeculares, dialecticas, aut phyſicas terminis theologicis obumbratas, more multorum, ſed dum ſtudet illuminationi intellectus, totum refert ad pietatẽ & religioſitatẽ affectus. Vnde factum eſt ut ab indeuotis ſcholaſticis (quorum proh dolor maior eſt numerus) ipſe minus extiterit frequentatus, cum tamen nulla ſublimior, nulla diuinior, nulla ſalubrior atque ſuauior pro Theologis ſit doctrina. Quanto denique diligentius in ſenectute mea ſum reuolutus ad ſtudium ipſius, tanto facta eſt amplius cõfuſa garrulitas mea. Dixíque mecum, ſufficit hæc doctrina, ut quid ſtulto labore conſumeris? quid dictas? quid ſcribis? Multipliæntur potius & tranſcribantur opera doctoris iſtius, de quo uere dicitur illud Chriſti de Ioanne. Erat luccrna ardens & lucens & cætera.*

Addam & illud Ioannis Trittenhemij, *qui de D. Bonauentura ſub nomine* Euſtachij *in eccleſiaſticorũ ſcriptorum catalogo ſuo, ſic ait.*

Trittenhemius. EVſtachius, *qui &* BONAVENTVRA *de* Balneo [illegible]ano *natus, ordinis fratrũ minorũ miniſter generalis ac deinde* episcopus Albanẽſis, *& ſacroſanctæ* Romanæ *eccleſiæ cardinalis,* Alexandri de Ales *quondam auditor & diſcipulus, uir in diuinis ſcripturis eruditi-*

M.E.C.D. 2017

eruditissimus,& in seculari philosophia nobiliter doctus,ingenio subtilis & clarus eloquio, uita & conuersatione deuotus atque sanctissimus,cuius ingenium dotem naturæ & uitæ puritatẽ præceptor eius Alexander contemplans dicere solebat.In fratre Bonauentura Adã peccasse non uidetur.Scripsit multa & profunda & deuotissima opuscula, quibus ardẽtia uerba proferens,non minus affectũ legentis in Christi amore accendit,quàm intellectum doctrinis sanctis illuminat. Omnes enim sui temporis doctores utilitate operum facile præcellit,si spiritũ diuini amoris & Christianæ deuotionis in eo loquentem attendas. Profundus est, non uerbosus,subtilis non curiosus,disertus nõ uanus, flammantia non inflantia uerba proferens, unde & securius legitur,facilius ab amante intelligitur,utilius frequentatur, dulcius & fructuosius retinetur. Multi doctrinam proferũt,deuotionem prædicãt multi,pauci scribendo libros docuerunt utrãque. Bonauentura autem & multos superauit & paucos, dum eius doctrina deuotionem,deuotio instruit doctrinam.Si ergo & doctus uis esse & deuotus, illius opusculis esto intentus. hactenus ille. Legat qui uelit & Chronica chronicorũ sub ætate sexta. Atq; alios innumeros, qui tanquam mutuum inter sese certamen præconiorum D. Bonauenturæ sumpserint,ita contendũt, quis illũ sublimius subuchere et laudibus decorare amplius possit. Et ne sic quidẽ illius meritas plenasq; laudes consequuntur,adeò illius doctrinæ uis & energia,

adeò

M.E.C.D. 2017

adeò illius uitæ ſanctimonia & maieſtas omni ore & organo eminẽtior eſt. Verũ ut ad commentarios D. Bonauenturæ in Lucã reuertamur, ſtylus ſatis rotundus eſt, ac plane ſcholaſticus Hæc propter nõ defuerũt, qui obnixè contenderent, ut humilioribus ſubductis, plauſibiliora ſubſtituerentur, ac uelut leporis aliquid aſpergeretur. quorum non potui ſatis demirari ſententiam. Illi tamen hac ratione moti ſunt, quòd multos experiamur hodie, qui ſtatim ad omnia nauſeant, quæ carent rhetorum condimentis ac floſculis. At meo iudicio, nullus ob dictionis ſimplicitatem, ſententiarum pietatem faſtidire aut aſpernari debet. Ad hæc cum conſtet, illi ſcribẽdi facultatem haudquaq; defuiſſe (quòd affatim in ſpeculo diſciplinæ, & in B. patris noſtri Franciſci uita recluditur. Vbi illius ſtylus non modo mundus eſt & lepidus, uerumetiam totus aureus ac gemmeus) quis ſcit quo ſpiritu ductus ſacras literas humiliori orationis filo retexat? An quia aperto ac plano textu á ſpiritu ſancto cõditæ ſunt & inſpiratæ? Nihil igitur optime pater in hoc ſancto opere alienum expectes, niſi fortè unam aut alteram dictiunculam, quam ſubinde uel abiicere uel mutare coactus ſum, ubi planè aut deerat & deſiderabatur, aut ab alio adiectitia nihil quadrans propoſito conſpicuè deprehendebatur. Malim enim in loco uel ſoloeciſmũ uel barbariſmũ relinquere (modo poſſit utcunq; intelligi) q̃ uiolare quod ille ſcripſerit.

Hic poſtremo fortaſſis locus eſſet paucis declarandi quantum moleſtiæ in corrigendo atq; mundando ſubierim

M.E.C.D. 2017

ſubierim, ſed ego planè hoc ſuperuacaneum duco & inane. Propterea quod nihil addubitem alios id pro me copioſe dicturos, ubi cætera D. Bonauẽturæ opera in uulgus prodierint. Scripſit enim in canonicas literas & alia innumera. Nam ipſe penes me habeo commentarios illius in omnes epiſtolas Diui Pauli apoſtoli, opus inſigne, elegans, diuino afflatu ac ſpiritu ualde fœcundum. Sed quis perpetuam illam iugemque ſeruitutem obibit? ut tanq̃ claudus ſutor domi ſedens, nihil aliud trutinet, aliud nihil meditatione uoluat, tra-ctet, quám quî bonum aurum á ſcoria poſſit & luto uindicare? Nam opus ingens eſt & immenſum, quater maioris & amplius quantitatis, quàm quicquid in Lucam ille ordinis noſtri egregius paſtor & dux B. Bonauentura unquam elucubrauit. Cæterũ impenſas & ſumptus honeſtiſſimus ac integerrimus uir, certiſſimuſq; & noſtræ religionis, & rei publicæ utilitatis amator Gregorius Bontius (qui & hos in Lucã commentarios, opera ac formulis uigilantiſſimi diligentiſſimiq; Typographi Ioannis Criniti imprimi iuſſit) lubens ſuppeditabit, dummodo quod in Lucam emittitur placeat ſtudioſis, & ſacri euangelij paulinarumq; epiſtolarũ ueris cultoribus. Proinde ſi ſtudioſi uerbiq; diuini ſatores (quibus doctor ſeraphicus maximè commodus eſt) commentarios in Lucam auidè [illegible]parauerint, procul dubio tandem & in omnes epiſtolas Pauli elucidationes B. Bonauẽturæ uidebũt. Scripſit inſuper & in omnes epiſtolas catholicas, quod & ipſe penes me habeo

M.E.C.D. 2017

me habeo. Habeo & in Iob, in Ecclesiasten, in Ioañẽ. Penes te R.P. habuisti in duodecim prophetas minores, ut nobis frequens retulisti. Sunt qui & in Marcum & in Matthæum uiderunt. Scio ubi in cantica canticorũ lateat. Quæ olim fortassis omnia a tineis & blattis quibus cum hactenus rixantur, uindicabuntur, modo ad palatum faciat & studiosorum genium, quod iam sub Christi bonis ac D. Bonauent. auspicijs euulgatur. At utinã quotquot huiusmodi aliquid (siue nostri ordinis fratres, siue alio titulo Christo domino militent) habent, ad uenerabilem doctum pariter ac omni probitate præditum patrem Fra. Ioachimum Gheetæum Antuerpiensem, ibiq; Gardianum dignissimum, destinare dignarentur, profectò conseruaret ille quidem, ut est uir incomparabilis fidei atq; integritatis, cõmissũ diligentissimè, fieretq; exemplarium uarietate ac copia, ut omnia emẽdatius, emunctius, tersius, purius, nitidius, in hominum manus peruenirent. Valc R. pater: Dominus Iesus R. T. P. diu nobis incolumẽ seruet, sospitet, ac tueatur. Antuerpiæ, pridie Calendas Iulij, Anno dominicæ incarnationis

1 5 3 9

M.E.C.D. 2017

PRIMAE PARTIS D. BONAuenturæ in Euangelium Lucæ

INDEX

ACtiuorũ tria incõmoda, Solicitudo, Turbatio, Diuisio 499
Angelicus aspectus mortalibus admirabilis est 17
Angelus pastoribus aut apparuerit 81
Angeli lucis & tenebrarum quæ differentia 82
Anima dominum quando magnificet 44
Animæ interpretatio 105
Animæ à domino curantur tripliciter 185
Animæ ariditas spiritualiter quid sit 243
Animæ ariditas uarie proueniens 243
Anima uerè pœnitens, debet habere pudorem, timorẽ & dolorem 331
Apostoli a domino ter uocati leguntur 205
Apostoli pluribus figuris fuerunt præfigurati 247
Apostolorum sex combinationes designãt sex gradus profectus uirtutum 249
Apostolorum pedes, affectus prædicatorum spiritualiter 471
Arma dæmonũ quæ sint 532
Auditores uenientes ad Christum de sex locis attrahuntur 257
Auditoris boni conditiones sex 195
Auscultatio in synagoga existentiũ ad uerbũ dñi 167

BAptismus triplex est 153
Beatitudinis quatuor partes 282
Beelzebub quare in euãgelio exprimitur 526
Beneficentia perfecta quæ est 272
Benefecentiæ munera sunt uaria 273
Blasphem[illegible]ac quot modis 216
Bonorum cõgregatio triplex est 156
Bonum commutabile triplex

M.E.C.D. 2017

ad quod abstrahimur & il liamur dū peccamus 152
Carnalia sunt spiritua= libus postponēda 24
Charitas per panem intelligi tur 520
Charitas coarctat per uiolen tiam attractiuam 600
Christus mediator 6
Christus prædicator 6
Christus reparator 6
Christus triumphator 7
Christi natiuitas temporalis triplex fuit 12
Christus cur alibi conceptus, alibi natus, alibi educatus sit 75
Christianæ natiuitatis in Bethlcē sensus mysticus 78
Christum inuenire uolēti tria sunt necessaria 87
Christum qui inuenire uelit, quæ debeat habere 88
Christus in omnibus admiran dus atq; [illegible]endus 89
Christus ter legatur oblatus 95
Christus natus testimoniū ha= buit septiforme 105
Christus disāpulus in templo inter doctores 113
Christus uarijs in locis inuen tus 114
Christi humilitas in obediētia matris 115
Christi humilitas in baptismo triplex 138
Christus orauit in diuersis lo cis 140
Christus medicus 169
Christi descensus humilitatem significat 176
Christi potestas maxima 178
Christi uerus præco à quibus debeat esse liber 191
Christo appropinquātes qui sint 192
Christus mirabilis opifex 239
Christū quadruplici de causa quatuor hominum genera sequebantur 343
Christi imitatio altissima paupertas 418
Christus quomodo audiēdus 436
Christus á diuersis diuersimo dc ī passionē traditur 444

M.E.C.D. 2017

Christi mansuetus spiritus ul tionẽ nec quærit, nec docet 455
Christus ad nos ueniens tria operatus est 495
Christus amicus fidelis 518
Circumcisionis Christi dierũ octo interpretatio spiritualis 95
Concipiendi modus triplex est 33
Confessio multiplex 480
Constantia Ioannis baptistæ à domino cõmẽdatur 319
Constantia quomodo comparetur deserto 320
Cõtemplationis apex mutos facit 23
Contemplationis sex gradus 423
Contemplatiuorum non est contendere 498
Creatura index est sui factoris 375
Crux Christi quotidie ferẽda est 418
Culpæ triplex status 309
Curandi modus ab originali peccato 221
Curatio gentium allegoricè per puerum Centurionis 502
Curatio peccatoris tropologicè per puerum Centurionis 505
Daemonũ perditio est gemina 179
Dæmoniaci curatio allegoricè 184
Dæmoniaci curatio moraliter 185
Deo oĩa possibilia sunt 56
Deus prophetis multiphariã olim locutus est 37
Deũ debemus imitari ut filij patrem 22
Deus ut a nobis perfectè diligatur quid requiratur 486
Deũ inuocãdi forma 506
Deus pater noster est 507
Deus pusillis omnia dat 584
Deuotio deo accepta qualis esse debeat 90
Diabolus unde ansam sumpserit tentãdi Christum 150
Diabolus sacra scriptura pellitur 155

M.E.C.D. 2017

Diabolus tentat dupliciter 160
Diabolus ſemper habet nocẽ di uoluntatem 181
Dilectio proximi uera 487
Diſciplina uniuerſorũ morũ tribus abſoluitur 109
Diſcipuli Chriſti nõ erant ad ieiunia arctandi 233
Diſcipuli Chriſti cur uellebãt ſpicas 234
Diſapulorum Chriſti pauper tas 235
Diſcipuli Chriſtii cur à Pha= riſæis criminati ſint 236
Diſcipulus Chriſti ut quis ſit quæ requirantur 246
Diſcordia eſt cauſa ruinæ omni regno 527
Diuini cultus perfectio duo requirit 110
Diuina intelligentia non eſt occultanda 356
Diuitiæ & uoluptates cur ſpi nis comp[illegible]tur 354
Dominus nominat maieſtatẽ cũ timore benedicendã 60
Dominus uarijs de cauſis uiſi tat plebem ſuam 69
Dominus rogat Petrũ 194
Dominus ad diſcipulatum alios uocat, alios non admittit 378
Ecclesia est domus in qua fit curatio 220
Eleemoſyna qualiter danda 128
Eleemoſyna a quibus danda, & quibus dari debeat 275
Eleemoſyna ex quolibet ope= re bono accipitur 550
Eleemoſynæ efficacia ſeptifor mis eſt 551
Eleemoſyna quando ſuas for= titur efficacias 551
Epiſcoporum uita qualis eſſe debeat 250
Epiſcoporũ doctrina qualis eſſe debeat 252
Epiſcoporũ ædificatio in po= pulo qualis eſſe debeat 255
Euangelicus doctor ut quis ſit tria requiruntur 2
Euangelij doctor idoneus de= bet eſſe inunctus diuina gratia 2
Euãgelij prædicator per me= rã obedientiã debet mitti ad euange=

M.E.C.D. 2017

euangelizandum 2
Euãgelius ut quis ſit auditor tria requiruntur 3
Euangelicus auditor dum ab eccleſiaſte corripitur debet eſſe mitis 3
Euangelij auditor affectu humilis eſſe debet 3
Euãgelij auditor idoneus intellectũ ſuũ in uerba Chriſti debet captiuare 4
Euangelicæ doctrinæ cauſa efficiens triplex, Suprema. Infima & Intermedia 4
Eccleſiaſtica hiſtoria quadriphariam de Chriſto loquitur 6
Euangelium ſcripſere alij bono alij peruerſo motu 9
Euangeliũ: Intrauit Ieſus in quoddam caſtellum: cur in aſſũptione uirginis legatur in eccleſia 502
Euangeliſtarum in dominica oratione concordia 508
FEſtinatio eſt neceſſaria uolẽti requiẽ ingredi 39
Ficus & uuæ ſpiritualis intellectus 290
Fidei effectus quis 43
Fides per piſcem intelligitur 521
Flentium per pœnitentiam propter culpã cõſolatio 261
Fortitudo quæ plena iuſtitia eſt 272
GAbriel quomodo interpretatur 22
Gemitus turturis cõtemplatiuis adſcribitur 96
Gemitus colũbæ actiuis conuenit 96
Genus humanũ ſpiritualiter per eum qui cecidit inter latrones intelligitur 495
Gladius ſpiritualis triplex animam noſtram pertrãſit ex meditatione paſſionis Chriſti 104
Gladius malus etiam triplex 104
HErodis nomine tres uocati fuere 15
Hominum malorum que conſuetudo 169
Hominem a ſequela Chriſti remorãtia ſunt ſeptẽ 224
Homini ſunt quatuor mala

M.E.C.D. 2017

infixa per peccatum originale 317
Hominis facies in contemplatione & oratione diuinitus illustratur 429
Homini datus est sermo adtria 525
Homo quilibet dei uel diaboli domus est spiritualiter 603
Hora mortis incertius nihil est 591
Humilitatis ratio erga domesticos 445
Humilitatis magna a Christo commendatio 446
Humilitatis ratio erga extraneos 448
Humilitatis & paupertatis signa dedit deus in terris 527
Hypocrisis uestiũ quid signet spiritualiter 400
IGnorantia duplex 597
Ignẽ sui amoris quomodo in nobis deus accendat 598
Impietas quinque gradibus consummatur 318
Inimici diligendi sunt 269
Ioãnes cur dicatur uox 122
Ioannis baptistæ constantia a domino cõmendatur 319
Ioannis bap. abstinentia a domino commendatur 320
Ioannes bap. angelus in scriptura dicitur 328
Ioannes bap. inter natos mulierum maximus 325
Iudã cur dñs elegerit 248
Iudæi ex auditu ueritatis nõ eruditi sed irritati 174
Iudicium non est præcipitandum 165
Iudicium quale a scriptura prohibeatur 282
Iustitia quid 125
LArgitas uera que 49
Laus ut consummatur quot requirãtur 44
Lepra quid significet 173
Liber uitæ quis dicatur 479
Lucas cur suo euangelio prologum præmiserit 1
Lucas cur sacerdotale officiũ explicet adiuncto dominio regali 13
Lucas & Matthæus in quibus differant genealogiam Christi

M.E.C.D. 2017

Christi describentes 147
Lucæ et Matthæi cõcordãtia de leproso mundato 210
Lucernæ ardentes bona opera sunt 587
Lumbi tripliciter præcingendi 588
Magdalena ter ad Christum ungẽdum uenit 334
Manus dominicæ tactus quid 209
Maria cur uiro fucrit desponsata 27
Mariæ interpretatio 28
Maria fuit beata, beatior, & beatissima 46
Medium non est inter potestatẽ dei atq; diaboli 530
Medici ars sine natura nihil potest 384
Memoria dei quid in nobis operetur 55
Meritũ non habet apud deũ omnis dilectio proximi 276
Militia an probãda sit 131
Militiæ usus ut sit licitus quæ requirantur 131
Miracula cur dominus nunc taceri nunc diuulgari iubeat 378
Misericordia uera quæ sit 495
Modus inseruiendi deo, quis acceptus 65
Modus capiendi pisces quid signet moraliter 200
Mons quid habeat mysterij 425
Mors domino Iesu quatuor modis intentata 176
Mortui à domino resuscitati tres 509
Mulierum cur nulla recensio in genealogijs sacris fiat 145
Mulier de turba clamans gerit spiritualiter typum legis 539
Mysteriorum occultationem significat Christus librum plicando 166
Naues moraliter quid sig[illegible] 199
Nomen dei sanctificatur in nobis triplici notitia 509
Nubes quid mystice signifi-

M.E.C.D. 2017

cet 435
Nubes ſpiritualiter deſignãt ſanguinem & carnẽ Chriſti 604
Nunciorum dei non ſunt contemnenda uerba 25
Numerus duodecimus primꝰ eſt numerus abũdãs 277
Numerus ſenarius myſterio plenus eſt 26
OBediens ucre quis ſit 292
Obediendi actus uerus quis
Obediendi modus (ſit 292
uerus quis ſit 292
Obediẽtiæ fructus uerus quis
Officium honoris (ſit 295
non eſt aſſumendum niſi imponatur 189
Omnia bona mundi triplex interitus tollit 585
Oratio deo placẽs qualis eſſe debeat 208
Oratio debet eſſe ſolitaria & deuota 245
Oratio debet [illegible]e aſsidua
Oratio uocalꝭ ad (246
quid proſit 507
Orationis magna dignitas 506
Oratio dominica quinq; habet petitiones ſecundum Lucam 509
PAnis multiplex pétitur in oratine dominica 511
Paralyſis diſſoluit mẽbrorũ uirtutem 212
Paralyſis deſignat culpã originalem 220
Paſsio domini quibus compararetur 599
Patientia perfecta quæ eſt 270
Paupertas odibile bonũ 465
Paupertas decem de cauſis exaltollenda 315
Paupertatis ueræ præmium 259
Paupertatis præconiũ 310
Pax peccatorũ mala 531
Peccatum ignorantiæ remiſſionẽ cõſequitur 569
Peccatum in ſpiritũ ſanctũ nõ cõſequitur remiſsionẽ 570
Peccata dicũtur remitti, dimitti, mundari, ſanari, tegi & redemi 215

M.E.C.D. 2017

Peccatrices solēt quatuor modis maximè delinquere 331
Pœnitentiæ ad desertū, tribus peruenitur 151
Pœnitētiæ status in adolescēte resuscitato 314
Pœnitentia consummata in tribus consistit 473
Pœnitens quæ debeat uerè obseruare 535
Pœna nō facit martyrē 262
Phariſæorum legis ignorantia 236
Phariſæorum mentis superbia 236
Phariſæorū hypocriſis 236
Phariſæorū superstitio 236
Phariſæi spernunt consilium dei 525
Piſcatores moraliter quid significent 199
Porphyrius hereticus 225
Prædicator prius rationem propriæ salutis debet habere 71
Prædicatores uarij 188
Prædicatoris boni quatuor conditiones 195
Prædicator an à deo missus sit tribus probatur signis 397
Prædicātiū genera tria 449
Præcepta uaria domini 205 & 395
Præceptum legis obseruandæ 210
Prælatorū est uigilare 80
Prælatus cum sit cæcus prælaturam ambiens, se & alios fallit 285
Prælatis tria sunt necessaria 445
Prælatus fidelis & prudens rara auis 595
Præmium esurientium iustitiam 260
Præmia diuersa promittit scriptura 264
Primogenitus quomodo sumatur in scriptura 77
Propositum sanctum in sui principio est occultandum 25
Propositū nec [illegible]abscondi possunt 333
Proximus uarie sumitur in scriptura 395
Proximus quis sit 492

M.E.C.D. 2017

Publicani qui dicebãtur 129
Publicanum se nominat Mat thæus 222
Pulucrẽ pedũ excutere quid significat in scriptura 401
Quærenti per fidẽ impedimẽta occurrunt 215
Ratio triplex cur Christus Apostolis prohibuerit ne uisionẽ suæ transfigurationis reuelarẽt 437
Regnum dei quid sit 397
Regnũ satanæ ubi sit 528
Religiosorum tria uota unde sumantur 418
Res suas quis repetit tribus ex causis scilicet, Cupiditate Zelo iustitiæ & Timore lapsus 274
Retia quid signent moraliter 199
Rethoricæ artis quæ sint partes principales 29
Risus sp[illegible]alis quis sit 262
Sabbathũ uacandũ legi diuinæ 177
Sabbathum legale spiritualiter obseruandũ est 235
Salus non est sine scientia 67
Scribæ et pharisæi quomodo in Christo scãdalizati sunt 317
Scriptura quos becit 43
Scriptura regnũ dei dicitur 351
Semitas domini rectas facere quid 123
Sermo diuinus tripliciter nos ad Christũ dirigit 606
Signa diuersimode quidã aut quærunt aut recusant à domino 21
Simeon cur parentibus Iesu benedixerit 102
Solicitudo à domino prohibita quæ sit 578
Spes lucri ex mutuo quando damnanda 279
Spes per ouũ intelligitur 521
Spiritus sanctus solus replet animæ capacitatẽ 19
Spiritus sanctus in triplici specie apparuit 142
Spiritus sanctus cur digitus dei dicatur 529
Spiritus & uirtus Eliæ 20
Spiritus sumitur pro animæ substantia

M.E.C.D. 2017

ſubſtantiâ 45
Spiritus immundus ab effectu 170
Spirituũ tres ſeptenarij 535
Sponſus Chriſtus eſt 230
Spõſi filij ſunt Apoſtoli 230
Superbi, ſuperbis angelis cõparantur 477
Suſcitamur triplici commoni tione ad dei gratiam tum cognoſcendam tum ſuſcipiendam 607

TEntatio homini utilis 513
Teſtamẽtũ aliter uetus, aliter nouum dicitur ſanctũ 63
Theſaurus cœleſtibus compa ratur 586
Timor domini expellit peccatum 98
Tolerantibus malum pœnæ & opprobrij propter nomen domini magna merces in cœlo promittitur 262
Tributa ut debite exigantur quæ requirantur 130
Turbæ ob diuerſas cauſas ad Chriſtum confluxerunt 540

VAE ſempiternæ deſolationis diuitiarũ amatoribus dominus commina tur 265
Væ perpetuæ famis gulosis comminatur 266
Væ ſempiterni fletus comminatur dominus laſciuis & inepte ridentibus 266
Væ ſempiterni contẽptus cõminatur uanè glorioſis & ſuperbis 266
Verbum pro re digna uerbo 181
Verborũ Chriſti dulcor 255
Verbi diuini auditores ſunt in quadruplici differẽtia 346
Verbũ dei de cordibus noſtris per duo pellitur 347
Verbi diuini auſcultationis tres gradus 350
Verbum diuinum unum atq; idem pro ſuſcipientiũ diſpoſitionibus uariatur 352
Verba diuina ſoli mũſueti intelligunt 3
Veſtimentorũ mollities uiris ſpiritualibus non conuenit 320

M.E.C.D. 2017

Viperæ proprietates 124
Virgo tripharíam, in auditu: affectu: & cogitatu ſcilicet commendatur 30
Virgineus uenter beatus cur dictus ſit 537
Virtutis habitus ex tribus cõ ſurgit 97
Virtutis mẽtalis profectio cõ ſummatur tribus 110
Vitæ auſteritas, interioris ſan ctitatis ſignum eſt 19
Vitæ frugalioris exẽplũ 255
Vitæ argumenta duo, ſpiritus ſcilicet & motus 307
Vita contẽplatiua multis mo dis commendatur 423
Vita actiua declinans otium, bona eſt 497
Vnguẽtũ bonũ triplex 334

ZAcharíæ expoſitio myſtica 55

TABVLAE PRIORIS PARTIS D.

Bonaucturæ in Euangeliũ Lucæ.

FINIS.

M.E.C.D. 2017

D. BONA

VENTVRAE A BALNEO REGIO DOctoris seraphici, ordinis F. minorũ quondam ministri generalis, Albanensis episcopi, ac sacrosanctę Ro. ecclesiæ cardinalis, in sacrosanctum IESV CHRISTI secundũ Lucam euãgelion

PRÓLOGVS.



SPIRITVS domini super me eò quòd vnxerit me dñs. Ad annunciandũ mansuetis misit me, vt mederer contritos corde, & prędicarem captiuis indulgentiam, & clausis apertionem.) Considerantibus nobis verbũ aliquod, quod nos introducat in euangeliũ beati Lucæ, nullum magis occurrit idoneum, quàm quod ipse beatus Lucas refert CHRISSTVM dominum in suo prædicationis exordio assumpsisse, verbũ scilicet propositũ, quod scribitur Lucę. 4. & sumptum est ex Isaię capit. sexagesimo primo.

Hoc autem secundũ generalem sui intellectum competere potest cuilibet doctori sacræ scripturæ. Secundũ specialem uerò beato Lucæ euangelistæ. Secundum singularẽ ipsi CHRISTO, qui est fons veritatis & gratiæ. Secũdum autem quod generaliter intelligitur. insinuat duplicem personam ad opus euangelicæ doctrinæ necessariam, scilicet doctoris & auditoris. Secundum quod specialiter, duplicem causam extrinsecam, scilicet efficientẽ & finalẽ. Secundũ verò quod singulariter, duplicẽ causam intrinsecã scilicet materialem & formalẽ. His aũt sex præcognitis, aditus ad sequentia non erit difficilis.

¶Primũ igitur propositum verbum, secundum intellectũ sui generalẽ indicat nobis, quis & qualis debeat esse doctor huius scripturę euangelicę, adiungens nihilominus qualem debeat babere & auditorẽ. Doctor aũt scripturæ

¶Thema prologi D. Bona. apertã in vniuersũ B. Lu. euãgeliõ viã sternens.

Isaię. 61. & Lucę. 4. c.

¶Tripharia assumptum thema concipi potest, atq; referri.

¶Prima præmissa atq; generalis thematis intelligẽtia

M.E.C.D. 2017

Ad doctorem euangelicum tria requiruntur.

euangelicę, debet esse Inunctus diuina gratia. Institutus mera obedientia: Inflammatus beneuolentia fraterna.

Inũctus debet esse primo diuina gratia, & hoc notatur cũ dicit. (Spiritus domini super me, eo quòd vnxerit me dominus.) In cuius rei figurã in veteri testamento inungebãtur prophetę. Vnde dixit dominus Elię, tertij Regũ decimo nono. Eliseum filium Saphat qui est de Abelmahula vnges prophetam pro te Et de Dauid dicitur primi Regum decimo sexto. quòd postquàm inunctus est, directus est spiritus domini in eum ab illa die in reliquum Ideo enim inungebantur, vt spiritum domini acciperẽt, per quem nobis diuina secreta referantur: Si ergo eodem spiritu exponendæ sunt scripturæ quo conditæ sunt, & spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti dei homines, ad hoc vt quis sit doctor idoneus eorũ, quæ per CHRISTVM sunt gesta, & per spiritum sanctũ scripta, necesse est, quòd sit inunctus superna gratia.

Idoneus euãgelij doctor debet esse ĩunctus diuina gratia. 3. Re. 19. c 1. Re. 16. c 2. Pet. 1. d.

Prædicator euangelicus per merã debet obedientiam ad euangelizandum mitti. Exod. 3. d Exod. 4. c

Debet etiã institutus esse mera obediẽtia: & hoc notatur cum dicit. (Ad annunciandum mansuetis misit me.) exemplo Moysæ, ad quem dominus dixit Exod. 3. Veni mittam te ad Pharaonem, vt educas populum meum filios Israel de Aegypto: Dixit Moyses ad deum: quis ego sum vt vadã ad Pharaonẽ, & educã filios Israel de Aegypto? Moyses qui fuit legislator, & eductor filiorum Israel de Aegypto, signat doctorem legis diuinæ, qui educit populum domini de tenebris ignorantiæ & culpæ. Ad quod quidem officium, nemo debet accedere nisi mittatur, neq; quis hoc sibi procurare debet, sed recusare magis, quia nullus ad hoc officium se debet idoneum reputare. Si enim cum domino nõ est locutus, indignus est. sin ei dominus loquitur ad cor, sentit profecto se impeditiorem esse, & tardioris linguæ cum Moyse effectum. Et ideo non debet eloqui diuina mysteria, quæ aperuit illi dominus, non debet præsumere, vt illa doceat alios, nisi mera obedientia institutus.

Euãgelij præco debet fraterna flagrare beneuolentia. 1. Thes. 2. b

Tertio debet inflammatus esse fraterna beneuolẽtia, quod notat cũ dicit: (Vt mederer contritos corde, & prædicarem captiuis indulgentiam, & clausis apertionem.) Et hoc exemplo Pauli, qui de se ipso ait. 1. Thessaloni. 2.

Facti

Facti ſumus paruuli in medio veſtrũ, tanquam ſi nutrix foueat filios ſuos, ita deſiderantes vos cupidè, volebamꝰ tradere vobis non ſolùm euangelium dei, ſed etiam animas noſtras. Sicut enim proles carnalis non poteſt generari ſine amore carnali, ſic nec ſpiritualis, ſine beneuolentia ſpirituali. Vnde Gregorius: Qui charitatem erga alterum non habet, prędicationis officium nequaquam ſuſcipere debet. Euãgelium autem dei exponere aut docere: eſt verbum diuinum prędicare, & ideo doctor debet inflammatus eſſe fraterna beneuolentia. Cęterũ, vt doctrina euangelici doctoris ſuum ſortiatur effectum, debet habere auditorem mitem, humilẽ & fidelem.

¶ Simile.

Gregoriꝰ

Ad auditorẽ euãgelicũ. 3. requirũt.

Auditor nãq; doctrinę euãgelicę debet eſſe mitis in affatu per accõmodationẽ auditus, quod notatur dũ dicit (Ad annunciãdũ ſcilicet mãſuetis, non diſcolis miſit me.) Soli enim manſueti verba diuina & euangelica rectè intelligunt. Eccleſiaſtici. 5. Eſto manſuetus ad audiendum verbum dei: vt intelligas. Et in pſalmo. 24. Docebit mites vias ſuas. Et propterea dicitur IACOBI. 1. In manſuetudine ſuſcipite inſitum verbum, quod poteſt ſaluare aĩas veſtras. Doctrina etenim euangelica docet hominẽ eſſe diſcipulum CHRISTI, qui dicit. MAT. 11. Diſcite à me, quia mitis ſum. Litigiũ verò & altercatio non conuenit diſcipulis euangelicis, ſed Ariſtotelicis. Vnde ſecundę Timothei. 2. Seruum domini non oportet litigare, ſed manſuetum eſſe ad omnes, docibilem, patientem &c. Vnde Auguſtinus. 2. de doctrina chriſtiana cap. 7: Opus eſt mitteſcere pietate, neq; contradicere diuinę ſcripturę, ſiue intellectę, ſi aliqua vitia noſtra percutit: ſiue non intellectę quaſi nos melius ſapere, meliúſque percipere poſſimus. Sed cogitare potius, & credere, id eſſe melius & verius, quod ibi ſcriptum eſt, etiam ſi lateat, quàm id quod nos per noſmetipſos ſapere poſſemus.

¶ Euãgelij auditorẽ dũ illũ corripit ſeu affatꝰ diuinus eccłiaſtes mitẽ eſſe oportet

¶ Soli mãſueti verba diuina intelligunt Eccleſ. 5. c Pſal. 24. Iaco. 1. c Matt. 11. d 2. Tim. 2 d Auguſti.

Debet eſſe humilis in affectu per contritionem ſpiritꝰ, propter quod dicit. (Vt mederer contritos corde.) Mœror enim in corde viri, humiliabit eũ. Vt dicitur Prouerb. 12. Et talis eſt idoneus ad diſcẽdũ. Pſal. 118. Bonũ mihi quia humiliaſti me vt diſcã iuſtificatiões tuas. Et etiã MAT. 11. Abſcondiſti hęc à ſapiẽtibus & prudẽtibus, & reuelaſti ea

¶ Auditor vbi diuini affectu humilis eſſe debet Prou. 12. d Pſal. 118

M.E.C.D. 2017

¶Idoneꝰ euangelij auditor intellectū ſuū captiuare debet ī ⱴba Chriſti. 2.cor.10.b Iſaiæ.7. b Actu. 15.c Ioa.1.b.

Debet eſſe poſtremo fidelis in aſſenſu per captiuationem intellectus,quod notat cū dicit.(Et prędicarem captiuis indulgentiam.2. Corinth.10. In captiuitatem redigentes omnem intellectum in obſequium CHRISTI. Et hoc quidem fit per verā fidem,ſine qua impoſſibile eſt documenta ſcripturę euangelicę intelligere. ISAIAE.7. Secundū aliam trāſlationem. Niſi crederitis,non intelligetis. Sanè ſi in diſcibilibus oportet diſcentem credere, vt docet Ariſtoteles, quanto magis in diuinis? Et hæc captiuatio facit liberos à peccato.Actuum.15. Fide purificans corda eorum.Et Ioa.1. Dedit eis poteſtatem filios dei fieri his qui credunt in nomine eius. Et ſic patet,qd verbum pręmiſſum generaliter expoſitum indicat & deſcribit duplicē perſonā,ſcilicet boni doctoris & auditoris

¶Secūda ſpecialis p̄ſcripti thematis acceptio.

¶Specialiter autem intellectum ſecundum quod competit beato LVCAE, indicatiuum eſt duplicis cauſę extrinſicę,ſcilicet efficientis & finalis. Efficientis in hoc quod dicit.(Spiritus domini ſuper me,eò quod vnxerit me dominus.) Finalis verò,in hoc quod ſequitur.(Ad annunciandum manſuetis &c.) Cauſa autem efficiens exprimit ſatis perfectè,quoniam inſinuatur triplex cauſa efficiens

¶Triplex eſt euāgelicæ doctrię cauſa efficiēs

Suprema quidem in hoc quod dicitur. (Spiritus dñi.) Ipſe enim eſt de quo Ioa .16. Cum autem venerit ille ſpiritus veritatis,docebit vos omnem veritatem. Vnde ipſe eſt qui loquebatur per euangeliſtas,& loquutus eſt per Bea.

¶Supma Io.16.c. Mat.10.c. Luce.21.c.

LVCAM ſecūdū illud Matt.10. Nō enim vos eſtis qui loquimini,ſed ſpiritus patris veſtri,qui loquitur in vobis.

¶Infima. Hiero.

Cauſa autem efficiens infima, in hoc quod dicit. (Super me,)id eſt, ſuper beatum LVCAM, de quo dicit beatus HIERONYMVS,quod obijt plenus ſpiritu ſancto, & ideo idoneus fuit ad euangelium conſcribendum,ſecundum quod de ipſo dicit Apoſtolus.2.Corinthi.8.Miſimus [illegible] cum illo fratrem, cuius laus eſt in euāgelio per omnes [illegible]eccleſias. Vnde ſibi competit illud Eccleſiaſtici.15. In medio eccleſię aperuit os eius &c.

2.Corint. 8.c. Eccli. 15. a.

¶Intermedia.

Cauſa efficiens intermedia, cum dicitur(eò quod vnxerit me dominus)Vnctio enim gratię diſponit animam ad ſuſcipiendum documenta veritatis à doctore ſummo

1.Ioā.2. d.

Vnde primę Ioa.2. Vnctio eius docet vos de omnibus,& verum

M.E.C.D. 2017

verum est. Spiritus enim sanctus per gratiam docuit euã gelistam, & ille instructus docuit ecclesiam scribendo doctrinam euangelicam. Et ita in hoc opere triplex fuit causa efficiens, scilicet suprema, quę quidem spiritus sanctus est, infima, ipse euangelista, & intermedia, spiritus sancti gratia, quas simul omnes complectitur authoritas prescripta, secundum quod à beato LVCA proferri intelligitur. ¶ Cõclusio.

Triplex etiã insinuatur, in eo quod in themate sequitur, causa finalis, ac satis perfectè, scilicet prima, media, & postrema. Prima est manifestatio veritatis. Media est curatio infirmitatis. Tertia est reseratio ęternitatis. Primum est gratię prępparantis. Secundũ gratię gratum facientis. Tertium est glorię consummantis. ¶ Triplex est huius operis cã

Principio igitur demonstratur causa finalis huius doctrinę prima, quæ est manifestatio veritatis, in hoc quod dicit. (Ad annunciandum mansuetis misit me.) Secundũ illud psalmistę. Annunciauerunt opera dei, & facta eius intellexerunt. Vnde & ab hoc nomen sumpsit, vt euangeliũ dicatur, id est, bona nunciatio. Primę Ioa. 1. Quod fuit ab initio, quod audiuimus, quod vidimus oculis nostris, quod pspeximus, & manus nostrę cõtrectauerũt de verbo vitę, & vita manifestata est, & vidimus, & testamur & annunciamus vobis vitam ęternam, quę erat apud patrem, & apparuit nobis. Et ISAIAE. 52. Quàm pulchri super montes pedes annunciantis & prędicantis pacem, annunciantis bonum, prædicantis salutem. Hoc primò fuit in sanctis euangelistis. ¶ Causa finalis. 1. Pfal. 63. 1. Ioã. 1. a. Isaię. 52. b.

Secunda verò fuit medicatio nostrę infirmitatis, quã notat dum ait (vt mederer contritos corde). Sermo enim euangelicæ prædicationis, effectum & fructum affert curationis. Secundum illud Sapientiæ. 16. Etenim neq; herba, neq; malagma sanauit eos, sed tuus domine sermo, q sanat omnia. Hunc autem fructum pulchrè ac meritò affert euangelium LVCAE. De quo Hieronymus [illegible]ouimus LVCAM medicum, cuius laus est in euangelio, animaduertimus pariter omnia verba illius animæ languẽtis medicinam esse. Et hoc est secundum intentum à beato LVCA: Vt scilicet per veritatis cognitionẽ veniremus ad infirmitatis medicamentum. ¶ Media. Sap. 16. b. Hierony.

M.E.C.D. 2017

¶ Poſtre-
ma.

Tertia vero fuit reſeratio æternitatis,quæ notatur, cũ dicitur (Vt prędicarẽ captiuis indulgentiã.& clauſis aper-
tionẽ.)Hoc autem fit in æternę vitę poſſeſsione,ad quam hortatur euangelica doctrina tanq̃ ad vltimũ finem. Ioannis.20. Hæc ſcripta ſunt vt credatis,quia IESVS eſt CHRISTVS filius Dei: & vt credentes, vitam habeatis in nomine eius.Et Marc.vltimo: Euntes in mundum vniuerſum, prædicate euangelium omni creaturæ, qui crediderit & baptiſatus fuerit,ſaluus erit. Hoc mandatũ impleuerunt præcipuè euangeliſtæ,qui non ſolum euangelium prædicauerunt verbo tunc quidem præſentibus, ſed & ſcripto,tum præſentibus,tum futuris in omnes generationes,vt omnes facerẽt ſaluos.Sic ergo præmiſſum verbũ ſpecialiter intellectũ, ſub pſona beati Lucæ,duplicẽ demõſtrat cauſam extrinſecã,efficiẽtẽ ſcilicet & finalẽ

Ioã.20. g.

Mar. vlti. d.

¶ Cõcluſio.

¶ Tertia ac ſingularis thematis acceptio.

¶At intellectum ſingulariter, hoc eſt,de DOMINO IESV, de quo propriè dictum eſt, duplicem explicat cauſam intrinſecam,ſcilicet materialem, & formalem,quod liquet hoc modo. Certum enim eſt,euangelicam hiſtoriam totam verſari circa CHRISTVM, vel inquantum mediator eſt,vel predicator,vel reparator,vel triũphator.

¶ Euãgelica hiſtoria quadripartitã de Chriſtoloquit

Mediator reſpicit incarnationis myſterium. Prædicator eruditionis magiſterium. Reparator paſsionis remediũ. Triumphator reſurrectionis trophæum. Primum refertur ad CHRISTI naturam: Secundum ad doctrinam. Tertium ad victimam. Quartum ad victoriam. Hæc autem quatuor diſtinctè & ordinatè tanguntur in ſermone præmiſſo,ſecundum quod competit CHRISTO.

¶ Mediator Chriſtus.

Act.10,f

Pſal.44.

Danie.9.f

Infinuat autem IESVS CHRISTVS ſe mediatorem eſſe,quum dicit:(Spiritus domini ſuper me,eò quod vnxerit me dominus.)Ipſe enim eſt mediator de quo dicitur.Actuum.10.Vnxit eum Deus ſpiritu ſancto & virtute, vnxit, inquam, nõ ſicut alios ſanctos,ſed ſupra alios, ſecundum illud Pſalmiſtę: Vnxit te dominus Deus tuus oleo lętitiæ, præ conſortibus tuis. In qua vnctione facta eſt conſummatio prophetiæ illius,quæ ſcribitur Dani.9. Impleatur viſio & prophetia,&vngatur ſanctus ſanctorũ.

¶Chriſtus pdicator.

Infinuat ſe prædicatorem in hoc quod ſubiungit,(ad annunciandum manſuetis, miſit me.) Secundum quod promiſe-

M.E.C.D. 2017

promiſerat dominus filijs Iſrael per Moyſen. Deuteronomij. 18. Propheram ſuſcitabo eis de medio fratrum ſuorũ ſimilem tui, & ponam verba mea in ore eius, loquetúrq; ad eos omnia quæ præcepero ei. Hic eſt CHRISTVS, omnium prophetarum dominus, qui dicit Ioannis. 15. Omnia quæcunq; audiui à patre meo, nota feci vobis. Et ad hoc miſſus eſt. Vnde Luc. 4. Alijs ciuitatibus oportet me euangelizare regnum dei, quia ideo miſſus ſum. Deut.18.d Ioan.15.b Luc.4.g

« Inſinuat & ſe reparatorẽ, in hoc quod ſubdit: (Vt me-
« derer contritos corde.) Ipſe enim eſt de quo dicitur. Act. 10. Pertranſiuit benefaciendo, & ſanando omnes oppreſſos à diabolo.) Vnde de ipſo dicitur in pſalmo: Qui ſanat contritos corde &c. Hoc autem fecit per paſſionis remedium. Iſai. 53. Verè languores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe portauit, ipſe autem vulneratus eſt propter iniquitates noſtras, attritus eſt propter ſcelera noſtra, diſciplina pacis noſtræ ſuper eum &c. ¶Reparator Chriſtus Act.10.f Pſal.146 Iſai.53.b.

Inſinuat quarto ſe triumphatorem eſſe, in hoc quod
« dicit: (Vt prædicarem captiuis indulgentiam, & clauſis
« apertionem.) Et hoc quidem fecit in ſuæ reſurrectionis triumpho: ſecundum quod dicitur Coloſſenſium ſecundo, de CHRISTO: Expolians principatus & poteſtates traduxit confidenter, palam triumphans illos in ſemetipſo. Et deinde (ſicut in pſalmo quadrageſimoquinto dicitur:) Aſcendens in altum captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus. Quoniam ergo CHRISTVS ſub hac quadruplici conditione, eſt obiectum fidei, & ſubiectum euãgelij, rectè in verbo propoſito cauſa materialis ſeu ſubiectum deſignatur. ¶Triũphator. Coloſ.2.c Pſal.45 Ephe. 4.b ¶Concluſio.

Iam (quoniam ſcientiæ ſecantur vtres. Et inductio formæ eſt ſecundum diſpoſitionem materiæ) quum ſubiectum euangelij ſit ille vnus, videlicet CHRISTVS, ſub quadruplici tamen conditione, & intentione (vt diximus) conſideratus, eſt neceſſe vnum libr[illegible]iam tantum illarum cõditionum ſeu intentionu[illegible] principaliter aſpicere, ad alias ex cõſequenti. Totam verò euangelicam ſcripturam de his quatuor ſummatim agere. Ideo neceſſum eſt quatuor eſſe euãgelia, & quodlibet eorum quadripartitum, ex quo colligitur quòd iſte liber de Aristotel.

M.E.C.D. 2017

bet habere & habet quatuor partes. In prima agit de incarnationis myſterio, vſq; ad quartum capitulum. In ſecunda, de prędicationis magiſterio, vſq; ad vigeſimum ſecundum. In tertia, de paſſionis medicamento, vſq; ad vigeſimum quartum. In quarto, de reſurrectionis tropheo, vſq; in finem totius libri. Licet autem has omnes conditiones exigat ad ſui perfectionem hiſtoria euangelica, Lucas tamen principaliter reſpicit ad CHRISTI ſacerdotium, & paſſionis medicamentum, & hoc medico debebatur. Colligitur ergo ex verbo propoſito, ſecundum quod conuenit CHRISTO, cauſa materialis ſiue ſubiectum, & formalis, quę eſt formatio & ordinatio partium, & capitulorum, & agendi modus in proſecutione ſcriptorũ. Hęc aũt duo optimè prefigurata ſunt in illo animali,
Ezeł. 1. c. quod vidit Ezechiel, & quod dicit eſſe quadrupartitum, & rurſus quodlibet illorum quatuor facierum, vnius tamen principaliter. Quarum prima ſimilis erat homini, per quam intelligimus CHRISTI naturã. Alia leonis, per quam intelligimus victoriam. Alia bouis, per quam intelligimus victimã. Alia aquilę, per quam intelligimus doctrinam. Hęc aũt animalia, ſecundum omnes ſanctos deſignant quatuor euangelia, quia figuraliter exprimũt eorum materiam & formam. Nam ſicut vnum animal eſt quadriforme, ita de vno CHRISTO ſub quadrupli ci conditione, ſunt quatuor Euangelia, & rurſus vnumquoduis illorum eſt quatuor facierum, quia quodlibet eſt quadrupartitum. Et iterum: Vnum ſcilicet primum ſimile homini, licet habeat quatuor facies, quia primus ſcilicet MATTHAEVS principaliter proſequitur incarnationis myſterium. Secundum ſimile leoni, quia ſecũdo ſcribens ſcilicet MARCVS, reſurrectionis trophæum tractat, & ex eadem parte, quia plurimum concordant. Tertium ſimile boui, quia tertio ſcribens, ſcilicet B. LVCAS, [illegible]quitur ſacerdotium & paſſionis remedium. Quartum verò ſimile aquilę, quæ habet oculos lympidos, quia quarto ſcribens, ſcilicet IOANNES, proſequitur euangelicum CHRISTI magiſterium, ad quod alij
¶ Cõcluſio. nõ potuerunt attingere, & ideo deſcribitur ſuper omnes.

Et ſic patet, quomodo veritas reſpondet figurę, patent & illa

M.E.C.D. 2017

& illa sex prę ambula ad doctrinam euangelicam, scilicet qualis debeat esse doctor, qualis auditor, quæ causa efficiens, quis finis, quę materia, & quę forma, & ex his quędam totius libri generalis intelligentia.

PRAEFATIO BEATI LVCAE IN SVVM IPSIVS EVANGELIVM INTENtionem authoris explicans.

« QVoniamquidem multi &c.) Hic est prologus authoris, scilicet beati Lucæ, quem suo præmittit Euangelio, in quo suã manifestat intentionem quãtũ ad quatuor, scilicet quantum ad motiuum, promotiuum, directiuum, & consummatiuum: in quibus sufficienter manifestatur principale intentum.

Primo ergo manifestat intentionem suam quantum ad motiuum, quod quidem fuit aliorum exemplum, &
« hoc notat quũ dicit: (Quoniamquidẽ multi conati sunt
« ordinare narrationẽ,) inter quos quidã fuerũt boni, sicut Matthæus & Marcus, qui ante beatum Lucam scripserũt: quidam vero mali, sicut dicit glossa Bedæ, vt Basilides & Appelles, qui sub nomine Thomæ & Matthiæ, & aliorũ Apostolorum, falsa scripserunt. Quia sicut dicitur. 2. Corinthior. 11. Huiusmodi pseudapostoli, sunt operarij subdoli, transfigurantes se in apostolos Christi. Primi conati sunt, & perfecerunt. Secundi conati sunt, & defecerunt Primi mouerunt B. Lucam exemplo boni & veri. Secun-
« di mouerũt odio mali. (Ordinare narrationẽ ad or-
« dinandam narrationẽ. (Quæ in nobis completę sunt re-
« rum.) id est inter nos, & propter nos, sicut mysterium Incarnationis, Passionis, & Resurrectionis. Vnde Ioannis 1. Et verbum caro factum est, & habitauit in nobis: & vidimus gloriam eius &c.

¶ Alij bono, alij peruerso motu scripse re euãgelion.

2. Corĩ. 11. c.

Ioan. 1. b.

Secun-

M.E.C.D. 2017

Secundo,quantum ad promotiuũ,quod quidem fuit apoſtolorum documentum,& hoc notat quum dicit:(Sicut tradiderunt nobis, qui ab initio ipſi viderũt) ſcilicet apoſtoli. Vnde.1.Ioannis.1.Quod audiuimus,quod vidimus oculis noſtris,quod perſpeximus, & manus noſtræ contrectauerunt & c.Et Ioannis.19.Et qui vidit,teſtimonium perhibuit:& verum eſt teſtimoniũ eius. Et ille ſcit, quia vera dicit,vt & vos credatis.Et quia viderant, ideo teſtificabantur. Vnde & ſubdit.(Et miniſtri fuerũt ſermonis.)Actuu.1.Oportet ergo ex his viris qui nobiſcũ congregati ſunt in omni tempore quo intrauit & exiuit inter nos dominus IESVS, incipiens à baptiſmate Ioannis vſque in diem qua aſſumptus eſt à nobis,teſtem reſurrectionis eius nobiſcum fieri vnum ex iſtis. Et tales erãt apoſtoli. Vnde.1.Corint.4.Sic nos exiſtimet homo,vt miniſtros Chriſti,& diſpenſatores myſteriorũ Dei: Hic iam quæritur & cæt.

1.Ioã.1.a.

Ioã.19.f.

Actu.1.d.

1.Co.4.a.

Tertio quantum ad directiuum, qui fuit ordinatus ſufficiens & diligẽs proceſſus,quem notat,quum ſubdit (Viſum eſt & mihi.)ſpiritu ſancto ſcilicet inſtigato.Sicut dicit Hieronymus,ſacro inſtigãte ſpiritu,hoc ſcripſit Euangeliũ, (Aſſequuto,)id eſt,perfectè ſequuto, quia à principio vſque in finem:Vnde &;ſubdit:(Omnia diligenter ex ordine tibi ſcribere optime Theophile.)Vbi ſimul notantur ſufficientia,ordo,& diligentia.& hæc quidẽ competunt hiſtorico narratori. Vnde.2.Mach.2.Intellectũ colligere,& ordinare ſermonem,& curioſiùs partes ſingulas quaſq; inquirere:hiſtoriæ competit authori.

Hierony.

2.Mach.2.

Quarto quantum ad conſummatiuum,quod fuit veritatis intellectus:ſubdit.(Vt cognoſcas eorũ verborum de quibus eruditus es,veritatem:) cognoſcas ſcilicet pleniùs.Et hoc fuit in quo quieuit intentio Euangeliſtę ſcribentis. Vnde.2.Timot.3.Omnis ſcriptura diuinitùs inſpirata vtilis ad docendum,ad arguendum, ad corripiẽdum,ad erudiendũ in iuſtitia:vt perfectus ſit homo Dei ad omne opus bonum inſtructus, & hunc finem ponit Lucas reſpectu omniũ quos intelligit in perſona Theophili,cui ſcribit. Theophilus interpretatur,amans dominum:vel amatus à domino, & talibus manifeſtatur veritas.

2.Tio.3.d.

Teophil. interpre.

M.E.C.D. 2017

tas. Vnde Ioannis.14. Qui autem diligit me, diligetur à patre meo: & ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum. Et Ioannis.15. Vos autem dixi amicos: quia omnia quæcunq; audiui à patre meo, nota feci vobis: Et sic patet quàm plenè, & luculenter aperiat Euangelista suam intentionem. Ioã.14.c. Ioãn.15.b

Cæterum quod Lucas Euangelista præmittit suo euangelio prologum, quod nemo fecit aliorum Euangelistarum: hoc facit ratione specialis personæ, cui scribit: Quum omnes alij generaliter sine ratione specialis personæ scripserint. Suntq; ad hoc tres causæ, quarum prima est, quòd liber ipsius videretur alioqui fortassis cuipiam superfluus, quum iam duo Euangelistę scripserint, & in ore duorũ testium stet omne verbum. Vnde vt hoc remoueat, primo assignat primam causam declarans illum nequaquam esse superfluum, quum ad vana, falsa, & superflua resecanda (quæ scripta iam fuerãt per pseudeuãgelistas) ordinet. Secunda est, quia liber posset videri minus authenticus, vtpote eius, qui nõ fuerit apostolus: & ideo ostendit se scripsisse secundum documentũ apostolorum, & testimonium eorum qui viderunt. Tertia est quia quum sit historicus & narratiuus diuersarum parabolarum, posset videri inordinatus, & velut casu quodã atq; fortuito conscriptus, & ideo ad hoc remouendum, ostendit processum in prologo esse sufficientem, diligentem, & ordinatum. Vnde patet non esse curiosum inquirere & perscrutari ordinem, distinctionem, & sufficientiã in prosequutione eorum, quæ in hoc Euangelio conscribuntur. Nam si in alijs ordo fidem commendat & sapiẽtiam & bonitatem eorum quæ scribuntur, quanto amplius illi scripturæ debet competere, quæ procedit à fonte sapientiæ, & ducit ad finẽ bonitatis completę? Hęc autem est scriptura euangelica: & ideo nõ est curiositatis, sed vtilit[illegible] si describãtur in sequentibus, diuisio, ordo, & sufficientia, quia hoc intenditur ab Euangelista.

¶Cur Lucas prologũ euãgelio pręmiserit.

¶Causa. I

¶Secũda

¶Tertia.

SAN

SANCTVM
IESV CHRISTI EVANGELION
secundum Lucam.
CAPVT PRIMVM.

¶Generalis quędā totius operis diuisio.



VIT in diebus Herodis regis & cę). Hoc euangelium Lucę sicut supra dictum est, habet quatuor partes principales. In quarum prima agitur de incarnationis mysterio, vsq; ad tertium capitulum. In secunda verò de eruditiõis magisterio, vsq; ad vigesimũ secundum. In tertia, de passionis medicamento siue remedio, vsq; ad vigesimũ quartum. In quarta, de resurrectionis trophęo, vsq; in finem libri. Prima pars (quæ prosequitur incarnationis mysterium) habet tres partes. Explicat emm CHRISTI natiuitatem temporalem, quæ fuit triplex, scilicet in vtero quantum ad conceptum: ex vtero quantũ ad partum extra vterum quantum ad baptismum. Primam explicat in primo capitulo, secundam in secundo, & tertiã in tertio. Intendit igitur in primo capitulo agere de conceptione saluatoris: sed quia conceptum virginis pręcessit conceptus sterilis, & ante regis conceptum præcessit prę cursoris exordium: & quia vtrunque diuinum est, & de vtroq; laudandus Deus, ideo pręsens capitulum duas habet partes: in quarum prima agitur de sterilis & virginis fœcundatione: in secunda verò de gratiarũ actione, ibi. Exurgens MARIA, abiit in montana. Prima pars habet du[illegible] quarum prima agitur de conceptu præcursoris: in secun[illegible]e conceptu saluatoris, ibi. In mense autem sexto, missus est & cęt. Describens autem euangelista præcursoris conceptum, vt ostendat ipsum esse mirificum. Primo declarat parentum conditionem: secundo explicat angelicam annunciationem, ibi: Factum est cum sacerdotio & cę. Tertio denunciat promissionis confirma-

¶Tẽpora sis Christi natiuitas triplex fuit.

tionem

tionem,ibi :Et dixit Zacharias ad angelum: Vnde hæc sciam.Quarto mirabilem promissionis impletionẽ, ibi: Et factum est vt impleti sunt dies officij sui &c. Describens autem parentum ipsius conditionem, quatuor explicat: Primo dignitatis officium: Secundo honestatis coniugium · Tertio sanctitatis meritũ siue priuilegium. Quarto sterilitatis opprobrium.

¶Primo igitur ostendit dignitatis officium,quum dicit:
(Fuit in diebus Herodis regis Iudææ sacerdos qdã,noĩe Zacharias.)Sacerdotale explicat officiũ, adiũgẽdo regale dominiũ,vt insinuet quod Ioãnes prẽnũciare debebat CHRISTVM, qui erat sacerdos secundum ordinẽ Melchisedec,id est,simul rex & sacerdos.Hebræorum.7. Melchisedec,rex Salem,sacerdos Dei summi &c. Vel ideo explicat regnum,vt ostendat tempore legis regiam potestatem præire atq; præstare sacerdotio:sed nunc est econtrà Primæ Petri.2. Vos autem estis genus electum, regale sacerdotiũ &c. sic Exo.19.dicitur: Vos eritis mihi in regnũ sacerdotale,& gens sancta.Vel ideo explicat regnũ Herodis alienigenæ, qui primus Allophylorum imperauit Iudæis,vt ostendat aduenisse tempus aduẽtus CHRISTI Et impletam esse illam prophetiã Iacob patriarchę: Non auferetur sceptrum de Iuda, & dux & cæ. Vel ideo nominat Herodem,vt ostẽdat ipsum in malitia fuisse insignẽ. Fuit enim triplex Herodes,scilicet,Pater,Filius & Nepos Primus Ascalonita,qui interfecit pueros,Matth.2.Secũdus Antipas,qui Ioãnem decapitauit, Matth.14. Tertius Agrippa,qui occidit Iacobum,claudens in carcere Petrũ Actuum.12 . Sed primus infamior & inter omnes crudelior:ideo(quia cõtra malum, bonum est,Ecclesiast.33.ca.) econtra nominatur sacerdos Zacharias,vt ostendat ipsum famigeratum fuisse in bono,& Dei amicum [illegible]ndum illud Exod.33.Noui te ex nomine, & inuenisti gratiã coram me:nec tantũ ex nomine ipsum famatũ ostendit sacerdotem : sed etiam ex genere.Vnde dicitur.(De vice Abia),id est,de genere sacerdotum,secundum quod exponit Beda in glossa,dicens: Quum Dauid cultũ Dei ampliaret(sicut dicitur.1.Paralip.24.) Ministeria sacerdotum in viginti quatuor sortes diuisit,inter quas familiæ

¶Cur Lucas sacerdotale officiũ explicet adiuncto dominio regali.

Hebræ.7.a.
1.Pet.2.b.
Exo.19.a.
Geñ.49.b
¶ Tres fuerũt vocati nomine Herodes.
Matt.2.c.
Mat.14.a
Actu 12.a.
Eccl.33.b.
Exo.33.c.
Beda.
1. Para.24 b.

Abia

M.E.C.D. 2017

Abia:de qua fuit Zacharias:sors octaua contigit:vt præ-
co noui testamenti in octauæ sortis vice nasceretur:quia
per octo, nouum testamentum intelligitur, sicut per se-
ptem, vetus.

Secundo Secundo explicat honestatis cõiugium, in hoc quod
dicit (Et vxor illius de filiabus Aaron.)Et ita vterq; erat »
de genere sacerdotali, & per hoc ad coniugium apti se-
Nũei.36.c cundum mandatum domini.Nume.36. Omnes viri du-
cent vxores de tribu & cognatione sua:& cunctæ fœmi-
næ maritos de eadem tribu accipiant.Explicat autẽ vxo
ris nomen,quia de ea frequẽter sermonem erat facturus:
(Et nomen eius Elizabeth,)vt in cõceptu & salutatione, »
& partu.Explicat autem honestatis coniugium iuxta di
gnitatis officium,vt ex vtroq; commendabilior fiat con
Sapi.4.a. ceptus,Sapientiæ.4.O quàm pulchra est casta generatio
cum claritate & cæt.

Tertio describit sanctitatis priuilegium in hoc quod
dicit:(Erãt autem ambo iusti ante Deum,)id est,interius »
Sapi.5.c. in oculis Dei.Sapient.5.Iusti in perpetuum viuent: & se-
quitur, Cogitatio illorum apud altissimum. Non enim
erant de genere illorum,de quibus dicitur infrà decimo
infrà.16.d sexto capite: Vos estis qui iustificatis vos & c. sed similes
Gene.6.b Noe,de quo Gen.6.Noe vir iustus atq; pfectus fuit in ge
nerationibus suis: cum Deo ambulauit:Et Ezechiæ, de
4.Re.20.a quo.4.Reg.20. Memento domine quomodo ambulaue-
rim coram te in veritate,& in corde perfecto. secundum
1.Re.16.b enim quod dicitur.1.Reg.16.Dominus intuetur cor.Erãt
& iusti exterius in conspectu hominum:& propterea di-
cit: (Incedẽtes in omnibus mãdatis & iustificationibus »
Phili.2.b. domini,sine querela.)Philippẽ.2.Omnia facite sine mur »
murationibus & hæsitationibus,vt sitis sine querela, &
simplices filij Dei,sine reprehensione in medio nationis
prauæ & peruersæ.Et rectè dicit in omnibus:quia secun-
Iaco.2.b. dum quã dicitur Iacob.2. Quicunq; autem totã legem
seruauerit,offendat autem in vno,factus est omniũ reus.
Et ideo dicebat propheta: Ad omnia mandata tua diri-
Psalo.118. gebar.Psal.118.Et ibidem:Dirigantur viæ meæ ad custo-
diendas iustificationes tuas.

Quarto adiũgit sterilitatis opprobrium in hoc quod
dicit

M.E.C.D. 2017

dicit.(Et nõ erat illis filius.)Et id erat magni opprobrij.
Vnde Geneſis.15. Dicebat Abraham:Domine deus,quid dabis mihi? Ego vadã ſine liberis. Et ratio huius reddi- Gen.15.a.
tur defectus in matre,cum dicitur: (có quòd eſſet Eliza-
beth ſterilis.)quod erat opprobrium in Iſrael. Vnde po-
terat ipſa dicere illud Iſaię.49. Ego ſterilis,& nõ pariens. Iſaię.49.f
Et vt maius oſtẽdatur miraculum, ſubiungitur defectus
in vtroq; parẽte. (Et ambo proceſsiſſent in diebus ſuis.)
Quemadmodum de Abraham & Sara legitur, Gene.18. Gen.18.a
Poſtquam conſenui,& dominus meus vetulus eſt,volu-
ptati operam dabo? Quaſi dicat:Hoc non eſt naturale,
ſed mirabile. Vnde Geneſis.21. Quis auditurus,crederet Gen.21.a.
Abraham, quòd Sara lactaret filium, quem peperit ei iã
ſeni?Hoc autem ſterilitatis opprobrium non fuit in pec-
cati pœnam,ſed ad manifeſtandam dei gloriam, ſecun-
dum quod dicitur Ioan.9. de cæco nato. Ioan.9.a.

¶Factum eſt autem &c̃.)Poſtquàm deſcripta eſt parentũ conditio, deſcribitur hic ſecundo loco angelica denun-
ciatio. Primo, quantum ad circunſtantias adiacentes denunciationi angelicæ. Secundo,quantum ad circun-
ſtantias adiacentes proli denunciatæ,ibi: Erit enim ma-
gnus coram domino &c̃. Tria autem fuerunt adiacẽtia promiſsioni,ſcilicet executio ſacerdotalis officij,appari-
tio cœleſtis nuncij, denunciatio conceptus futuri. De primo ibi:Factum eſt aũt,cum ſacerdotio &c̃. De ſecũdo ibi. Apparuit autemi lli angelus domini. De tertio ibi: Ait autem ad illum angelus.

Primo ergo deſcribitur executio ſacerdotalis officij debito modo, quia ſecundum congruentiam ordinis, exigentiam conſuetudinis,& aſsiſtentiam deuotæ mul-
titudinis. Inſinuans ergo primo executionem debitam, ſecundũ congruentiam ordinis,dicit. (Eactũ eſt autem, cum ſacerdotio &c̃.) Vnde ſibi competit illud [illegible] de
Aaron dicitur Eccleſiaſtici.45. Factum eſt illi in [illegible]eſtamen ecclí.45.c
tum æternum,& ſemini eius ſicut dies cœli, fungi ſacer-
dotio,& habere laudem,& glorificari populum ſuum in
nomine ſuo & cæ. Et dicit,(In ordine.)Quia illud debet maximè fieri ordinatè. Primæ Corinth.decimo quarto. 1.Co.14.g
Omnia aũt honeſte,& ſecundũ ordinem fiant in vobis.

Tunc

M.E.C.D. 2017

Tunc aurem recte seruatur ordo, quãdo mens sacerdotis
dignè assistit conspectui diuino, & ideo dicit (in ordine)
Hebrę.9.f secundum quod de CHRISTO dicitur ad Hebręos.9.
Quòd introiuit in ipsum cœlum, vt appareat nunc vul-
tui dei pro nobis. Insinuat & eam debitam secũdum exi-
gentiam consuetudinis, cum dicit. (Secundum consue- »
tudinem sacerdotij sorte exijt vt incensum poneret.) Hęc »
enim consuetudo (vt non vsurpatione, sed sorte vel ele-
Hebr.5.b ctione pontifex introiret) est recta: quia dicitur ad Heb.5
Nec quisquam sumit sibi honorem & cæ. Contra quod
2.par.26 d quidem dicitur de Ozia, secundi Paral. vigesimo sexto.
quod volens incensum ponere, percussus est lepra: & filij
Num.16 e Chore consumpti sunt igne, Num.16. Hic aũt sorte exijt.
Sapiẽ.3.d Vnde Sapiẽtię.3. Dabitur enim illi fidei donum electum,
& sors in templo dei acceptissima. Exijt inquam vt in-
Leui.16.d censum ponereret. (ingressus in templũ domini.) Leuiti. »
16. Assumpto thuribulo, quod de prunis altaris impleue-
rit, hauriẽs manu, & compositũ thimiama in incensum,
vltra velum intrabit in sancta: vt positis super ignẽ aro-
matibus, nebula eorũ & vapor operiat oraculum, quod
est super testimonium, & non moriatur.

Tertio insinuat eam debito modo esse factam propter
assistentiam multitudinis, cum dicit. (Et omnis multitu- »
do populi erat orans foris hora incensi) Omnes debebãt »
Actuũ.1.c offerenti assistere, & pariter orare, secundum quod Actu.
1. dicitur. Omnes erant perseuerãtes vnanimiter in ora-
tione. Et foris stabant propter reuerentiam. Vt ille publi
Infra.18.c canus infra Luc.18. Publicanus à lõgè stans, nolebat &c̃.
Et hoc hora incensi, quia illa erat hora apta. 2. Macha.1.
2.Mac.1.c Orationem autem faciebant omnes sacerdotes dũ con-
summaretur sacrificium. In quo signatur, quòd omnis
nostra oratio debet offerri per CHRISTVM, qui exau-
Heb.5.b di[illegible]omnibus pro sua reuerentia, Hebręo.5.

Appa[illegible]: autem illi angelus &c̃.) Tangitur hic appa- »
ritio cœlestis nũcij, & hoc vt venerabilis, vt admirabilis,
& vt terribilis. Ostẽditur aũt venerabilis in situ, propter
quod dicit. (Apparuit autem illi angelus domini stans »
à dextris altaris incensi.) Qui scilicet erat locus magnæ »
Leu.10.a. reuerentię. Vnde Leuit.10. Interfecti sunt Nadab & Abiu

propter

M.E.C.D. 2017

propter loci irreuerentiam,& ſtatim ſubditur:Sanctifica-
« bor in his qui appropinquant mihi. (Er à dextris ſtabat)
Vt ſignificaretur quòd de cęleſtibus ciuibus erat.Prouer Prouer.3.
bior.3. Longitudo dierum in dextra eius.Et in pſalmo. b.
« 109.Dixit dominus domino meo & cæ. (Et ſtabat.)Non P.al.109.
autem ſedebat: vt oſtendatur quòd nuntius erat. Vnde
infrà dicit.Ego ſum Gabriel angelus qui ſto ante Deum Infrà eo-
« Oſtenditur admirabilis in aſpectu:& propterea dicit.(Et dem.b.
« Zacharias turbatus eſt videns).Scilicet ex admiratione.
Eſter penulti. Vidi te Domine mi, quaſi angelum Dei: Heſter pe
& conturbatum eſt cor meum præ timore gloriæ tuę.Val nul.d.
de enim mirabilis domine:& facies tua plena eſt gratia.
Aſpectus namque angelicus carnalibus admirabilis eſt: ¶Aſpecto
quia inſolitus.Vnde angelus ad Manue.Iud.13.Cur quę- ãgelicus
ris nomen meum,quod eſt mirabile? Oſtenditur terribi- admira-
« lis ex occurſu. Et propterea dicit: (Et timor irruit ſuper bilis eſt
« eum.) In quo ſignatur vehementia timoris. Sicut Dani. mortali-
10.Vidi autem ego Daniel ſolus viſionem.Porro viri qui bus.
erant mecum,non viderunt: ſed terror nimius irruit ſu- Iud.13.d.
per eos,& fugeruat in abſconditũ:ego aũt relictus ſolus Dani.10.
vidi viſionem grandem hanc:& non remanſit in me for b.
titudo.Ad hęc angeli terribiles apparebant, quia nondũ
erant nobis reconciliati. Vnde ſuperiores nobis erant,
& vt ſuperiores apparebant,& ideo timorem incutiebãt. Ambroſi
Ambroſ.Solemus turbari & à ſenſu noſtro alienari,quã-
do conſtringimur ſuperioris poteſtatis occurſu.

« Ait autem ad illum angelus:) Tangitur hic tertio de-
nunciatio futuri conceptus, vt confortatiua iraſcibilis,
vt inſtructiua rationalis,& conſolatiua concupiſcibilis.
« Oſtenditur confortatiua in hoc quod dicit: (Ne timeas
« Zacharia,quoniam exaudita eſt deprecatio tua.)Si Deus
exaudit homines,tunc ſperandum eſt in ipſo,& ideo cõ-
fitendum,non formidandum.Gen.15.Noli timere Abrã: Geñ.15.a.
Ego protector tuus ſum. Et quod oĩno ſit exaudita, ſi-
gnũ eſt miſsio nuncij.Tob.2.In illo tẽpore exauditę ſunt Tobi.2.d
preces amborũ in conſpectu glorię ſummi Dei:Et miſſus
eſt angelus S. Raphael &c. Simile dixit angelus Danie
li.Dani.10. Noli metuere Daniel: quia ex die primo quo Dan.10.c
poſuiſti cor tuum ad intelligendum,vt te affligeres in cõ

M.E.C.D. 2017

ſpectu dei tui exaudita ſunt verba tua. Deſcribitur inſtru
ctiua rationis: Vnde prenũciat prolem & prędicit nomẽ.
(Et vxor tua Elizabeth pariet tibi filiũ, & vocabis nomẽ »
eius Ioannẽ.) Pariet, inquã, tibi: quia de te, & ad tuam cõ »
Geñ.15.b ſolationẽ. Iuxta quod ,pmiſſum eſt Abrahę. Gen.15. Qui
egredietur de vtero tuo, ipſum habebis hęredem. Deinde
ſubiũgit: (Et vocabis nomẽ eius Ioannem.) Secũdum il- »
Iſai.49.a. illud Iſai.49. Quod dicitur ſub perſona ipſius Ioannis.
Dñs ab vtero vocauit me, de ventre matris meę recorda-
tus eſt nois mei. Deſcribitur poſtremo vt conſolatiua, in
Prou.23.c hoc quod dicit: (Et erit gaudiũ tibi & exultatio.) Prou.23 »
Exultat gaudio pater iuſti, id eſt, Zacharias pater Ioãnis
Pro.10.a. & qui ſapientẽ genuit, lętabitur in eo. Prou.10. Filius ſa-
piens lętificat patrẽ. Nec erit illud gaudiũ ſingulare, ſed
cõmune. Et propterea dicit: (Et multi in natiuitate eius »
Pro.29.a. gaudebunt.) Prou.29. In multiplicatiõe iuſtorũ lętabitur »
Iere.33.b. vulgus. Iere.33. Erit mihi in nomẽ, & in gaudiũ, & in lau-
Ambroſi. dem, & in exultationẽ cunctis gentibus terræ. Ambr. Ha-
bet ſanctorũ ęditio lętitiã plurimorũ, quia cõmune bo-
num eſt. Iuſtitia enim cõmunis eſt virtus. Exultate ergo
Pſal'o.32. iuſti in dño rectos decet collaudatio. Pſalm.32.

Erit enim magnus corã dño.) Supra notificata eſt de
nunciatio angelica, quantũ ad circunſtantias ex parte
promiſſi, commendatur enim filius naſciturus in tribus
ſcilicet, in vita, gratia, & doctrina. Et primum reſpicit a-
ctum, ſecundum reſpicit officium, tertium reſpicit intel-
lectum. Primum, ibi. Erit enim magnus coram domino.
Secundum, ibi. Et ſpiritu ſancto replebitur. Tertium, ibi
Et multos filiorum Iſrael &c. Naſciturum igitur filium,
(quem patris dixit eſſe gaudium) primum commẽdat in
vita, quantũ ad exiſtentiam veritatis: & quantum ad evi
dentiam ſanctitatis. Exiſtentiam veritatis tangit, quum
Iob.1.a. [illegible] (Erit enim magnus coram domino.) Sicut Iob.1. »
Erat v[illegible]le magnus inter omnes orientales, non inter
peccatores, qui ſunt magni in conſpectu hominum, ſed
inter iuſtos, ita ut in eius ortu poſsit dici illud quod in-
Infrâ.7.c. ferius ſcribitur. cap.7. Prophęta magnus ſurrexit in no-
bis &c. Verè magnus propheta, quia ſecundũ laudẽ ſal-
Matt.11.b uatoris, Mat.11. Ipſe erat prapheta, & pluſq̃ propheta, &

adeo

M.E.C.D. 2017

adeo magnus,vt dicat ibidē ſaluator:nō ſurrexit maior inter natos mulierum Ioāne Baptiſta &c.Euidentiam ſanctitatis tāgit,in hoc quod dicit: (Et vinū & ſicerā nō bibet.)In quo deſignatur vitę auſteritas,quę ſignum eſt ſanctitatis interioris, ecundū illud.Gala.5. Qui autem ſunt CHRISTI,carnē ſuā crucifixerūt &c.Per iſta aūt duo excludit oēm potū,q poteſt inebriare.Decet em̄ vas cęleſti gratię mancipatū à ſeculi illecebris abſtinere.Vnde dicitur Aaron & filiis eius.Leu.10.Vinū & oē quod inebriare poteſt,nō bibetis tu,& filij tui,qñ intrabitis in tabernaculū teſtimonij,ne moriamini . Hoc etiā prohibebat Nazaręis à tēpore conſecrationis ſui.Num.6. Magnum erat hoc in B.Ioāne,vt cū multa innocētia,eſſet tāta abſtinentia.Secūdo cōmendat eū in gratia,quantū ad cōſummationē & acceleratione. Propter conſummationē dicit:(Et ſpiritu ſancto replebitur.)Vt de ipſo poſſit dici illud Eccli.15.Et implebit illū ſpū ſapiētię, & intellectus, &c.Solus em̄ ſpūs ſanctus replet aīæ capacitatē ſecundū illud Sap.1.Spūs dñi repleuit orbē terrarū. Et hoc eſt q̄d orabat apoſtolus Ephe.5.Vt impleamini in oēm plenitudinē Dei.Propter acceleratione, dicit: (Adhuc ex vtero matris ſuę.)In cuius rei teſtimoniū dicit infra codē cap. Exultauit in gaudio infans in vtero meo. Vnde Ambr. Nondū erat in eo ſpūs vitę,& iam erat ſpiritus gratię:nō inquam,erat ſecundum apparentiam, erat tamen ſpiritus vitalis ſecundum exiſtentiam.Simile pręceſſit in Ieremia.Ierem.1.Priuſquam te formarem in vtero,noui te & antequam exires de vulua,ſanctificaui te.Tertio commendat eum in doctrina,quantum ad efficaciam vtilitatis,& quantum ad eminentiā authoritatis. Propter vtilitatis efficaciam dicit:(Et multos filiorum Iſrael cōuertet ad dominum Deum ipſorum.) Et hoc eſt maximæ vtilitatis. Iacob. vltim. Qui conuerti fecerit peccatorem ab errore viæ ſuæ, ſaluabit animam eius [illegible],& operiet multitudinem peccatorum, hoc eſt, q̄ maximè dñs petit,vt ad ſe conuertant.Zach.1.Conuertimini ad me,ait dominus exercituum : Et ego conuertar ad vos, dicit dominus exercituum:Conuertimini ad me per pęnitentiā,ſ.& ego cōuertar ad vos per indulgentiā. Ier.3.

¶ Vitę auſteritas interioris ſāctitatis ſignū eſt. Gala.5.d.

Leui.10.b

Nu.6.a.

Eccl.15.a.

¶Solus ſpiritus ſāctus replet aīæ capacitatem. Sapi.1.d. Ephę.3.b. Infrà eodem. Ambroſi. Iere.10.a. Iaco.vlt. d. Zachar.1 a. Ierem.3.f

M.E.C.D. 2017

Conuertimini filij reuertentes, & ſanabo auerſiones ve »
ſtras. Propter excellentiam authoritatis ſubdit: (Et prę »
¶ Spiritꝰ cedet ante illum in ſpiritu & virtute Eliæ.)Spiritus & vir
& virtus tus Eliæ deſcribitur Eccleſiaſtici quadrageſimooctauo:
Eliæ. Surrexit Elias propheta,quaſi ignis : & verbum ipſius ſi
Eccſci.48 cut facula ardebat.De Ioanne dicitur Ioannis.5. Ille erat
a. lucerna ardens & lucens. Et ideo propter nimiam con
Ioan. 5. f. formitatem dicitur Elias,Matthæi.11. Et ſi vultis recipere
Matt.11.b ipſe eſt Elias qui venturus eſt & cæte. Et ſubditur execu-
tio authoritatis, in hoc quod dicitur:(Vt conuertat cor- »
da patrum in filios). Id eſt, intelligentiam Patriarcha- »
Beda. rum in imitatores ipſorum. Beda. Corda patrum in fi-
lios conuertit, dum ſpiritualem ſanctorum intelligen-
tiam populis prædicando infundit. Hoc prædictum erat
Malac.vl de Elia,Malach.vltimo. Ecce ego mittam vobis Eliam
ti.b. prophetam, antequam veniat dies Domini magnus, &
horribilis. Et conuertet cor patrum ad filios, & cor filio-
rum ad patres eorum,ne forte veniam, & percutiam ter-
ram anathemate.Et vt oſtendatur per omnia conformis
Eliæ, ſubdit: (Et incredulos ad prudentiam iuſtorum.) »
Id eſt, ad fidem, quæ eſt ipſorum prudentia, per quam
Rom.3.d credunt ſe iuſtificari.Roman.3. Arbitramur enim iuſtifi-
Abac.2.a. cari hominem per fidem ſine operibus legis. Vnde Abac.
2. Ecce, qui incredulus eſt, non erit recta anima eius in
ſemetipſo: iuſtus autem in fide ſua viuet. Et quia hæc
conuerſio præparabat ad CHRISTI aduentum ſuſci-
piendum, ideo addit: (Parare Domino plebem perfe- »
Iſai.40.a. ctam.) Sic enim prædictum fuerat de ipſo. Iſaiæ.40. »
Vox clamantis in deſerto: Parate viam Domini, rectas
facite in ſolitudine ſemitas Dei noſtri. Quando autem
Prou.4. c ſemita recta eſt, tunc facit perfectum. Prouerbior.4. Iu-
ſtorum autem ſemita, quaſi lux ſplendens, procedit, &
cr[illegible]que ad perfectam diem. Ioannes autem velut lu
cerna lu[illegible]at, & manu ducebat populum ad videndam
lucem veram, & perfectam.Authoritas igitur Ioannis,&
officium,erat precurrere & prenunciare CHRISTVM.
Mala.3.a. Vnde de ipſo intelligitur illud Malach.3. Ecce ego mitto
angelum meum, & preparabit viam ante faciem meam.
Vnde prædicatio eius, prefigurata fuit in prædicatione
Moyſę.

M.E.C.D. 2017

Moyſę.Exodi.19.Eſtote parati in diem tertium. Vt accipi amus diem pro anno,quia tertio anno poſt prædicatio= nem Ioannis. CHRISTVS apertè prædicauit. Sic exor ſus eſt Samuel 1.Reg.7.Præparate corda veſtra domino. & c. Sic & omnis prædicator. Vnde Beda. Qui fidem & opera prædicat, quid aliud, quàm venienti domino ad corda audientium viam præparat?

Exo.19.c. 1.Reg.7.a Beda.

« ¶Et dixit Zacharias &c.) Deſcripſit Euãgeliſta cõceptio= nẽ pręcurſoris quantũ ad parentũ cõditionẽ, & angelicã ꝓmiſſionẽ. Hic deſcribit quantũ ad ꝓmiſſionis cõfirma= tionẽ,quam deſcribit hoc ordine. Primo enim introdu= citur dubietas ſacerdotis. Secũdo authoritas nuncij,ibi: Et reſpondens angelus. Tertio ſignum authoritatis,ibi. Et ecce eris tacens. Quarto euidentiam ſigni,ibi. Et erat plebs expectans. Introducit ergo dubitationem ſacerdo

« tis,cum dicit.(Et dixit Zacharias ad angelum: Vnde hoc

« ſciam?)id eſt,quo ſigno certificabor? Primæ Corint.1.Iu= dæi ſigna petunt,& Græci ſapientiam quęrunt. Vnde no ta, quòd quidam ſigna quærunt propter publicationem diuini promiſſi, ſicut Abraham Gene.15. Domine Deus, vnde ſcire poſſum,quòd poſſeſſurus ſim terrã? Quidã re= cu ant propter obſtinationẽ delicti proprij,ſicut Achaz. Iſa.7. Pete tibi ſignum à domino deo tuo &c. Quidam verò requirunt propter hæſitationem animi,ſicut Zacha

« rias, Vnde ſubiungit rationem dubitãdi. (Ego enim ſum

« ſenex, & vxor mea proceſſit in diebus ſuis:) Et ita impo= teſtas ex parte vtriuſq; parentis,& iam non eſt tempus ge nerandi,ſed potius ſecundum illud Eccl'es.3. Tempus eſt longe fieri ab amplexibus. Et ideò dubitabat & hęſitabat At non ſic Abraham, de quo Rom.4. Et non infirmatus eſt in fide, nec conſiderauit corpus ſuum emortuum, cũ fere centum annorum eſſet,& emortuam vuluam Sarę In promiſſione etiam dei non hæſitauit diffi[illegible]ed confortatus eſt fide,dans gloriam deo: pleni[illegible]nè ſciens, quia quæcũq; promiſit, potẽs eſt & facere. Vnde Abrahã credidit, quia conſiderauit diuinam potentiam: ſed Za= charias hæſitauit,quia cõſiderauit ſolũ humanã poten= tiam,in quo inſtruimur,quod in miraculis aſpiciendum eſt in cauſas ſuperiores.

1.Corĩ.1.c

¶Quidã diuerſi mode ſi= gna aut quærunt aut recu= ſant à do mino. Genĩ.15.b. Iſaię.7.b. Eccl's.3. a Rom.4 d

M.E.C.D. 2017

Et reſpõdens angelus dixit ei.) &c. Hic notaſ nũciꝫ au »
thoritas quantũ ad virtutẽ contẽplatiuam, & quantũ ad
miniſtratiuã, quantũ ad contẽplatiuam dicit. (Ego ſum »
Daniel .7 Gabriel, q aſto ante deũ.) Da.7. Decies millies cẽtena mil »
lia aſſiſtebãt ei, Et inter hos erat Gabriel, & ideo .3. Re.10.
3.reg.10 b Dixit regina Saba in figura Salomoni. Beati viri tui, &
beati ſerui tui hi q ſtant corã te ſemp, & audiũt ſapientiã
3.reg.vlt. tuã. Hoc vidit Michęas .3. Re.vlt. Vidi iuquit dñm ſedentẽ
c. ſuper ſoliũ ſuũ, & oẽm exercitũ cęli aſſiſtentẽ ei à dextris
& à ſiniſtris. Notaſ ergo dignitas in aſſiſtẽdo, & notaſ in
hoc authoritas in denũciãdo. Quãtũ ad miniſterĩũ miſ
ſionis, dicit. (Et miſſus ſum loqui ad te, & hęc tibi euãge- »
lizare.) Vñ de numero illorũ erat de quibus Heb. 1. Nõne »
Hebrę.1. d oẽs ſunt adminiſtratorĩ ſpũs in miniſterĩũ miſſi? &c. Miſ
ſus inquã & loqui, & explicare. In loquela eñ eſt intelli-
Dani.9.e genda expreſſio veritatis. Dañ .9. Ecce vir Gabriel quẽ vi
derã in viſiõe à principio, cito volãs tetigit me in tẽpore
ſacrificĩ veſpertini, et docuit me & qui locutꝰ eſt mihi. In
euãgelizatiõe verò intelligẽda eſt denũciatio bonitatis.
Zach.1.c. Euãgeliũ eñ eſt bona nũciatio. Zach.1. dicitur. Et reſpõ-
dit dñs angelo qui loquebaſ in me, verba bona, verba cõ
3.Reg.1.f ſolatoria. Vnde debebat ei dicere illud .3. Re.1. Ingredere
¶ Gabrie quia vir fortis es, & bona nũcians. Gabriel eñ fortitudo
lis inter dei interpretaſ, & ideo miſſus fuit cõfortare pauidũ ſacer
pretatio. dotẽ. (Et ecce eris tacẽs, & nõ poteris loqui.) Hic tãgitur »
ſignũ authoritatis, & pro ſigno pęnã infligit, ppter vitiũ
incredulitatis. Prędmittit ergo taciturnitatis ſignum, vſq;
ad tẽpus ſtatutũ, videlicet (vſq; in diẽ quo hęc fiãt.) Vt ſic »
Pſaſo.37. poſſet dicere illud Pſaſ. Ego aũt tanq̃ ſurdus nõ audiebã:
& ſicut mutus &c. Nec mirꝫ, ſi mutus factus eſt, ppter in-
credulitatẽ propriã, cũ Ezechielẽ mutũ fecerit incredulĩ-
Ezech.3. [illegible]liena. Ezec.3. Eris mutus, nec quaſi vir obiurgãs, qa
g. domꝰ [illegible]aſperãs eſt. Et ideo ſubdit rationẽ taciturnita-
tis. vitiũ [illegible]licet incredulitatis. (Pro eo q nõ credidiſti »
verbis meis, quæ implebunt in tẽpore ſuo.) Econtrà di- »
cit infrà eodẽ de MARIA. Beata quę credidiſti, qm̃ pficien
tur ea, quę dicta ſunt tibi à dño. Ante pœnã nõ credidit,
Iſai.28.e. ſed poſt, quia ſicut dicit Iſa. 28. Et tãtũmodo ſola vexatio
inteilectũ dabit auditui. Nõ ergo cõtẽnenda ſunt verba
nuncia-

M.E.C.D. 2017

nũciorũ dei,qa deus incredulos punit. Exo.23. Ecce ego mitto angelũ meũ,& ſequtur,Obſerua eũ & audi vocẽ eius nec contẽnendũ putes, qa nõ dimittet cũ peccaueritis. Heb.2. Si eñ qui p angelos dictus eſt ſermo,factus eſt firmus, & oĩs ꝓuaricatio &inobediẽtia accepit iuſtã mercedis retributionẽ. Quõ nos effugiemꝰ,ſi tantã neglexerimus ſalutẽ:quę cũ initiũ accepiſſet enarrari per dñm :Ab eis q audierũt,in nos cõfirmata eſt cõteſtante deo ſignis & portẽtis,& varijs virtutibus,& ſpũs ſancti diſtributiõibus ſcdm ſuã volũtatẽ.Et ideo nõ eſt locꝰ incredulitatis.

¶ Nõ ſũt cõtẽnẽda ꝟba nũciorum dei Exo.23.d. Hebrę.2.a

« Et erat plebs &c). Hic tãgitur quarta euidẽtia ſigni, per prẽſentiã multitudinis expectãtis,& abſentiã ſermo-
« nis primã tãgit dicẽs:(Et erat plebs expectãs Zachariã &
« mirabãtur quòd tardaret ipſe ĩ tẽplo .) Ad populũ enim pertinet expectare. Vnde Moyſes cũ aſcẽderet in mõtẽ dixit ſenioribus Exo.24. Expectate hic,donec reuertamur ad vos. Quia ſecundũ quod dicitur Threno.3. Bonũ eſt prẽſtolari cũ ſilẽtio ſalutare dei. Plebis eſt etiã admirari diuina ſecreta,nõ perſcrutari. Eccli.11.dicitur de iuſto, & poteſt exponi de Zacharia,Oculus dei reſpexit illũ in bono, & erexit illũ ab humilitate ipſius, & exaltauit caput, & mirati ſunt in illo multi. Quãtũ ad abſentiã ſermonis,ſubdit.(Egreſſus aũt non poterat loqui ad illos,)
« Hoc enim ſolet accidere his,qui eleuantur in apicem cõtẽplationis.Exod.4.Ex quo locutus es ad ſeruũ tuũ,impeditioris & tardioris lĩguę ſum.Et Dañ.10.Domine mi, in viſione tua diſſolutę ſunt cõpages meę,& nihil in me remãſit viriũ,& quomodo poterit ſeruus domini mei eloq cũ dño meo? nihil eñ ĩ me remãſit,viriũ, ſed & halitus meus intercluditur. Et ideo exhoc,tanq̃ ex ſigno,venerũt ĩ notitiã veritatis.Propter quod ſequit.(Et cognouerũt ꝙ viſionẽ vidiſſet ĩ tẽplo.) Et ita quod eſſet verus
« ꝓpheta,ſicut Samuel,de quo.1.Re.3.Cognouit vniuerſus Iſrael à Dan vſq; Berſabee, quod fidelis Samuel ꝓpheta eſſet domini.Ad perfectã autem ſignificantiam notatur loquendi impoſſibilitas, & diuturnitas, in hoc
« quod addit.(Et ipſe erat innuẽs illis,& pmãnſit mutus.)
Am.Sine voce acto corporales ĩdicare moliẽs,nec expriĩs volũtatẽ pmãſit mutus,in ſignũ ꝙ ĩ aduẽtu Chriſti

¶ Cõtemplationis apex mutos facit. Exod.4.c Da.10.e d 1.reg.3.d. Ecclĩ.11.b. Exo.24.c Thre.3.c. Ambroſi.

M.E.C.D. 2017

Matt.11.b silentium debebat imponi sacerdotio legali. Mat.11. Omnes enim prophetæ & lex vsque ad Ioannem prophetauerunt. Ideo dicit Chrysostom. De Ioanne, quod est apostolorum vox, silentium prophetarum.

Chrysost

¶Et factũ est, vt impleti sunt &c.) Superius descripsit Euãgelista pręcursoris cõceptionẽ quantũ ad parentũ conditionẽ, angelicã denũciationẽ, & denũciationis cõfirmationẽ. Hic postremo describit, quãtũ ad denũciationis cõsummationẽ, siue impletionẽ. Circa quod quatuor nobis breuiter explicantur, scilicet mutua cohabitatio, fœcunda conceptio, verecunda occultatio, & lætabunda exultatio. Primum respicit legem coniugij: Secundum virtutem miraculi: Tertium recordationem prędecessionis approbrij. Quartum recognitionem prędentis beneficij. Insinuatur ergo primo mutua cohabitatio quum dicit. (Et factum est, vt impleti sunt dies officij eius, abijt in domum suam,) scilicet, ad cohabitãdum & reddẽdum debitum vxori. Vnde Chrysosto. quòd eadem nocte filium genuit, hoc autem fecit coniugij lege. 1.Corint.7. Nolite fraudare inuicem, nisi fortè ad tempus, ex consensu, vt vacetis orationi: Et iterum reuertimini in idipsum. Et ideo quàm diu Zacharias dies officij implebat, ad vxorem non accedebat. Exod.19. Sacerdotes quoq; & populus qui accedunt ad Dominum sanctificentur, ne percutiam eos. Et ex hac causa dicunt Hebræi: Ozam percussum 2.Reg.6. Quia nocte vxorem cognouerat, quando tetigit arcam. Non enim licebat ab amplexu Liæ ad Rachelem immediatè trãsire. Sicut Gen.29. dicit ad Iacob: Imple hebdomadam dierũ huius copulæ. Secundo insinuatur fœcunda conceptio, quum dicit: (Post hos autẽ dies concepit Elizabeth) sicut dicitur. 1.Reg.1. Post circulum dierum concepit Anna. (Post hos autem dies videlicet officij.) In quo ostenditur, quòd carnalia postponẽda spiritualibus: & ideo infra.10. MARIA optimã partem elegit. Tertio describitur verecunda occultatio: cum dicitur: (Et occultabat se mẽsibus quinq;.) Hoc erat signum humilitatis & pudicitiæ. Non sicut Agar ancilla, de qua dicitur Gene.16. Quæ concepisse se videns, despexit dominam suam. Ratio huius bene redditur in

Exo.19.d

2.reg.6.b.

Geñ.30.c

1.reg.1.d.

¶ Carnalia sunt spiritualibus postponẽda . Infrà. 10. g.

Geñ.16.a

glossa

M.E.C.D. 2017

glossa Ambros. Sed spiritualiter erudimur, quòd sancti propositi conceptio, est in princ pio occultranda: sicut dicitur Mat. 13. Simile est regnum cęlorum thesauro abscõdito in agro: Vbi Gregor. Thesaurus inuentus abscondi tur, vt seruetur: quia studium cœlestis desiderij à malignis spiritibus custodire non sufficit, qui hoc ab humana laude non abscondit. Quarto tangitur lætabunda exultatio in recognitione beneficij, ibi. (Dicẽs, Quia sic mihi fecit dominus.) Simile Gene. 21. Risum fecit mihi Deus: quicũq; audierit, corridebit mihi. (In diebus quibus respexit auferre opprobrium meum inter homines) Opprobrium scilicet, sterilitatis Gen. 30. Concepit Rachel, & peperit filium, dicens: Abstulit Deus opprobriũ meum. Erat opprobrium inter homines, propter illud Deut. 7. Non erit apud te sterilis vtriusq; sexus. Vnde dicitur. 1. Reg. 1. Quòd æmula Annæ affligebat eam, & vehementer angebat, in tantum, vt exprobaret quod Dominus concluisset vuluam eius. Et propter hoc gaudebat, secundum illud psalm. Qui habitare facit sterilem in domo matrem &c.

Ambrosij. ¶Propositũ sãctũ in principio sui occultãdũ est. Matt. 13. f. Gregorij. Geñ. 21. a. Deut. 7. c. 1. reg. 1. b. Psal. 112. a

¶(In mense autẽ sexto, missus est angelus Gabriel & cę.) Egit author supra de conceptione præcursoris, quæ fuit per fœcundationem sterilis, in hac parte agit de conceptione saluatoris, quæ fuit per fœcundationem virginis Hæc autem fœcundatio facta est Deo destinante, angelo nunciante, & virgine consentiẽte, vt reparatio lapsui responderet sicut dicit Bernard. Placuit Deo eodem modo & ordine, sibi reconciliare hominem, quo nouerat cecidisse. Ideo pars ista habet tres partes, & in prima insinuatur destinatio nuncij à Deo: in secunda, executio ministerij ab angelo: ibi: Et ingressus angelus ad eam: in tertia assequutio propositi, mediante consensu Virgineo ibi: Dixit autem MARIA ad angelum: Ecce ancilla & c. Destinatio autem nuncij describitur debito modo facta ex parte temporis, legati, loci, & personæ: ad quam mittitur nuncius dei. Congruentiam temporis insinuat cum dicit: (In mense autem sexto). Scilicet à cõceptione Ioannis qui fuit Martius: in quo mense & homo & mũdus fuerat conditus: in quo etiam per CHRI-

Bernard.

STI

STI incarnationẽ erat reparãdus, vt sic reparatio rñderet primæ cõditioni, vt impleri videat illud Isai. 66. Sicut cęli
Isai. 66. g. noui, & terra noua, quę ego facio stare corã me, dicit dñs Sic stabit semẽ vestrũ, nomẽ vestrũ. Et erit mẽsis ex mẽse: & sabbathũ ex sabbatho, veniet omnis caro, vt adoret co-
¶ Numerus septenarius mysterio. ram facie mea. Nec etiam senarius numerus vacat à mysterio quia eñ perfectus est ideo homo (inter cętera operа Dei perfectus) sexto die est conditus. Ideo & CHRISTVS venit sexta ætate, & sexto numero annorũ, & sexto mense conceptus, & sexta feria passus, & sexta hora in cruce suspensus vt sic significaretur adueniisse in plenitudine temporum, & perfectione. qui conceptus est
Gala. 4. a sexto mense. Galat. quarto. At vbi venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum factum ex muliere & cæt. Congruentiam legati notat, quum dicit: (Missus est angelus Gabriel, à Deo.) Vt sic respondeat reparatio lapsui Vt quemadmodum homo lapsus est per suggestionem
Prou. 13. c angeli mali, sic resurgat per ministerium boni. Prouerb. 13. Nuncius impij cadit in malum. Legatus fidelis, sanitas. Respondeat etiam impletio promissioni, vt sicut per Gabrielem mysterium illud prædictum fuit Danieli: Sic
Dan. 9. e f apertum fuit virgini. Dan. 9. Ecce vir Gabriel quem vidi ram in visione, à principio, cito volans, tetigit me in tẽpore sacrificij vespertini. Et docuit me, Sequit. Septuaginta hebdomadæ abbreuiatæ sunt super populum tuum, & super vrbem sanctam tuam, vt consumeretur præuaricatio, & finem accipiat peccatum, & deleatur iniquitas, & adducatur iustitia sempiterna, & impleatur visio, & prophetia, & vngatur sanctus sanctorum. Et nota, quòd ab ipso Deo (teste Bernardo) mitti perhubetur, ne cui vel beatorum spirituum, suum Deus, antequã virgini, reuelasse putetur consilium, excepto duntaxat Archangelo
brieli: & quia à Deo erat denunciationi diuini mysterij c ebat. Congruentiã loci notat, in hoc quod ait: (In ciuitatẽ Galilææ, cui nomen Nazareth.) Iuxta quod
Isaię. 9. a. prædixerat dñs per Isaiã. 9. Aggrauata est via maris trãs Iordanem Galilęę gentium. Populus qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnã. In hoc ergo quod in ciuitatem Galilęę missus est (quæ erat confinium iudęorum

& gen

M.E.C.D. 2017

& gentium) signatur quod illum venit annunciare, qui promissus fuerat Abrahę. Gen. 22. Benedicentur in semine tuo omnes gentes terrę. Et. Gen. 49. Iacob. Ipse erit expectatio gentium. In hoc quod ciuitas illa Nazareth vocatur, quę flos interpretatur, signatur ꝙ illum veniebat nunciare, qui flos est campi, & lilium conuallium. Cant. 2. & Isa. 11. Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet &c. Vnde hic dicit Hieron. Quod secundum hebraicam veritatem habetur, Nazaręus de radice Iesse ascendet. Igitur à Nazareth potest aliquid boni esse Imo flos omnis boni. Congruebat in flore florem cõcipi, in flore nutriri, in florũ tempore, id est, in Vere & Martio nunciari. Vnde Ber. Florigeram amat patriã, flos de radice Iesse. Et ideo poterat iam decantare. Flores apparuerunt in terra nostra. Cant. 2. Congruentiam personæ « Innuit, cum dicit: (Ad virginem desponsatã.) Cuius congruentia ostenditur pudica, cum dicit: (Virginem.) Primę Corint. 7. Mulier innupta & virgo, cogitat quæ dñi sunt, vt sit sancta & corpore & spiritu. Bern. Missus est ad virginẽ: virginẽ carne, virginẽ mente, virginẽ professiõe, virginem qualem describit apostolus: mente, & corpore « sanctã. Ostendit & probata, cũ dicit: (Despõsatã viro, cui « nomen erat Ioseph &c.) Vt scilicet Ioseph vir iustus, (secũdum quod dicitur Mat. 1.) esset testis castitatis ipsius, secundum illud Prou. vlt. Vir eius laudauit eam. Ber. Virũ nominat, non quia maritus eius, sed quia homo virtutis & iustus erat: & ideo erat testis legitimus. Bern. Vno tali consilio secretis cęlestibus, & admittitur testis, & excludi tur hostis, & integra seruat fama virginis: alioquin quomodo peperciisset iustus adulteræ? Quia zelus & furor viri, non parcet in die vindictę. Prou. 6. Ostenditur etiã « promissa in hoc quod dicit: (De domo Dauid.) Quod refertur ad virginem & ad Ioseph: quia vterq; fuit de domine Dauid, cui facta erat repmissio. Psal. Iurauit dñs Dauid veritatẽ, & nõ frustrabitur eã: de fructu vẽtris tui, &c Ber. Ambo erãt de domo & familia Dauid. Sed in altero completa est veritas, quam iurauit dominus Dauid altero tantum teste, & conscio, scilicet ipso Ioseph. Ostenditur & prænominata, in hoc quod dicit: (Et nomen

Gen. 22. d
Gen. 49 b
Can. 2. a.
Isaię. 11. a.
Hierony.
Bernard.
Cant. 2. c
1. Cor. 7. f
Bernard.
Matt. 1. c.
Prou. 31. d
Bernard.
¶ Cur Maria fuerit viro desponsata.
Prou. 6. d
Psal. 131.
Bernard.

M.E.C.D. 2017

¶Marię interpretatio. Nu. 24. c. Eccl. 50. a Apo. 22. c.

men virginis MARIA.) MARIA enim ſtella maris interpretatur, & ſic oſtenditur impleta illa prophetia Balaam. Num. 24. Orietur ſtella ex Iacob, & conſurget virga de Iſrael. Eccleſi. 50. Quaſi ſtella matutina in medio nebulæ. Apocalypſis .22. Ego ſum radix & genus Dauid ſtella ſplendida, & matutina, ideo ergo nominat virginem, vt oſtendatur ipſam præparatam fuiſſe, non caſu inuentam. Bernardus. Non eſt nouiter, aut fortuito inuenta · ſed à ſeculo electa, ab altiſſimo præcognita, ſibi præparata, ſibi ſeruata, à patribus præſignata à prophetis promiſſa, quod enim Moyſi monſtratum eſt in Rubo & igne: Aaron in virga & flore: Gedeoni in vellere & rore, hoc Salomon præuidit in forti muliere, & eius pretio, apertiùs Ieremias præcecinit de fœmina, & viro. Iſaias de virgine & domo. Gabriel tandem exhibuit ipſam virginem ſalutando: vel ideo nominat virginem, vt nos doceat, nomen ipſius in neceſsitatibus inuocare. Vnde Bernard. Quiſquis te intelligis in huius ſeculi profluuio magis inter procellas & tempeſtates fluctuare, quàm ſuper terram ambulare, reſpice ſtellam, voca MARIAM. Si iactaris ſuperbiæ vndis, ſi ambitionis, ſi detractionis, ſi æmulationis, reſpice ſtellam, voca MARIAM: ſi aut ira, aut auaritia, aut carnis illecebra, nauiculam concuſſerit mentis: reſpice ſtellam, voca MARIAM Si criminum immanitate turbatus, ſi conſcientiæ fœditate confuſus baratro deſperationis incipias abſorberi, reſpice ad MARIAM. Ipſa tenente, non corruis: ipſa protegente, non metuis: ipſa duce, non fatigaris: ipſa propitia, peruenis. Vel ideo nominat, vt inſinuet nomen eius myſterio plenum, ſecundum triplicem interpretationem per quam triplicem ſtatum intelligimus ſaluandorum. Actiuos per mare amarum, contemplatiuos per ſtellam, prælatos per dominium. 99

(Et ingreſſus angelus &c.) Poſtquam deſcripta eſt denuntiatio nunciĳ, hic deſcribitur executio miniſterĳ, quæ quidẽ fuit in denũciatione cõceptus futuri, in qua procedit angelus tanq̃ bonus rhetor valde ordinatè, & euãgeliſta explicat perfectè. Prę̃mittit eñ primo ſalutatiõis ingreſſus. Secũdo addit narratiõis ꝓceſſus, ibi. Et ait angelus

M.E.C.D. 2017

fus ei: Ne timeas MARIA. Subiungit tertio cõclusiõis terminus, bi. Ideóq; & quod nascetur ex te, sanctũ. Istæ enĩ sunt partes principales rethoricę, scilicet exordium, narratio, & conclusio secundum Tullium. Primo ergo præmittitur salutationis ingressus, secundo additur narrationis processus, in quo introducitur primo angelus salutans, & deinde virgo auscultans, ibi. Quę cum audisset, &c. Introducit ergo euangelista angelum in suo ingressu à salutatione sumpsisse exordium, in qua salutatione captat ipsius benevolentiam, exigit confidentiam, & exhibet reuerentiam. Ostendit enim eam commendabilem à bonitatis plenitudine, & ideo amabilem à dignitatis altitudine, & ideó venerabilem à laudis amplitudine, & ideo prædicabilem. Et propter hæc tria designata fuit per arcam fœderis, de qua dicitur Hebrę. 9. quod cõtinebat tria, scilicet virgam Aaron, tabulas legis, & manna. Vt sic ostenderetur, quòd ipsa erat dulcis & amabilis per manna, venerabilis per virgam, prædicabilis & commendabilis per legem diuinam. Et secundum hoc fuit in ipsa triplex excellentia, scilicet dignitatis, virtutis, & charitatis. Eccl'ci. 24. Ego mater pulchræ dilectionis, & timoris, & agnitionis, & sanctę spei. Vt ergo ostendat eam amabilem gratiositate, dicit. (Ingressus angelus ad eam dixit: Aue gratia plena.) Et ideo benè per Ester designata est, de qua Ester. 2. dicitur, quòd erat formosa valde, & incredibili pulchritudine, omnium oculis gtatiosa, & amabilis videbatur. Vnde de ipsa potest dici illud Eccl'. 24 In me gratia omnis vitę & veritatis, in me omnis spes vitę & virtutis. Nec mirum, quia illum erat conceptura, de quo dicitur Ioã. 1. Vidimus gloriam eius gloriam quasi vnigeniti à patre, plenũ gratiæ & veritatis. Et ideo post subditur: Et de plenitudine eius nos oĉs accepimus. Vt aũt ostendat venerabilem ex dignitate, addit. (Dominus tecum.) Discretè dictum est, quia excellen[illegible] singulari modo, tanquam in proprio tabernaculo. Eccl'ci. 24. Qui creauit me, requicuit in tabernaculo meo. Psalmo. Dominus in templo sancto suo, hoc est, in virginis vtero Et rursus Psal. Sanctificauit tabernaculum suum altissimus: Deus in medio eius nõ commouebitur. Bernardus.

¶ Quę sit ptes artis rhetoricę principales.

Hebr. 9. a

Eccl'. 24. b

Ester. 2. c.

Eccl'. 24. b

Ioan. 1. b.

Eccl'. 24. a

Psal'o. 10.

Psal'o. 45.

Bernard.

Dominus

Dominus tecum,illius erat mater,cuius est Deus pater,fi
lius paternę charitatis,erat corona tuę castitatis.Ex quo
super oēs sortiris inestimabilem dignitatē , & propterea
Psal'o. 44 regina dicitur in psal.Astitit regina à dextris tuis. Vt er-
go ostendat ipsam laudabilem ex benedictione,subiun-
git:(Benedicta tu in mulieribus.) Propter vniuersale re- »
1.reg.25.f medium.1.Reg.25.Dixit Dauid ad Abigael:Benedicta tu
quę ,phibuisti me hodie,ne irē ad sanguinē , & vlciscerer
me manu mea.Benedicta,inquā in mulieribus,id est,su-
Iudi.13.d· per oēs mulieres.Iudit.13.Benedicta es tu filia à dño deo
excelso,prę oībus mulieribus super terrā.Et itez.Iudith.
Iud.15.cd 15.Benedixerūt illam oēs vna voce,dicētes· Tu gloria Hie
rusalē,tu lętitia Israel , tu honorificētia populi nostri, qa
fecisti viriliter,&cōfortatū est cor tuū,eo p castitatē ama
ueris,& post virū tuū,alterū nescieris,ideo & manus dñi
cōfortauit te,& ideo eris benedicta inęternū.Vel bīdicta
Can.6.c. à mulieribus.Cant.6.Viderūt illam filię, & beatisimam
prędicauerunt,reginę & cōcubinę.& laudauerunt eam.
(Quę cū audisset & c.)Introduxit prius angelum salutā- »
tem, introducit hic virginē auscultantem,in qua auscul
¶Tripha tatione ostendit virginē esse cōmendabilem tripliciter:
riā virgo in auditu scilicet,affectu,& cogitatu.In auditu,cōmen-
cōmēdat datur modestia,cū dicit:(Quę cum audisset.)id est,silen- »
Eccli.32. tio & taciturnitate auscultasset,secundum illud Eccli.32.
.b. Audi tacens ,& pro reuerentia accedet tibi bona gratia.
Et sic prōpta fuit ad audiendum,licet non ad loquendū
Iac.1.c. secundū illud Iaco.1.Sit aūt oīs homo velox ad audien-
dum,tardus aūt ad loquendum.Et propterea dicit: Au-
disset,id est,perfectè audientiā prębuisset.Auris enim bo
Eccli'c.3.d na audiet cum omni cōcupiscentia sapientiā.Eccli.3. In
affectu cōmendatur verecundia,cū dicitur.(Turbata est »
in sermone eius.)Scilicet ex verecundia.Beda.Decet tre »
Hab.3.d. [illegible]idare virginem , & ad omnis viri ingressus pauere,
omni[illegible]i aspectus vereri . Habucuh.tertio.Audiui , &
Iob.23.d conturbatus est venter meus,à voce & cæt. contremue-
runt labia mea.Vt posset dicere spiritus eius. Illud Iob.
Ester.15.d 23.A facie eius turbatus sum & considerans eum,timore
solicitor.Exemplum hu 9 Ester.15. Vidi te domine quasi
angelum dei,& conturbatum est cor meum, præ timore
glorię

M.E.C.D. 2017

glorię tuæ. In cogitatu laudatur prudentia, cũ dicit: (Et cogitabat qualis esset ista salutatio.) Et hęc erat magna prudentia. Continebat enim profunditatẽ sapientię, de qua. Sapien. 6. Cogitare de illa, sensus est consummatus Vnde Dani. 4. Daniel, cuius nomen Baltassar, cępit intra semetipsum tacitus cogitare, quasi vna hora & cogitationes eius conturbabant eum. Cogitationes aũt virginis, & si turbabant propter pudorem innocentię, non tñ turbabant propter splendorẽ intelligentię. Ber. Turbata est, sed nõ perturbata. Imo secundũ illud Psal. Turbatus sum, & non sum locutus. Cogitaui dies antiquos & cæ. Sapi. 6. c. Dani. 4. c Bernard. Psal. 76.

Et ait angelus ei & c.) Postq̃ pręmissus est salutatiõis ingressus: hic secundo loco sequitur narrationis tractatus, siue processus, in quo primo introducit euãgelista angelum narrantẽ: secũdo virginẽ interrogantẽ, ibi· (Dixit autem MARIA ad angelũ· Quomodo fiet istud & c.) Narrans aũt angelus, denunciat id propter quod venerat, & hoc quidẽ facit hoc ordine. Primo eñ exprimit diuinæ acceptionis beneplacitũ, secundo salutiferę fęcundationis bñficiũ: ibi. Ecce cõcipies. Tertio vero nascituręs, plis fastigiũ: hic erit magnus, & filius altissimi vocabitur &c. Exprimens igitur angelus diuinę acceptionis beneplacitum, confortat virginis animũ, & nominat. (Ne timeas MARIA.) Ne timeas, inquã, sed gaudeas: quia nomẽ tuũ scriptum est in cęlo, secundũ quod infra dicitur ad apostolos. ca. 10. Gaudete q̃ noĩa vestra scripta sunt in cęlis Et rationẽ reddit. (Inuenisti eñ gratiã apud deum.) Gratiam, scilicet, electionis, sicut Moyses. Exod. 33. Inuenisti gratiã corã me, & teipsum noui ex noĩe. Sicut dicitur virgini MARIAE. Gratiam etiam perfectionis, sicut Noe. Gen. 6. Noe inuenit gratiã corã deo. Et paulo post. Noe vir iustus atq; pfectus fuit in generatiõibus suis, cũ deo ambulauit. Gratiã despõsationis, vt fieret spõsa dei, [illegible] ter filij dei. Ester. 2. Habuit Ester gratiã, & mis[illegible]ordiam coram Assuero. superomnes mulieres, & posuit diadema regni in capite eius Inuenit autem gratiam propter nimiam humilitatem & mansuetudinem. Iaco. 4. Deus superbis resistit, humilibus aũt dat gratiam. Et Ecclesiasti. 3. c. tertio. Quanto magnus es, humilia te in omnibus, & co-

Ca. 10. d. Exo. 33. c. Genc. 6. b Ester. 2. c. Iaco. 4. b Eccli. 3. c

M.E.C.D. 2017

& coram deo inuenies gratiam. Exprimens & salutiferę conceptionis seu fœcundationis beneficium: ostendit ipsum esse proximum, cum dicit: (Ecce concipies in vte» ro, & paries filiũ.) Vt sic impleatur in te illud Isai. 7. Ecce » virgo concipiet, & pariet filium. Et signanter dicit: Ecce concipies in vtero, vt ostendat hoc ipsum esse magnum, & mirum, & nouum, vt concipiat intra nihil recipiendo ab extra. Iere. 31. Creauit dominus nouum super terram. Fœmina circundabit virum. Et quia conceptum sine libidine, sequitur partus sine parturitione & dolore. Ideo addit: Et paries filium, secundum illud Isai. 66. Antequã parturiret, peperit: antequam veniret partus eius, peperit masculum. Quis audiuit vnquam tale, & quis vidit huic simile: Et quia partum sine dolore, sequitur fructus vteri cũ salute, ideo subdit: (Et vocabis nomen eius IESVM.) » Quia secundum quod dicitur. Actu. 4. Nec enim aliud nomen est, sub cęlo datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri. Huius nominis præfiguratio præcessit in IESV filio Naue. Vnde Eccles. 46. Fortis in bello IESV Naue successor Moysę in prophetis, qui fuit magnus secundum nomen suum, maximus in salutem electorũ Dei. Huius & prefiguratio precessit in Ioseph, de quo dicitur Gene. 41. Quod Pharao vertit nomen illius, & vocauit eum lingua Aegyptiaca, Saluatorem mundi. Postremo exprimens nascituræ prolis fastigium, ostendit ipsum magnum esse, cũ dicit: (Hic erit magnus,) ostendit autem magnitudinem eius excellentissimam esse propter gratiam singularem, propter excellentiam regalem propter potentiam æternalem. Singularem gratiam tan » git, cum dicit: (Et filius altissimi vocabitur.) Scilicet per gratiam vnionis: filius inquam, vnigenitus, secundum illud Ioan. 1. Vidimus gloriã eius, gloriã quasi vnigeniti à [illegible]e. Et ita æqualis erit altissimo, secundum illud psal. 96. Tu[illegible]minus altissimus super omnem terram. Quis est hic, nisi CHRISTVS dominus, de quo Phil. 2. Donauit illi nomen quod est super omne nomen: vt in nomine IESV, omne genu flectatur &c. Hoc autem nulli alij dedit, quia in solo filio virginis est gratia vnionis. Regalem excellentiam insinuat, cum dicit (: Et dabit illi domi »

Isaię. 7. c.
Ierem. 31. d.
Isaię. 66. c
Actu. 4. c.
Eccl. 46. a
Geñ. 41. f.
Ioan. 1. b.
Psal. 96.
Phil. 2. b.

nus

M.E.C.D. 2017

nus Deus ſedem Dauid patris eius.)Id eſt,regale ſolium ſecundum quod Dauid erat promiſſum.De fructu vẽtris tui,ponã ſuper ſedem tuam. Et ſecũdum quod per Ieremiam prophetam promiſſum fuit. Ierem.23.Ecce dies veniunt,dicit dominus:Et ſuſcitabo Dauid germẽ iuſtum: & regnabit rex,& ſapiens erit : hoc etiam poſt oſtenſum fuit.Dañ.7. De filio hominis,de quo dicit : Quòd antiquus dierum dedit ei poteſtatem,& honorem, & regnũ: & omnes populi & tribus , & linguę ipſi ſeruient . Aeternalem potentiam notat,cum dicit: (Et regnabit in domo Iacob in æternum.) Secũdum quod promiſſum erat Dauid:ſecũdum illud.2.Reg.7.Suſcitabo ſemen tuũ poſt te,quod egredietur de vtero tuo, & firmabo regnũ eius. Ipſe ędificabit domum nomini meo,& ſtabiliam thronũ regni eius vſq; in ſempiternum.Hoc ipſum.Dan.7.Poteſtas eius,poteſtas æterna,quæ non auferetur: & regnum eius qund non corrumpetur. Vt autem oſtendat, quòd æternitas iſta,eſt propriè dicta per carentiam finis,addit (Et regni eius non erit finis.)Vt ſic impleatur illud.Iſa.9. Super ſolium Dauid,& ſuper regnũ eius ſedebit. Vt confirmet illud , & corroboret in iudicio & iuſtitia,amodo, & vſq; in ſempiternum.Et ideo rectè dicit Pſal.Regnum tuum,regnum omnium ſeculorum,& dominatio tua in omni generatione & generationem.

Pſal.131. Iere.23.a. Dani.7.d 2.Re.7.b. Dani.7.b Iſaię.9.b. Pſal. 144.

Dixit autem MARIA ad angelum :) Introduxit prius euangeliſta angelum narrantem , & ſubiungit hic prudentiſſimam virginem percunctantem,in qua percontatione tria nobis explicantur,ſcilicet dubitatio conueniens,ratio mouens,& ſolutio ſatiſfaciens.Conuenies dubitatio notatur,cum dicitur:(Quomodo fiet iſtud:)Cũ enim triplex ſit concipiendi modus,ſcilicet vnus carnalis:Alius ſpiritualis : tertius admirabilis , & ſingularis. Quæro quo iſtorum modorum fiet? Sic Nichodemus quęrebat,cum audiret , quod oportebat eum renaſci denuo.Ioan.3.Quomodo,inquit poſſunt hæc fieri?Et nota quòd nõ quęrit modum ſciẽdi, ſeu ſignum, quod fidẽ faciat.Sicut Zacharias,qui punitus fuit,ſupra eodẽ.Vnde hoc ſciam? Ego enim ſum ſenex , & vxor mea proceſſit in diebus ſuis: Sed quęrit modum faciendi,vt conſentiat

¶ Triplex eſt cõcipiẽdi modus

Ioan.3.a ſuprà eodem.b.

M.E.C.D. 2017

sentiat secundum illud Prou.4. Oculi tui recta videant,
Prou.4.d & palpebrę tuę prȩcedãt gressus tuos. Rationẽ mouentẽ »
tangit cum dicit.(Quoniam virũ non cognosco)id est, »
non cognosciturã me propono, & ita sum virgo,& men
te & carne,& proposito: vt sibi rectè cõpetat illud Rebec
Geñ.24.c cę.Geñ.24.Quod erat puella decora nimis, virgoq; pul-
1.Corñ.7.f cherrima,& incognita viro. Et secundũ Aposto.1. Co.7.
Iam non cogitabat quę carnis erãt, sed quę dñi sunt: vt
sancta esset & corpore,& spiritu, Et ideo non irrationa-
biliter quȩrebat: quomodo debebat prolẽ cõcipere,quæ
non proponebat virũ cognoscere, vt si posset esse quod
haberet simul virginitatẽ & fœcũditatẽ,tunc cõsensum
preberet. Et quoniã dubitatio sua rationẽ habebat rectè
mouentẽ,ideo meruit responsionẽ satisfacientẽ, quæ no
tatur,ibi, (Et respondens angelus,dixit ei.Spiritus sctũs »
superueniet in te,& virtꝰ altissimi obumbrabit tibi) qua »
si dicat angelus,quȩris quomodo concipies? ad hoc re-
spondeo,quod fœcundaberis sine corruptione, concipi-
es sine libidine,paries sine dolore: quia non ex virili se-
mine,sed ex spiritus sancti virtute,ita dictum est Matt.1.
Quod eñ in ea natũ est,de spiritu sancto est. &ce. Et re-
Matt.1.c. ctè dicit.(Spiritus sanctus superueniet in te,) id ȩst,de sur »
sum veniet.Vnde Iacob.1. Omne datum optimũ,& om
Iaco.1.c. ne donum perfectum, de sursum est, descendens à patre
luminum.Propter hoc dicitur,Actu.1. Accipietis virtutẽ
Actu.1.b. superuenientis spiritus sancti in vos. Et ita non erit cor-
ruptio,quia de spiritu sancto, nec eriam erit libido,quia
virtus altissimi obumbrabit tibi,scilicet ne sentias ȩstum
Cant.2.a. concupiscentiæ,secundum illud Canti.2.Sub vmbra illi
us quem desideraueră sedi, & fructus eius dulc s gutturi
meo.Et nota trium prȩcedentium triplicem prȩcessisse fi
guram,quia sine virili semine in virga Aaron fuit figurà
[illegible]ę floruit Numeri decimoseptimo. & Isaiæ.11. Flos
Nu.17.b. de radi[illegible]us ascendet & cætera. Quia sine libidine, in
Isaę.11.a. rubo & igne. Exod.tertio. Quia rubus ardebat, & non
Exo.3.a. conburebatur. Quia partus sine dolore, designabatur,
Iudi.6.g. in rore & vellere Gedeonis. Iudicum sexto. Vellus enim
(vt dicit Hieronymus:) Quum sit de corpore, nescit ta-
Psal°.71. men corporis passionem, & ideo in Psalmo. Descendet

sicut

M.E.C.D. 2017

ſicut pluuia in vellus.

Ideoq; & quod naſcetur ex te ſanctum vocabitur filius Dei. &c. Poſtq; deſcriptus eſt ingreſſus ſalutationis, & proceſſus narrationis, ponitur hic vltimo terminus concluſionis, & concluſio eſt, quòd virgo Maria concipiat, & ex ea naſcatur filius Dei. In hac autem concluſione, primo prǫmittit angelus conditionem, & deinde approbationem, & poſtremo vtriuſq; ſubiungit rationem, conditionem infert, cum dicit. Ideoq; & quod naſceturex te ſanctum, vocabitur filius Dei. Quia enim fœcundaris virtute ſpiritus ſancti, nõ prolem viri generabis, ſed prolem Dei, non peccatorem, ſed ſanctum. Danieſ. 9. Implea tur viſio & prophetia: & vngatur ſanctus ſanctorum. Si enim (quemadmodum dicitur, Ioannis. 3.) Quod natum eſt ex carne, caro eſt: & quod natum eſt ex ſpiritu, ſpiritus eſt, ergo quo d naſcitur de ſpiritu ſancto, neceſſario ſequitur eſſe ſanctum. Bernardus. Si diceret ſancta caro, vel ſancto homo, parũ dixiſſe videretur: poſuit ergo indefinitè ſanctum, quia quicquid fuit quod virgo genuit, proculdubio ac ſingulariter ſanctum fuit · & quia filij hominum naſcuntur polluti. Epheſeorum. 2. Omnes eramus natura filij iræ. Ideo iam non filius viri, ſed filius Dei vocabitur. Iſa. 9. Et vocabitur nomen eius admirabilis, conſiliarius, Deus fortis, &cet. Vocabitur ab ipſo Deo Marci. 9. Hic eſt filius meus chariſsimo. & Mat. decimoſeptimo, Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, ipſum audite. Vocabitur ab ipſis credentibus Matthæi. 16. Tu es Chriſtus filius Dei viui. Et Roman. 1. Qui prǫdeſtinatus eſt filius Dei In virtute. Vocabitur ab omnibus. Matth. 27. ca. Sicut dixit Centurio. Vere filius Dei erat iſte. Approbationem autem ſiue confirmationem adiungit, cum dicit. (Et ecce Elizabeth cognata tua, & ipſa concepit filium in ſenectute ſua.) Si go Deus dedit conceptum ſeni, dare poteſt & eni, licet iſtud nouum, illud iam factum. Vnde Geneſis vigeſimo primo. Concepítque Sara, & peperit filium in ſenectute ſua. Et vt hoc melius conſtet virgini, additur. (Et hic mẽſis eſt ſextus illi, q̃ vocatur ſterilis.) Et ita cũ manifeſta fuerit eio ſterilitas, iã eſt manifeſtata eio fœcũditas.

Dani. 9. f.
Ioã. 3. a.
Ephe. 2. a.
Iſaæ. 9. b.
Marc. 9. a
Matt. 17. a
Matt. 16. c
Rom. 1. a
Matt. 27. f
Geñ. 21. a

M.E.C.D. 2017

Iam ergo incipiunt ſigna & mirabilia fiieri in terra, ſecũ
Eccl'.36.a. dum illud Eccl'i.36. Innoua ſigna & immuta mirabilia.
Et ideo firmũ & certũ eſt, q̃ & tu virgo iã concipies ſupra
Beda. naturam, & hoc eſt quod dicit Beda in gloſſa: Ne virgo
ſe parere poſſe diffidat, accepit exemplum ſterilis anus
parituræ, vt diſcat omnia Deo eſſe poſsibilia etiam quæ
naturę ordine videntur eſſe contraria. Et ideo dominus
tot ſterilium conceptus præmiſit, vt iſtum ſcilicet conce-
ptum figurarent, & figurando prænunciarent, & prenũ-
ciando teſtimonium darent, & credibilem facerent. Ra-
Eccl'.8. a. tionem autem huius ſubiungit, cum dicit: (Quia non »
¶Deo om erit impoſſibile apud Deum omne verbum.) Eccleſia .8.
nia poſſi- Omne quod voluerit faciet, & ſermo illius poteſtate ple-
bilia ſũt. nus eſt. Mat.19. Apud deum autem omnia poſſibilia ſunt
Mat.19.d Sicut dictum eſt Saræ. Geñ.18. Nunquid deo quicquam
Geñ:18.b eſt difficile. Bern. Apud dominum idem eſt facere, quod
Bernard. loqui, & loqui quod velle. Merito ergo noueris non eſſe
impoſſibile omne verbum: & ideo cum aliquid promit-
tit deus, ſine dubitatione credendum eſt, quia cum om-
nia poſſit, & mentiri nõ poſſit: neceſſe eſt vt fiãt illa, quæ
Nũe.23.c. & quomodo promittit. Nu.23. Non eſt deus quaſi homo
vt mentiat: nec vt filius hominis, vt mutetur. Dixit ergo
& non faciet? Loquutus eſt, & non implebit? Et ſic oſtẽ
dit angelus concluſionem ſuam neceſſariam, vt virgo iã
nec dubitari poſſit, nec valeat diſſentire.

Dixit autem MARIA &c.) Hic vltimo ponitur aſſequu »
tio propoſiti, quod fuit in conſenſu virginis, per quem
mox concepit filium dei: hunc autem conſenſum deſcri-
bit debitè & ordinatè factum: quia ex humilitate prędi-
ſponente, & charitate perficiente, & credulitate pronun-
ciante. Introducit ergo primo pronunciationẽ ex credu
litate, cũ dicit: (Dixit aũt MARIA.) Quia eñ angeli dictũ »
credidit eſſe verũ, ideo dat expreſsè reſponſũ cõſentaneũ
Ro.10.b. Ro.10. corde creditur ad iuſtitiã: ore aũt confeſsio fit ad ſa
Pſal'o.115. lutẽ. Et in pſal. Credidi propter quod locutus ſum. Di-
Ro.10.b. xit autẽ verbo fidei. Ro.10. Prope eſt verbũ in ore tuo, &
in corde tuo, hoc eſt verbum fidei quod prædicamus.
Quia ergo corde percepit verbum fidei, ventre cõcepit
filium dei. Infra eodem ca. Beata quæ credidiſti & cæte.

Et.

M.E.C.D. 2017

Et.11.ca.Beatus venter qui te portauit,& vbera quæ ſuxi= Infrà eo=
ſti.Deinde ſequitur præparatio ex humilitate,cũ dicitur dem e.
(Ecce ancilla domini.) Simile reſponſum dedit Abigael Infrà.11.d
mulier prudens, cum Dauid vellet eam in vxorem acci=
pere.1.Re.25.Ecce famula tua ſit in ancillam,vt lauet pe= 1.Re.15. g
des ſeruorum domini mei. Et illa Ruth: quæ deſignat Ruth.2.b
beatam virginem.Ruth.2.Vnde mihi hoc, vt inuenirem & c.
gratiam ante oculos tuos.Et poſt,loquutus es ad cor an
cillæ tuæ,quæ non ſum ſimilis vnius puellarum tuarum
Et quia ſe virgo MARIA humiliauit,ſe ad gratiam præ=
parauit.Ber.Humilitas reſpondetur,vt ſedes preparetur. Bernard.
Et quia ſingularis humilitas,ideo & ſingularis fuit gra=
tia.Vnde Ber. Non eſt magnũ eſſe humilem in abiectio=
ne magna. Prorſus & rara virtus humilitas honorata,
hoc eſt luminare quod minuitur in cõſummatione. Ec= Eccl'.43.a
cl'ci.43.Poſtremo ſubditur conſenſus perfectus ex chari=
tate,cum dicitur (Fiat mihi ſecundum verbum tuũ.)Fiat Bernard.
vt dicit Bern.Eſt deſiderij ſignum,non dubitationis no Pſal'o.105
ta.Etiam eſt ſignum aſſertionis,ſicut in Pſal.dicitur. Di= Ifũ pſal'o.
cet omnis populus, Fiat,fiat. Et item affectionis, vt in 118.
pſalm.Fiat manus tua vt ſaluet me.Idem enim eſt verbũ
& manus patris. Et poteſt eſſe orationis verbum, vt ſit
deſideratorium, quia ex charitate, oratorium: quia ex
humilitate aſſertorium: quia ex credulitate. Hæc, eſt
vox dulciſsima hominibus,angelis, & ipſi ſponſo.Can: Cant.2.d
ticot.2.Sonet vox tua in auribus meis: Vox eñ tua dul:
cis.Quod fecit, cum dixit angelo: Fiat mihi ſecundum
verbum tuum.Verbũ quod erat in principio apud deum
fiat caro de carne mea, ſecundum verbum tuum. Vnde
Berna.Fiat mihi obſecro verbum,nõ prolatum,vt trãſeat
ſed conceptum, vt maneat.Fiat verbum,non tantum au
dibile auribus, ſed & viſibile oculis, palpabile manibus
geſtabile humeris, vt verbo virtutis ſuæ me portet. Porro Hebrç.1.d
multiphariã multisq; modis locutus eſt olim d[illegible]atribꝰ ¶ Multia
in prophetis. Heb.1. Et alijs in corde,alijs in aure,alijs in phariam=
ore,alijs in viſu, alijs in manu,mihi,oro,vt fiat iuxta ver deꝰ olim
bum tuum: nec volo, vt fiat mihi tantum declamatoriè ,pphetis
prædicatum, aut figuraliter ſignatum, aut imaginaliter locutus
ſomniatum,ſed ſimpliciter inſpiratum, perſonaliter in= eſt

M.E.C.D. 2017

carnatum corporaliter inuiſceratum, verbum caro fa-
ctũ. Et ſi ita fiat, tunc potero dicere tibi, quę dixit muli-
3.reg.17.d er ſarepthana. Elię.3.Reg.17.Nunc in iſto cognoui, quo-
niam vir Dei es tu, & verbum Domini in ore tuo verum
eſt. Et quoniam in tali conſenſu conceptus eſt filius dei,
& propoſitum ſuum aſſequutus eſt angelus, ideo ſequi-
tur. (Et diſceſsit ab illa angelus.) Sic eñ oſtendebat fa- »
Tob.12.b cto, quod Raphael Tobię dicebat verbo. To.12. Tẽpus
eſt ergo vt reuertar ad eũ q me miſit. Et de Petro dicitur
Actu.12.b Actu.12. Quod ipſo educto de carcere, continuo diſceſſit
angelus ab eo. Ab ea ergo diſceſſit angelus, ſed in ea re-
manſit Dei filius, diſceſſit quantum ad apparentiam, ſed
remanſerunt multi quantum ad cuſtodiam. Canti.3. En
Cant.3.c. lectulum Salomonis ſexaginta fortes ambiunt ex fortiſ
ſimis Iſrael. Iſti ſunt angeli beatiſſimi qui cuſtodiebant
eã tanq̃ locum diuinę habitationis electiſſimũ, vnde & ſi
beneficiũ cuſtodię ſibi impenderẽt propter infirmitatem
carnis, cultũ tamẽ reuerentię exhibebãt, propter dignita
tem matris, & ſic quodammodo per ipſam aſcendebant
& deſcendebant. Vnde deſignata fuit per illam ſcalã, cui
Dominus erat innixus, & angeli per illam aſcendebãt &
Ge.28.b.c deſcendebant, quam vidit Iacob. Geñ.28. Et poſt ſequi-
tur. Non eſt hic aliud niſi domus Dei, & porta cœli, quia
nullus poteſt iam cœlum intrare, niſi per Mariam tranſ-
eat tanq̃ per portam. Sicut enim Deus ad nos venit per
ipſam, ita per ipſam nos oportet redire ad Deũ. Et ideo
dicitur domus, porta, & ſcala: domus propter Chriſti cõ-
ceptionẽ, porta propter Chriſti partum, & ſcala propter
aſcenſum ad Deum. Non ergo diſcedamus ab ea, ſed ei-
pedibus prouoluti, ſemper eã ſalutemus. Aue gratia ple-
na, vt per eam quę inuenit gratiam & miſericordiam, ſu
per oẽs mulieres in cõſpectu illio magni Aſſueri, nos gra
tiã inueniamo & mĩam cõſequamurĩ auxilio opportuno
¶ Ex[illegible]ens añt Maria &c.) Terminata parte illa, in qua »
egit de ſterilis & virginis fœcũdatiõe. Hic ſequitur pars
ſecunda, in qua agit de gratiarum actione. Et iuxta hũc
¶Diuiſio duplicẽ modũ. Pars iſta habet duas partes, in quarũ pri-
ma fit gratiarum actio, & laudis decantatio propter cõ-
ceptum ſaluatoris. In ſecunda propter conceptũ & par-
tum

M.E.C.D. 2017

" tum prȩcurſoris,ibi.(Elizabeth autem impletum eſt tem
" pus &c.) Ad hoc autem vt laudis decantatio fiat ex inte
gro & perfecto affectu, exigitur certificatio veritatis in
intellectu,& exhibitio charitatis in affectu. Alterũ vt prę
cedens,alterũ vt conſequens. Ideo prima pars habet tres
in quarũ prima prȩmittitur teſtimonium prophetiç,in ſe
" cũda ſubditur canticũ lętitiç,ibi. Et ait Maria. (Magnifi-
" cat anima mea.&c.) In tertia obſequium beneficẽtiç,ibi
Manſit autem Maria cum illa, &c. Primum aſtruit fidem
ſecundum exigit ſpem, tertium oſtendit charitatem. In
deſcriptione autem teſtimonij prophetię procedit Euan
geliſta hoc ordine. Nam primo introducit opportunita
tem teſtificãdi. Secundo teſtimonij veritatẽ,ibi. Et vnde
hoc mihi.)&c Ad opportunitatẽ aũt teſtificãdi,tria con-
currunt, ſcilicet,virginis ſalutãtis occurſus, virgineæ ſa-
lutationis effectus,& Elizabeth reſalutationis affectus.
Primum ibi. Exurgens Maria &ce) Secundũ ibi. Et factũ
eſt:vt audiuit &c) Tertiũ ibi. Et repleta eſt ſpũſancto. &c)

Primo igitur introducitur ⸗ginis ſalutãtis occurſus,
" vt feſtinus & familiaris. Propter feſtinationẽ ait.(Exur-
" gẽs aũt Maria in diebꝰ illis,abiȷt in mõtana cum feſtina
" tione in ciuitatẽ Iuda.) Quaſi dicat,nõ tardauit,ſed dilu
culo ſurrexit, ſecundũ illud Cant.2. Surge,propera ami-
ca mea,formoſa mea,& veni. Vnde ſibi cõpetit illud Pro. Cant.2.b
31.qđ dicitur de muliere forti q̃ de nocte ſurrexit, deditq; Ppo.31.b.
prędã domeſticis ſuis,& cibaria ãcillis ſuis. Surrexit em̃
vt miniſtraret Elizabeth ſeni & debili, vnde nec eã retar
dauit aſperitas itineris, ſecundũ qđ dicit in gloſſa,& lite
" ra deſignat.(quia abiȷt in mõtana, & hoc cũ feſtinatiõe) Ioſue.2.c
ad veritatẽ explorandã,ſicut illi exploratores. Ioſu.2. Ad Cant.2.b
mõtana cõſcẽdite. Vel etiã cũ ipſo ſpõſo. Cã.2. Ecce iſte ve
nit ſaliẽs in mõtibꝰ,tranſiliẽs colles. Nõ etiã retardauit Iſaiç.2.a.
viç ,plixitas,quod notat cũ dicit.(In ciuitate Iuda) id eſt Geñ.29.b
Hieꝛm vt iã poſſit ipſa clamare cũ Iſa.2. Venite aſcendamꝰ ¶Neceſſa
ad montẽ dñi,& ad domũ dei Iacob. Nec in[illegible]nere fecit ria eſt feſ
" morã,quia(cũ feſtinatione)ſicut Rachel Ge.29. Quę viſo ſtinatio
Iacob,feſtinans nunciauit patri ſuo. Spiritualiter autem volẽti i re
datur ex hoc nobis intelligi,quòd neceſſaria eſt ei feſti- quiẽ in
natio,qui vult ad perfectionem attingere. Hębreorum. gredi.
4. Feſtinemus ingredi in illam requiem,vt ne in idipſum

M.E.C.D. 2017

1.Corit.9 quis incidat incredulitatis exemplum.Et.1.Corin.9. Sic
d. currite, vt comprehendatis. Diuersum dicitur de fatuis
Matt.25.a virginibus.Mat.25.& Ecclesia.5. Non tardes conuerti ad
Eccli.5.b dominum,& ne differas de die in diem. Occursus virgi-
nis fuit festiuus,& familiaris,propter quod dicit:(Et in- »
trauit in domum Zachariæ,& salutauit Elizabeth.) In- »
Sapiẽ.8.c trauit, inquam,vt familiariter cohabitaret. Sapient.8.
Intrans in domum meam conquiescam cum illa. Non
enim habet amaritudinem conuersatio illius, nec tædiũ
conuictus illius , sed lętitiam & gaudium. Intrabat,non
stabat foris, sicut illa mulier vaga,quietis impatiens,nec
valens in domo consistere pedibus suis. Prouerb.7. In-
Prou.7.b trauit etiam,non vt litigaret,sed vt salutaret, secundum
quod moris est sanctis . Roman.16.Salutate inuicem in
Ro.16.c. osculo sancto.Salutauit,inquam,non solum optãdo,sed
etiam salutem in Ierusalem apportando,vt impleatur il-
Isai.62.a. lud quod dictum est Isa.62.Propter Sion non tacebo, &
&.d. propter Ierusalem non quiescam , donec egrediatur , vt
splendor iustus eius,& saluator eius,vt lampas accenda-
tur.Et post: Dicite filiæ Sion : Ecce saluator tuus venit:
ecce merces eius cum eo,& opus eius coram illo.Et nota
quòd virgo prius domum intrauit , & postea salutauit:
quia iam incipiebat virgo mandatis euangelicis cõsen-
Infrà.10. tire.Nam infra.10.dicitur:Neminem per viam salutaue-
d. ritis.Et postea subditur:In quamcunq; domum intraue
ritis,primùm dicite : Pax huic domui. Quod etiam fe-
cit virgo beata.

Secundo vero introducitur salutationis effectus,quę
fuit excitatio matris,& lætificatio prolis,propter matris
excitationem.Vnde dicitur:(Et factum est, vt audiuit sa »
lutationem MARIAE Elizábeth.) Salututionem nanq; »
Cant.8.d virginis Elizábeth audiuerat,quia eam amabat.Cant.8
O quæ habitas in hortis,amici auscultant , fac me audire
Ioan.8.f. vocem tuam.Et Ioan.8. Qui ex deo est verba dei audit.
1.Thest.2 1.Tess.2. [illegible]m accepistis à nobis verbum auditus dei.
accepistis illud non vt verbum hominũ : sed(sicut est ve-
rè)verbum dei. Audiuit vtiq; verbũ salutis,ab eá quę cõ-
ceperat verbum incarnatum,in quo salus est, secundum
Iaco.1.c. illud Iaco.1, In mansuetudine suscipite insitum verbum
quod

M.E.C.D. 2017

quod poteſt ſaluare animas veſtras. Fuit ergo mater ver
bo virginis excitata,fuit & proles lætificata. Vnde dicit:
« (Exultauit infans in vtero eius.)In quo oſtẽditur, quòd
Ioannes erat amicus ſponſi præcipuus, ſecundum quod
de ipſo ſcribitur.Ioan.3.Amicus autem ſponſi,qui ſtat,& Ioan.3.d.
« audit eum,gaudio gaudet propter vocem ſponſi.(Exul-
« tauit.)inquam,præ deſiderio,ſicut etiam patres,Ioan.8. Ioan.8.g
Abraham pater veſter,exultauit,vt videret diem meum:
« vidit,& gauiſus eſt. (Exultauit,) ad præſentiam domini
ſaluatoris, quaſi geſtiẽs ſalutare,& aſſurgere iam ĩcœpit
domino ſuo,cuius erat præcurſor. Vnde dicitur in gloſ-
ſa Bedę.Quia lingua non poterat,ideo animo exultan- Beda.
te ſalutat,& ſuæ præcurſionis officium inchoat.Ecce ap
paret,quod angelus dixerat: Spiritu ſancto replebitur,
adhuc ex vtero matris ſuæ . Ex quo datur ſpiritualiter
intelligi,quòd propoſitum ſanctum non poteſt latere: ¶ Nec ꝓ-
quin ſe manifeſtet,& amor interior protumpat in opus . poſitum
Vnde Gregori.Nunquam amor dei eſt otioſus. necamor
Tertio ſubiungitur Elizabeth ſalutantis affectus ma abſcõdi
« gnus,& benignus. Propter magnitudinem dicitur: (Et poſſunt.
« repleta eſt ſpiritu ſancto Elizabeth, & exclamauit voce Gregori.
« magna.)Magnitudo nanq; vocis,ſignum eſt magnæ af-
fectionis,quia voces ſunt notæ paſsionum . Eccleſia.15. Eccl'i.15.a
Adimplebit eum ſpiritu ſapientiæ & ĩntellectus. Et ite-
rum.Eccl'ci.39. Ipſe tanquam imbres mittet eloquia ſa- Eccl'i.39.a
pientiæ ſuæ,& in oratione confitebitur domino . Ideo
autem voce magna clamabat,quia illum continebat in
vtero,qui erat vox vetbi,ſecũdum quod de ipſo dicitur:
Iſa.40. Vox clamantis in deſerto : parate viam domini. Iſaï.40.a.
Cui etiam dicitur,ibidem:Super montem excelſum aſcẽ Ibidẽ.b.c
de tu qui euangelizas Sion : exalta in fortitudine vocẽ
tuam qui euãgelizas Ieruſalem,exalta,noli timere. Dic
ciuitatibus Iudæ:Ecce deus veſter : ecce dominus Deus
in fortitudine veniet. Nec tam fuit vox eius clamo[illegible],q
deuota. Vnde ad exprimendam benignitat[illegible]affectus,
« ſubdit dicens: (Et dixit benedicta tu inter mulieres, & ¶ Benedi
« benedictus fructns ventris tui.)Benedicit Elizabeth vir- ctio.
gini ſimul & proli, vt compleat angelicam ſalutationẽ.
Benedictionem ſibi optat & iam benedictam annũciat
ea bene-

M.E.C.D. 2017

ea benedictione,quam dominus Abraĩę promiserat.Ge-
Geñ.12,a. ne.12.Benedicam tibi·&magnificabo nomen tuum,erisq; benedictus. Benedicam benedicentibus tibi,& maledicam maledicentibus tibi,atq; in te benedicentur vniuersæ cognationes terræ.Hanc benedictionem prędixit
Geñ.27.d Isaac in figura agri.Gęñ.27.Ecce odor filij mei sicut odor agri pleni, cui benedixit dominus. Hanc benedictionẽ
Geñ.49,c confirmauit Iacob.Gene.49.Omnipotens benedicet tibi benedictionibus cœli desuper,benedictionibus abyssi iacentis deorsum, benedictionibus vberum & vuluæ, benedictiones patris tui confortatæ sunt benedictionibus patrum eius,donec veniret desiderium collium ęternorum.Hanc desiderabat & hanc imprecabatur moyses Deut.28. Benedictus fructus ventris tui, & fructus terræ
Deu.28.a. tuæ.Et ideo cantemus cum Dauid: Benedixisti domine terram tuam. Completum est etiam in MARIA illud
Psal'o.84. Eccl'ci.24. In multitudine electorum habebit laudem, &
Eccl'.24.a inter benedictos benedicetur.Benedicta fuit Iahel.Iudi
Iudi.5.c. .5. Benedicta inter mulieres Iahel.Benedicta fuit Ruth.
Ruth.3.b Ruth.3.Benedicta es à domino filia.&c. Benedicta Abigail.1.Reg.25.Benedicta tu que prohibuisti me hodie,ne
1.Reg.25. irem ad sanguinẽ & vlciscerer me. Benedicta Iudith.13.
Iuduth.13 Benedicta es tu filia à domino deo excelso prę oĩbus mulieribus sup terrã.Inter has mulieres,& sup has mulieres bñdicta est ⁊go Maria,qa illarũ bñdictiões ĩpletę sũt ĩ hac

¶Et vnde hoc mihi vt veniat &c.) Pręmissa opportunitate testificãdi,subdit hic veritas testimonij,ad cuius explicationẽ tria ĩtroducit Euãgęlista,.Primũ est pręconiũ admiratiuũ.Secũdũ est signũ approbatiuũ.Tertiũ verò testimoniũ affirmatiuũ.Primũ tenet rationẽ ,ppositionis. Secundum assumptionis.Et tertium conclusionis.

Introducit ergo pręconium admiratiuum, cum dicit Elizabeth.(Et vnde hoc mihi,vt veniat mater domini mei ádme) Hoc enim est valde laudabile,& etiam admirabile,q[illegible] mulier sit mater dei.Vnde poterat dicere,si-
2.re.vlt .d cut dixit Areuna regi Dauid.2.Reg.vlt.Quid causæ est, vt veniat dominus meus rex ad seruum suum? Ex quo enim facta est mater Dei, summa domini omnium eluxit dignatio,vt qui suis pedibus alienum hospitium

visitare

M.E.C.D. 2017

visitare non abhorruit. De quo quidem virgo gloriatur Eccli.24. dicens: Ego mater pulchræ dilectionis, & timoris, & agnitionis, & sanctæ spei. Quia propter dignitatẽ maternam, est virgo MARIA diligenda, veneranda, & cum omni fiducia adeunda, tanquam summę mię mater Eccl.24.b

Secundo subdit iudicium approbationis, cum dicit.

" (Ecce enim vt facta est vox saluratiõis tuę in auribus meis, exultauit in gaudio infans in vtero meo.) Et hoc est signum, ꝙ diffusa est gratia in labijs tuis, & propterea certum est, ꝙ benedixit te deus in ęternũ. In psal. Et ex quo infans sic supra naturã exultauit, certum est, ꝙ dominus naturę sibi occurrerit. Et ex quo infantulus respõdet ex vtero, certum est, te concepisse illum qui vocat ab vtero. secundũ illud Isa.49. Dominus ab vtero vocauit me, de vẽtre matris meę recordato est nominis mei. &c Et rursus Ex quo puer exultauit tam mirabiliter: certum est, iam consummatũ esse veraciter, qđ in Isa.12. dicitur. Exulta & lauda habitatio Siõ ꝙa magno ī medio tui sctũs Isrł. Et illud Zac.9. Exulta satis filia Sion, iubila filia Hierłm, ecce rex tuo venit tibi iusto, & saluator. Exq̊ igitur mirabiliter exultauit p̃cursor, iã certũ habebat ī diciũ ꝙ venerit saluator, & quia certũ habebat indicium, ideo veritati subditur testimoniũ, siue oraculũ affirmatiuũ, cum dicitur, Psalm.44 Isaię.49.a Isaię.12.b Zach.9.b Indiciũ an iudicĩ ũ ponet.

" Et beata quę credidisti, qm̃ perficiẽtur ea q̃ dicta sunt

" tibi à dño.) Fides em̃ beatã fecit. Mat.16. Beatus es Simõ Bariona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi: sed pater meus qui in cœlis est. Et Io.20. Beati qui nõ viderunt & crediderũt. Facit etiã fides bonos, quia inchoãdo meritũ disponit ad prẽmiũ consummationẽ. Philł.1. Cõfidẽs hoc ipsum quia q cœpit in vobis opus bonũ, vsq; in diẽ IESV Christi pficiet, & hoc merito. & sic fctm̃ est Marię: Nota ꝙ beatificãtur in scriptura nõ solũ credẽtes, sed etiã speãtes. Psal. Beato vir cuio est nomẽ dñi spes eio. ¶ Effectus fidei Matt.16.c Ioan.20.g ¶ Quos beet scriptura. Psalo.39.

Itẽ diligẽtes, Ecc,48. Btĩ sunt q te viderũt & in amicitia tua decorati sunt. Eccł.48.b

Item timentes, Eccł.25. Beatus homo cui donatum est habere timorẽ dei. Et rursus ī psal. Btũs vir q timet dñm. Eccł.25.e. Psalo.111.

Itẽ operãtes Io.13. Si hęc scitis, btĩ eritis si feceritis ea, Et infra Cap.11, Btĩ q audiũt verbũ Dei, & custodiunt illud. Ioan.13.b

Item

M.E.C.D. 2017

1.Pet.3.c Item ſuſtinentes.1. Pe.3. Sed & ſi quid patimini pro-
Mat.5.a pter iuſtitiam,beati.Et Mat.5. Beati eſtis cum maledixe-
rint vobis homines,& perſecuti vos fuerint, & dixerint
omne malũ aduerſum vos mentientes propter me.

3.Re.10.b Item contemplantes. 3.Reg.10. Beati viri tui,& beati
ſerui tui hi,qui ſtant coram te ſemper,& audiunt ſapien
tiam tuam. Ex his cauſis fuit virgo MARIA beata, ex
cauſa etiam ſingulari,fuit beatiſſima,quia concepit fili-
Infra.11.d um dei. Infrà.11. Beatus venter qui te portauit, & vbera
Infra eo- quę ſuxiſti. Et propterea ipſamet dicit hic infrà eodem
dem.d cap. Ecce enim,ex hoc beatam me dicent omnes genera
tiones. Beata ergo quę credidiſti,quia credendo conce-
piſti, & concipiendo beatitudinem omnibus,quantum
Geñ.30. a ad ſufficientiam protuliſti. Huius figura habetur Geñ.30
vbi dixit Lia, hoc pro beatitudine mea, beatam quippe
me dicent omnes mulieres.

¶(Et ait MARIA &c.) Poſt teſtimonium prophetię,ſe- »
quitur cantus lætitiæ,in quo beatiſſima virgo MARIA
laudat diuinam clęmentiam, propter excellentiſſimam
gratiam ſibi collatam.In hoc autem cantico tria notan-
Quot ad tur. Primum eſt laudantis affectio, quam notat ibi. Ma-
laudẽ cõ- gnificat anima mea &c. Secundum eſt laudandi ratio,
ſumandã quam notat cum ſubdit. Quia reſpexit &c. Tertium di-
requirãt. uinę laudis ampliatio, quam notat ibi. Et miſericordiæ
eius à progenie.Non enim eſt perfecta laus,niſi adſit de
bitus affectus,debita cauſa,& debitus modus.

Inſinuatur ergo primo laudantis affectio, vt grata,
magnificando diuinam virtutem,cum dicit.Et ait MA-
RIA:(Magnificat anima mea dominum.) Id eſt, diuinã »
virtutem. Magnus enim dominus noſter, & magna vir-
tus eius, & ideo magno affectu debet collaudari, quia
Dan.4.g. magna operatur.Dañ.4. Ego Nabuchodonoſor laudo,
& magnifico,& glorifico regem cœli: quia omnia opera
Pſalm.33. eius vera.Et ad hoc inuitat animam deuotam.Pſal. Ma-
¶Quãdo gnificate dominum mecum, & exaltemus nomen eius
aĩa Dñm in idipſum. Tunc anima noſtra verè dominum magnifi-
magnifi- cat,quando ſub ipſo ſeipſam captiuat,& humiliat.Eccli.
cet. 3. Quoniam magna potentia dei ſolius, & à ſolis humi-
Eccle.3.c. libus honaratur. Vnde virgo MARIA quia prę cæteris

ſeipſam

ſeipſam humiliauit, ideo cæteris altiùs dominũ magnificauit. Et ideo à magnificatione incepit, quia hoc competebat humilitati virginis decantantis. Competebat etiam dignitati Dei, cuius ſumma humilitas nõ cognoſcitur niſi dignitas prȩcognoſcatur. Vnde. Phil. 2. Qui cum in forma Dei eſſet, nõ rapinam arbitratus eſt eſſe ſe ȩqualem deo, ſed ſemetipſum exinaniuit, formã ſerui accipiẽs Competebat etiã intentione cantantis, quȩ eſt, vt dominus perfectè laudetur. Eccl'ci. 43. Glorificantes Dominũ, quantũcunq; potueritis ſuperualebit adhuc, & admirabilis magnificentia eius. Competebat etiam MARIAE cantãti, quia de magnis imò de maximis beneficijs erat. Vnde Prou. 8. Audite quoniam de rebus magnis loquturа ſum, & aperientur labia mea, vt recta prȩdicent. Et infra. Quia fecit mihi magna &c. Competebat & ordinato progreſſui, qui eſt à timore inchoando. Vnde. Pſal. Initium ſapientiæ timor domini. Timor autem reuerentiæ, dominum magnificat.

Philip. 2a

Eccl'. 43. d

Infrà.

Pſal. 110.

Inſinuatur etiam laudantis affectio, vt iocunda, exultando in diuina ſalute, cum ſubditur: (Et exultauit ſpiritus meus in Deo ſalutari meo.) Id eſt in Deo ſaluatore vt poſsit dicere illud Pſalm. Anima mea exultabit in domino, & delectabitur ſuper ſalutari ſuo. Et rurſum. Cor meũ & caro mea exultauerunt in deum viuum. Verè iam dicere poterat illud. Can. 1. Introduxit me rex in cellaria ſua: exultabimus & lætabimur in te, memores vberũ tuorum ſuper vinum. Recti diligunt te. Iam verificatum eſt in MARIA quod optabat. Pſalm. Exultent, & lętentur in te omnes quȩrentes te, & dicant ſemper: Magnificetur dominus qui diligunt ſalutare tuum. Quoniã ergo virgo MARIA dñm quȩſiuit, & ſalutare dilexit, ideo anima eius dominũ magnificat, & ſpiritus eius in ſalutari Dei exultauit. Vnde ſibi illud Annæ competit. 1. Reg. 2. Exultauit cor meum in domino, & exultatum est cornu meũ in Deo meo. Dilatatum eſt os meũ ſuper inimicos meos quia lætata ſum in ſalutari tuo. Et nota, quod ſpiritus accipitur pro ſubſtantia animæ. Malachiæ ſecundo. Cuſtodite ſpiritum veſtrum, & nolite deſpicere. Et Romanos. 8. Spiritus poſtulat pro nobis gemitibus ineнarra

Pſa. 34.

Pſal'o. 83.

Cant. 1. a

Pſal. 39.

¶ Spũs ſu mit, p aiȩ ſubſtãtia

Mala. 2. d

Rom. 8. e

M.E.C.D. 2017

narrabilibus.1. Corint.14. Nam ſi orem lingua, ſpiritus
1.Cori.14 c. meus orat &c. Hic autem accipitur pro anima ſecundũ
ſuum ſupremum, & anima accipitur in comparatione
ad corpus,ſicut.1. Theſſ.5.Ipſe autem deus pacis ſanctifi-
1.Theſſ. 5 d. cet vos per omnia.vt integer ſpiritus veſter, & anima, &
corpus ſine querela in aduentu domini noſtri IHESV
CHRISTI conſeruetur. Quia enim ſpiritus internus
exultauerat, ideo anima in voce magnificabat, & ideo
exultationem de præterito,& magnificationem de præ-
ſenti ponit,quia exultatio eſt natura prior.

¶Quia reſpexit humilitatem &c)Poſtquam deſcripta eſt »
laudantis affectio ſiue deuotio,ſubditur laudandi ratio
quæ ſumitur ex duplici cauſa.Prima eſt beneficium gra-
tiæ,quæ fecit ipſum amabilẽ deo.Secũda eſt, quod fecit
ipſam laudabilẽ hominibus,qa amabilẽ deo dicit ergo.

Geñ.29.d Quia reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ.) Geneſis.29 »
Præceſſit huius figura in Lia, quę in conceptu prolis di-
xit: Vidit dominus humilitatem meam,nunc amabit me
vir meus. Et humilitas fuit diſpoſitio ad reſpectum gra-
Iſaię.66.a tię.Iſa.66.Ad quem reſpiciam,niſi ad pauperculum,& cõ
tritum ſpiritu,& trementem ſermones meos? Quia ſicut
Pſal'o.137 dicitur in Pſalmo. Excelſus dominus:& humilia reſpicit
Eccl'.11.b. & alta à longe cognoſcit. Vnde de viro iuſto Eccl'ci.11.
Oculus dei reſpexit illum in bono, & erexit eum ab hu-
Pſalm. 24 militate ipſius.Et ideo orabat propheta in Pſal.Reſpice
in me,& miſerere mei,quia vnicus & pauper ſum ego.

Fecit & laudabilem hominibus illud gratiæ beneficio-
um,& propterea addit.(Ecce enim ex hoc beatam me di- »
cent omnes generationes.)tam viri quàm mulieres.Pro- »
Pro.13.d. uerb'31.Surrexerunt filij eius,& beatiſſimam prædicaue-
¶Maria rũt.Vir eius & laudauit eam.Fuit autem uirgo MARIA
fuit bea- beata propter meritum caſtitatis. Pſalm. Beati immacu-
tiſſima. [illegible]n via. Et Apoca.16.Beatus qui vigilat & cuſtodit ve
Pſal'o. 118 ſtimẽta ſua ne nudus ambulet, & videant turpitudin eius.
Apo.16 .c Et Sapi.3.Felix & ſterilis eſt incoinquinata,quæ ne
Sapiẽ.3.c. ſcruit thorum in delicto.Fuit etiam beatior propter con
1.Cor.7 g ſilium virginitatis .1. Corint.7. Beatior autem erit,ſi ſic
permanſerit ſecundum meum conſilium.Fuit & beatiſſi
ma,propter priuilegium fœcunditatis, ob quod cæteræ
mulieres

M.E.C.D. 2017

mulieres beatissimam eam prædicant. Cant. 6. Viderunt eam filiæ, & beatissimam prædicauerunt.

Secunda ratio laudandi est miraculum potentiæ, qđ fuit magnum & pium. Fuit magnum, propterea dicit. (Quia fecit mihi magna qui potens est.) Hoc refertur ad incarnationis mysterium, sicut dicit Beda in glossa. Et de hoc dicitur Iob. 5. Qui facit magna, & inscrutabilia, & mirabilia absq; numero. Incarnationis mysterium est magnum, & imperscrutabile, & ideo admirabile, & hoc fecit (qui potens est) quia in rebus mirabilibus, vt dicit Augustinus. Tota ratio facti, est potẽtia facientis. Eccl's. 3. Omne quod voluerit faciet, & sermo illius potestate plenus est, nec dicere ei quisquã potest. Quare ita facis?

Beda. Iob. 5. b. Augusti. Eccl's. 3. a

Fuit etiam pium, & propterea dicit. (Et sanctũ nomen eius.) Vnde sancta & pia facit, vt sanctificatio nominis ipsius ostendatur. Dani. 3. Benedictum nomen glorię tuæ sanctum. Et Psal. Sanctum & terribile nomen eius. Et ratio huius pręponitur. Redemptionem misit populo suo. Et quia nomen eius decet sanctitudo, ideo oramus Sanctificetur nomen tuum. Matt. 6. Et rursus Psal. Domum tuam decet sanctitudo domine, in longitudine dierum. De his duobꝰ, scilicet magnitudine & pietate. 1. Timo. 3. Et manifestè magnum est pietatis sacramentum, quod manifestatum est in carne, iustificatum est in spiritu, apparuit angelis, prædicatum est gentibus, creditum est in mundo, assumptum est in gloria. Magnum quippe ratione diuinitatis, sanctum ratione assumptæ humanitatis. Suprà eodem, quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius dei. Et ideo virgo in conceptione fuit magnificata, & sanctificata. Psal. Sanctificauit tabernaculum suũ altissimus. Et hæc duo, respondent duobus pręmissis, qa magnificata & sanctificata, ideo magnificauit & exultauit. Ideo optimè rationem reddit.

Matt. 6. b. Psalo. 92. 1. Timoꝰ Suprà eodem. d. Psalo. 45.

¶ (Et misericordia eius &c.) Postquam descripta est laudantis affectio, & laudandi ratio, subditur hic tertio diuinæ laudis ampliatio. Et hoc consistit in commendatione diuinæ misericordiæ, quantum ad opus redemptionis humanę iã ĩ cõceptiõe virginis ĩchoatę. Opꝰ aũt redẽptionis nostrę, est declaratiuũ misericordiæ & potẽtię, qui

quia est manifestatiuum largitatis & veritatis. Misericordiæ, in reparatione hominis lapsi. Potentiæ, in prostratione diaboli. Largitatis in missione spiritus sancti. Veritatis, in adimpletione promissi.

Primo igitur laudat dominum suum in opere redemptionis, secundnm quod est manifestatiuum misericordiæ. Vnde dicit. (Et misericordia eius à progenie in progenies timentibus eum.) Ephe.2. Deus autem qui diues est in misericordia propter nimiam charitatem suã qua dilexit nos, & quum essemus mortui peccatis, conuiuificauit nos CHRISTO. Et in Psalm. Misericordia autem domini ab æterno, & vsque in æternum, super timentes eum. Hoc enim fit super omnes, quãtum ad beneficium conseruationis, secundum illud Eccl'ci.18. Miseratio hominis circa proximum suum, misericordia autem Dei super omnem carnem. Misecordia tamẽ liberans, & saluãs ad solos timentes se extendit, sicut in Psalm. Scriptũ est, Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ domine, quã abscondisti timentibus te. Ideo Eccl'i.2. Qui timetis dominum, sperate in illum.

Ephe.2.a. Psal'o.102 Eccl'.18.b Psal'o.30. Eccl'i.2. b

Secundo laudat eum in hoc opere secundum quod est manifestatiuum potentiæ in deiectione dæmonum superborum, & diuitum iniquorum. Propter primum dicit (Fecit potentiam in brachio suo, disperfit superbos mente cordis sui.) In hoc est laus Dei specialis. Iob.40. Dispersge superbos furore tuo, & respiciens omnem arrogãtem humilia. Et sic impletur illud Eccl.10. Sedes ducum superborum destruxit Deus, & sedere fecit mites pro eis. Et dicitur hæc feciſſe. (In brachio.) Id est in filio. Isai.40. Ecce dominus Deus in fortitudine veniet, & brachium eius dñabitur. (Superbos autẽ mente cordis.) Vocat illos qui superbiunt in intellectu per prẽsumptionẽ, & in affectu, ambitionẽ sicut Lucifer, & eius sequaces. Iob.41. Oẽ sublim[illegible]det, & ipse est rex super oẽs filios supbię. Et sic est sensus disperfit eos qui superbiũt mẽte cordis. Vel alit Disperfit superbos mente cordis sui.) Secundũ quod dicit: Quia superbi iusto dei iudicio, habẽt cor disperfum. Sapi.17. Dum putant se latere in obscuris peccatis: tenebroso obliuionis velamento disperfi sunt. Vel, (Disperfit

Iob.40. a Isai.40.c. Iob.41.d. Sapi.17.a

supet-

ſuperbos mente cordis ſui.) id eſt, diffinitione cõſilij ſui.
Iob.40. Si habes brachium ſicut Deus, & ſi voce ſimili
tonas: circũda tibi decorem, & in ſublime erigere, & eſto Iob.40.a
glorioſus, & ſpecioſis induere veſtib9. Diſperge ſuperbos
in furore tuo, & reſpiciẽs omnem arrogantem humilia.
reſpice cunctos ſuperbns, & confunde eos. Dæmones ſu=
perbientes diffinitiuè proiecit, ſed non ſic homines: Vn=
de Thre.3. Non enim humiliauit ex corde ſuo, & abie= Thre.3.d.
cit ſilios hominũ. Laudatur ergo potẽtia in deiectione
ſuperbórũ dęmonũ, & etiã tyrannorũ potentium, cũ ſub
« dit. (Depoſuit potẽtes de ſede, & exaltauit humiles.) Da.
5. Dicitur de Nabugodonoſor. Quos volebat interficie= Dan.5.e.f
bat: & quos volebat percutiebat, & quos volebat exalta=
bat: & quos volebat humiliabat. Quando aũt eleuatum
eſt cor ei9, & ſpũs illius obfirmatus eſt ad ſuperbiã, depoſi
tus eſt de ſolio regni ſui, & gl'ia eius ablata eſt. Et Eccl'ci
io. Radices gentiũ ſuperbarũ arefecit Deus, & plantauit Eccl'.10.b
humiles ex ipſis gẽtibus. Et ratio huius, Infra.18. reddit'.
Quia oĩs q ſe exaltat humiliabit', & qui ſe humiliat exal Infrà.18.c
tabitur. Et in hoc eſt laus diuinę potentię. 1. Regũ. 2. Dñs
pauperem facit, & ditat: humiliat, & ſubleuat. Suſcitat de 1.reg.2.b.
puluere egenũ, & de ſtercore eleuat pauperẽ: vt ſedeat cũ
principibus, & ſoliũ glorię teneat. Exemplum de Saul &
Dauid: Vaſthi, & Eſther, 1.Reg.16.
Eſt.1.&.2.
Tertio laudat dñm in prędicto opere ſecundum quod
« eſt manifeſtatiuũ largitatis, cũ dicit. (Eſurientes imple=
« uit bonis, & diuites dimiſit inanes.) Quia vera largitas ¶ Largi=
eſt dare pauperibus nõ diuitibus. Pro.13. Iuſtus comedit, tas vera.
& replet animã ſuã: Venter aũt impiorum inſaturabilis. Prou.13.d
Et rurſus in Pſal. Diuites egu erunt & eſurierũt: inquiren
tes aũt dñm, non minuentur omni bono. Et Iſa.65. Ecce Pſal'o.33.
ſerui mei comedẽt, & vos eſurietis. Ecce ſerui mei bibent Iſaiẽ.65.c
& vos ſitietis. Ecce ſerui mei lętabuntur, & vos cõfund
mini. Quia ſicut dicit'. 1. Cor. 1. Non multi ſapiẽtes ſecun 1.Cor.1.d
dũ carnẽ, nõ multi potẽtes, nõ multi nobiles: ſ ęuę ſtul
ta ſunt mũdi elegit deus, vt cõfundat ſapiẽtes, & infirma
mũdi elegit deus, vt cõfundat fortia & ignobilia mũdi,
& contemptibilia elegit Deus, & ea quæ non ſunt, vt ea
quę ſunt deſtrueret, vt non glorietur omnis caro in con=

M.E.C.D. 2017

Psal'o.32. spectu eius, Et Psal. Non saluatur rex per multã virtutẽ, & gigas nõ saluabitur in multitudine virtutis suę.

Quarto, laudat Deũ in prędicto opere secundũ quod est manifestatiuũ veritatis promissi, cũ dicit. (Suscepit Israel puerũ suũ, memorari mię suę.) Vbi primo pręmittitur promissionis impletio, quã promissionẽ fecit diuiua benignitas, & impleuit diuina veritas, vnde Psal. Misericordia & veritas obuiauerunt sibi, iustitia & pax osculatæ sunt. Et hoc factum est quando carnẽ nostram suscepit.

Psal'o.84: Hebr.2.d Heb.2. Nusq; em̃ angelos apprẽhendit: sed semen Abrahæ
Isaię.42.a apprẽhendit. Isa.42. Ecce seruus meus, suscipiam eũ: electus meus, cõplacuit sibi in illo anima mea, dedi spm̃ meũ super eũ, iudiciũ gentibus proferet. Et Osęę.11. Quia puer
Osęę.11 Israel, & dilexi eũ: & ex Aegypto vocaui filiũ meũ. Et hoc (Recordatus mię suę.) cuius non potest obliuisci Psalm.
Psal'o.76. aut obliuiscetur misereri Deus? aut cõtinebit in ira sua
Isai.49.d. mias suas? Et Isa.49. Nunquid obliuisci potest mulier infantẽ suum, vt non misereatur filio vteri sui? Et si illa oblita fuerit, ego tamẽ non obliuiscar tui. Deinde subditur vera promissio, cũ dicitur. (Sicut locutus est ad patres nostros, Abrahã, & semini eius in secula.) Et debet ista litera cõstrui sic. (Sicut loquutus est ad patres nostros) loquutus inquã ipsi Abrahę, scilicet specialiter, (& semini eius) vbi tangit statũ naturę & legis scriptæ. Vel aliter, vt construatur cum precedenti. Suscepit Israel recordatus miæ, & hoc dico Abrahę, & semini eius sicut locutus est ad pa
Psal'o.97. tres. Simile habetur in Psal. Recordatus est mię suę, & veritatis suę domui Israel. Inter patres specialiter nominat Abrahã, quia ei primo facta est repromissio. Geñ.12. Bñdi
Gene.12. cã benedicentibus tibi, & maledicã maledicentibus tibi atq; in te benedicentur vniuersæ cognationes terræ. Et
Gen.22.a, iterum Gene.22. Benedicã tibi, & multiplicabo semẽ tuũ sicut stellas cœli, & velut arenam quę est in: littore maris: possidebit semẽ tuũ portas inimicorũ suorũ, & benedicẽtur in semine tuo omnes gentes terrę, quia obedisti voci
Gala.3.c. meę. Gal.3. Abrahę dictę sunt promissiones, & semini eius. Semen eius sunt credentes. Ro.9. Non q filij carnis, hi filij dei: sed qui filij sunt promissionis, estimãtur in semine
Rom.9.b
Infrà.3.b vnde infra.3. cap. Potens est deus de lapidibus istis suscitare

« rare filios Abrahę.(In ſęcula.)id eſt,in æternũ.Pſal. A ſæ culo,& vſq; in ſęculũ,tu es Deus. Vnde virgo beata canti cũ incipit à magnitudine ſummi principij, & canticũ fi nit in ęternitate finis,laudat eñ eum qui eſt α & ω,prin cipiũ & finis.Apo.1.Et quidẽ ſatis rectè,quia ĩ hoc cãtico oſtendit conſummationẽ eſſe factã oĩm beneficiorum promiſſorum,& ideo conſummatiuũ eſt oĩm laudum, & canticorũ, & ſcripturarum. Pſal.89. Apo.1.b.

« ¶ Manſit aũt Maria &c.)Poſt teſtimoniũ prophetiæ,& canticũ lætitiæ,ſubditur obſequiũ beniuolẽtię, quod ex hibuit virgo MARIA Elizabeth cognatæ ſuæ, in quo cõmendatur à tribus,ſcilicet à ſedulitate obſequij,à lon ganimitate propoſiti, ab honeſtate contubernij.

« Propter ſedulitatẽ obſequij,dicit.(Mãſit aũt MARIA « cum illa.) ſcilicet cũ cognata prægnãte. Non ſtatim ab ceſſit,ſed fecit ſecundũ quod dñs diſcipulis ſuis pręcepit Mat.10.In eadẽ aũt domo manete,donec exeatis. Mane bat aũt MARIA in domo,& non egrediebatur ſicut.Di na,de qua Geñ.34. Egreſſa eſt vt videret mulieres regio nis illius.Et ſequitur poſtea, quòd oppreſſa fuit. Mane bat aũt ſicut ſedula obſequutrix,non circuibat ſicut cu rioſa inueſtigatrix.1. Timo.5. de viduis adoleſcentibus. Otioſæ diſcunt circuire domos:non ſolum otioſę,ſed & verboſę,& curioſę loquentes,quæ non oportet. Contra quod ait Seneca.Indiciũ mentis bene cõſtitutæ eſt, ſecũ poſſe morari,& ſecũ poſſe cõſiſtere. Mat.10.b Infrà.10.a Gen.34.a 1.Timo.5 b:

« Propter lõganimitatẽ propoſiti,ſubdit,(Quaſi menſi « cus tribus.)id eſt,vſq; ad tẽpus partus, ſecundũ quod di « cit Beda in gloſſa. Tam diu mãſit MARIA donec Eliza beth partus tẽpore cõpleto præcurſoris dñi ſui, propter quã maxime venerat,natiuitatẽ videret. Et hoc ſignatũ eſt.2.Reg.6.Vbi dicitur q; arca dñi manſit in domo Obe dedon Gethæi tribus menſibus:& benedixit dñs Obed[illegible]g.6.b. edon,& oẽm domũ eius. Myſtice vero tribus men[illegible]bus de ſignatur profectus trium virtutũ.Secundum q; [illegible] gloſſa dicitur,aĩa caſta quæ ſpiritualis verbi deſiderium conci pit,neceſſe eſt vt alta cœleſtis exercitus iuga ſubeat, & quaſi triũ menſium dies ibidẽ demoretur :quouſq; fidei ſpei,& charitatis luce radietur, perſeuerare non deſiſtat. Beda. Gloſſa.

M.E.C.D. 2017

Propter honeſtatem contuberniĳ,ſubditur:(Et reuerſa eſt in domum ſuam.) Vt habitaret cum ſponſo virginitatis ſuæ cuſtode. Vnde dicere poterat illud. Geñ:30. Benedixit tibi Deus ad introitum meum: Iuſtum eſt igitur, vt aliquando prouideam etiam domui meæ. (Reuerſa eſt in domum ſuam.) Quia ſponſus & familia ſua reditum eius deſiderabant, ſecundum illud Cant.6. Reuertere, reuertere Sunamitis: reuertere, reuertere vt intueamur te. Sic ergo virgo MARIA dat exemplum omnibus imitãdum, ſicut dicit Ambroſius: Diſcite inquam à MARIA religioſitatem, longanimitatem, & honeſtatem.

Geñ.30,c

Canti.6.

Ambroſi.

¶Elizabeth autem impletum eſt tempus &c.) Poſt gratiarũ actionem de conceptu ſaluatoris, ſequitur hic gratiarum actio pro ortu precurſoris. Agitur autem laus de precurſoris ortu, magis quàm de conceptu: quia conceptus fuit in peccato, ſed natus fuit plenus ſpiritu ſancto. Chriſtus autẽ tã in cõceptu, q̃ in ortu fuit ſanctiſsimus. Ideo ante, ortũ, & poſt ortũ, ipſius laudes decantãtur. Habet autẽ hæc pars tres partes. In quarũ prima deſcribitur præcurſoris origo. In ſecũda vero, pro ipſo ſubditur laus & gratiarũ actio, ibi. Et Zacharias pater eius repletus eſt ſpũ ſancto, vbi ponit canticũ Zachariç. Tertio ad materiã maioris laudis ſubdit precurſoris educatio, ibi, Puer aũt creſcebat &c. Ad deſcribendum aũt ortũ precurſoris tria concurrũt, quę ab Angelo prenũciata fuerũt. Primũ eſt partus ſterilis, ſecundũ eſt circũciſio infantis, quę deſcribit, ibi: Et factũ eſt in die octauo: tertiũ eſt apertio oris ſacerdotalis, ibi: Apertũ eſt autẽ ilico os eius. Partus aũt oſtẽditur fuiſſe opportunus in matre, perfectus in prole, iocundus in vicinitate.

Opportunus itaque oſtenditur partus in matre ratione temporis, propter quod dicit: (ELIZABETH autem impletum eſt tempus pariendi & cæte.) Opportunum erat, vt pareret præcurſorem: Quia Eccleſiaſtes tertio dicitur: Omnia tempus habent, & ſuis ſpatijs trãſeunt vniuerſa ſub cœlo. Impletum eſt, inquam, ſecundum comminationem verbi angelici ſupra eodem. Et ecce eris tacens, & nõ poteris loqui vſq; in diẽ quo hęc fiant: pro eo q̃ nõ credidiſti verbis meis, quę implebũtur in tẽ

Eccl'ſ.3.a.

Supra eodem.

pore

M.E.C.D. 2017

pore ſuo. Vel impletum eſt, quia iam venerat plenitudo tẽporis, in quo debebat venire CHRISTVS. Gala.4. At vbi venit plenitudo tẽporis, miſit Deus filium ſuum &c. Gala.4.a

Perfectus etiam fuit in prole, ratione ſexus virilis, propter quod dicit. (Et peperit filium.) Non filiam, talem prolem petebat Anna. 1. Regum. 1. Domine exercituum, ſi reſpiciens videris afflictionem famulæ tuæ, & recordatus mei fueris, nec oblitus ancillæ tuę, dederisq; ſeruę tuę exum virilem. dabo eum domino omnibus diebus vitæ eius, & nouacula non aſcendet ſuper caput eius. 1.Regũ.1.

Peperit etiam virtute perfecta nullo ſibi præſtante impedimento. Cuius oppoſitum dicitur. 4. Re. 19. Venerunt filij vſque ad partum, & vires nõ habet parturiens. Peperit etiã filiũ perfectũ ſuperna gratia, ita vt cõueniat ei illud Sapi. 4. Conſummatus in breui cõplcuit tẽpora multa. 4.reg.19.a Sapi.4.c.

Iocundus etiã fuit in vicinitate ratione famæ celebris & cõmunis. Propter quod dicit: (Et audierunt vicini, & cognati eius, quia magnificauit dñs miſericordiã ſuam cũ illa, & congratulabantur ei.) Et ſic impletum eſt illud quod prędixerat angelus: Et in natiuitate eius multi gaudebũt, ſcilicet vicini & cognati: quia taliũ maxime eſt cõgratulari. Infra, 15. Mulier q̃ inueniet drachmã perditã, cõuocat amicas & vicinas dicẽs Cõgratulamini mihi, qa inueni drachmã quã perdirã. (Et cõgratulabãtur.) Nã & ipſa pariter gaudebat, ſecundũ illud Io. 16. Mulier cũ parit, triſtitiã habet, qa venit hora eius. Cũ aũt pepetit puerũ, iam nõ meminit pręſſurę propter gaudiũ, qa natus eſt homo in mũdũ. & ideo cõgratulant. (Quia magnificauit dñs mĩam ſuã cũ illa.) id eſt mĩam magnã prętitit ei dñs vñ poterat dicere illud Pſal. Cõfitebor tibi dñe deo meo in toto corde meo, & glorificabo nomẽ tuũ in ętternum Quia mĩa tua magna eſt ſup me. Magnificauit aũt dñs eos q̃s diligit. Sa. vl. In oĩbus magnificaſti ppl'm tuũ dñe [illegible]pi. vlt. & hõraſti, & nõ deſpexiſti ĩ oĩ tpre, & ĩ oĩ loco aſsiſtẽs eis d. Ioan.16.c Pſal'o.85.

¶Et factũ eſt in die octauo.) Poſt partũ ſenis, ſec[illegible] circũciſio infantis. In qua iuxta conſuetudinẽ facta eſt impoſitio noĩs. Primo ſcd̃m apellationẽ humanã à cõſanguinitate. Secũdo vero ſecundũ reuelationẽ, pphetică à matre. Tertio ſcd̃m affirmationẽ authentică ab ipſo patre.

M.E.C.D. 2017

Introducitur ergo circuncisio cũ appellatione humana,cum dicitur. (Et factum est in die octauo,venerũt circuncidere puerũ.) vt scilicet implerent legis præceptum.

Gen.17.b Geñ.17.Infans octo dierum circũcidetur in vobis, omne masculinũ in generationibus vestris. Et postea. Masculo cuius præputij caro non circuncisa fuerit:delebitur anima illa de populo suo,quia pactũ meum irritum fecit(Et vocabant eum nomine patris sui Zachariam,) secũdum consuetum modum,quia filij cõsueuerunt appellari no-

Tob.1.b. mine suorum patrum. Tob.1.Genuit filium,nomẽ suum imponens ei,vt in hoc signaret patrem in tã nobili filio

Eccl'.30:a viuere.Secundum illud Eccl'ci.30. Mortuus est pater eius, & quasi nõ est mortuus.Similẽ eñ reliquit sibi post se. In vita sua vidit,& lætatus est in illo.

Sed quoniã in Ioanne non habebat locum denominatio secundum appellationẽ humanã,ideo sequitur de nominatio secundum reuelationẽ propheticã per Elizabeth,cum dicitur.(Et respõdens mater eius,dixit. Nequaquàm,sed vocabitur Ioãnes.)Et hoc quidẽ dicebat edocta à spiritu sancto.

Ambrosi. Vnde Ambrosius. Spiritu prophetiæ didicit,quod nõ didicerat à marito. Quia enim nõ virtute naturæ cõceptus fuerat,sed virtute gratiæ:nõ debebat vocari Zacharias à patre,sed Ioannes à dono gratiæ vt nouo modo natus:nouo nomine nuncupetur. Isa.62.

Isai.62.a. Vocabitur tibi nomẽ nouũ,quod os dñi nominabit. Et quia cognati carnaliter sapiebãt, nomen gratiæ nõ acceptabant, ideo subditur, (Et dixerunt ad illam.Quia nemo est in cognatione tua qui vocetur hoc nomine.)sed

Ambrosi. eorum instantia nulla erat,quia sicut dicit Ambro. Hoc nomen nõ est generis, sed vatis. Habent eñ hoc merita

Gene.32.f sanctorum,vt à Deo nomen accipiãt. Sicut Iacob,Israel dicitur Ge.32.Quia Deum vidit.Sic de Salomone.2.Re.

2.reg.12 .Vocauit nomen eius amabilis dño,eò q diligeret eum dñs.Et quoniã contentio erat hic inter gratiã & naturã, inter appellationem humanã,& reuelationem propheticã,ideo requirebãt sententiã paternã, vt ipse assertionẽ authenticã proferret,propterea sequitur.

(Innuebãt autẽ patri eius.quẽ vellet vocari eum.)Innuebãt,inquam,surdo & muto, quia sicut dicit Ambro:

Increa-

M.E.C.D. 2017

Incredulitas affatum ei surripuerat & auditũ. Et tamen requirebant, quia penes ipsum residebat authoritas nominandi · tum quia pater, tum quia sacerdos, tum quia ortum suũ diuina reuelatione præsciuerat. Et quia non poterat voce respõdere, manu & litteris est loquutus. Et ideo subditur. (Et postulãs pugillarẽ, scripsit dicẽs. Ioannes est nomen eius.) quasi dicat, nomẽ non impono, sed impositum declaro. Supra eodẽ. Vocabis nomen eius Ioannẽ. Secundum illud Isa. 49. Dominus ab vtero vocauit me, de vẽtre matris meę recordatus est nominis mei. Et recte dicitur scriptum: propter firmitatẽ indelebilẽ, vt ostendatur nomẽ eius scriptum in libro vitæ, sicut discipulorum CHRISTI, infra. 10. cap. Gaudete autẽ quod nomina vestra scripta sunt in cœlis. De hac scriptura dicitur Apo. 3. Qui vicerit, faciã illum columnã in templo Dei mei, & foras non egredietur amplius, & scribã super eum nomen Dei mei, & nomen ciuitatis Dei mei nouæ Ierusalem, quæ descendit de cœlo à Deo meo, & nomen meum nouum. Et rursus Apoc. 2. Dabo illi calculum cãdidum, & in calculo nomen nouum scriptum, quod nemo scit, nisi qui accipit. Et quia causam huius nominis nescierunt, ratio sequitur. (Er mirati sunt vniuersi:) Glosa propter consonantiam patris & matris: vt iam in ore duorum testium staret illud verbum, vel etiã mirati sunt in puero tantã prærogatiuã. Eccli. 11. Dicitur de viro iusto. Oculus dei respexit illum in bono, & erexit eum ab humilitate ipsius, & exaltauit caput, & mirati sunt in illo multi, & honorauerunt Deum. Vnde ipse poterat dicere illud Sapi. 8. In cõspectu potẽtium admirabilis ero, & facies principum mirabuntur me. In quo docemur, ꝙ dũ norum prærogatiuæ magis sunt humiliter & sobriè annũciandæ. & ꝙ procaciter perscrutandæ Spiritualiter nota ꝙ per Zachariã intelligitur vetus sacerdotium, & per Ioannẽ nouum, & quia vetus & nouũ differunt sicut memoriale muneris, & ipsum munus, ideo ille rectè denominatur à memoriali, iste vero à munere gratiæ, & hoc quidem satis rectè, quia memoria Dei generat in nobis effectus virtutis & gratiæ. Nam qui vult esse Ioannes per gratiã, oportet ꝙ sit Zacharias prius per

« « « «

per diuinam memoriam. Zacharias enim memor dei interpretatur. Psal. Memoriam fecit mirabilium suorũ. &c.

Psal.110 Exo.20.d Exo.20. Altare de terra facietis mihi, & offeretis super eo holocausta & pacifica vestra, oues vestras & boues in oĩ loco in quo memoria fuerit nominis mei veniam ad te, & benedicam tibi. Debet autem quilibet esse memor sacramentorum dei ad credendum & confitendum. Exo.

Exo.13.b. 13. dicitur de agno paschali, erit quasi signũ in manu tua & quasi monumentũ ante oculos tuos. Sequitur. Custodies huiuscemodi cultũ statuto tempore à diebus in dies

Deut.16 a Beneficiorum ad regratiandum. Deu.16. Septem diebus comedes absq; fermento afflictionis panẽ, quoniã in pauore egressus es de Aegypto, vt memineris diei egressionis tuæ de Aegypto omnibus diebus vitæ tuæ.

Eccl.18. c Iudiciorũ ad formidãdũ. Eccl.18. Memẽto iræ in die consummationis, & tẽpus retributionis in conuersatione faciei &cæt. Psal. Memor fui iudiciorũ tuorũ à sæculo dñe

Pſ. 110.118 Eccl.11. c. Promissorum ad expectandum. Eccl'ci .11. In die bonorum ne immemor sis malorum, & in die malorum non immemor sis bonorum.

Psal.102 Mandatorum ad, faciendũ. Psal. Iustitia illius in filios filiorum. His qui seruant testamentum eius, & memores sunt mãdatorum ipsius ad faciendum ea.

Ioan.15.c Exemplorum ad imitandum. Ioan.15. Memẽtote sermonis mei, quem ego dixi vobis: Non est seruus maior domino suo. Si me persecuti sunt, & vos persequẽtur. Si sermonem meum seruauerunt, & vestrum seruabunt.

Thre.3.c. Suppliciorum ad compatien :ũ. Thre.3. Recordare paupertatis & transgressionis meæ, absynthij & fellis, sequitur memoria memor ero & tabescet in me anima mea,

Cant .1.a Solatiorũ ad congaudendnm. Cant.1. Exultabimus & lætabimur in te, memores vberum tuorum super vinum

Psal.7[illegible] Operum ad laudandum. Psal. Memor fui operum domi[illegible]: quia memor ero ab initio mirabilium tuorum. Et meditabo[illegible] omnibus operibus tuis, & in adinuẽtionibus tuis exercebor. Deus i sancto via tua quis d[illegible]us magnus

Psal.104 sicut deus noster tu es deus qui facis mirabilia. Item mento te mirabilium eius quæ fecit: Prodigia eius & iudicia oris eius.

Chari-

M.E.C.D. 2017

Charismatũ ad postulandũ. Isa.26.In semita iudiciorum tuorũ dñe sustinuimus te:nomẽ tuũ & memoriale tuũ in desiderio aiæ.Anima mea desiderauit te in nocte.Et Isa. 62.Qui remiscemini dñi ne taceatis & ne detis silentium ei,donec stabiliat,& donec ponat Ierusalẽ laudẽ in terra Isaiç.26.b Isaiç.62.c

¶Apertum est autem ilico os eius & cæter. Post partum sterilis, & circuncisionem infantis, sequitur apertio oris sacerdotalis', secundum dictum nuncij cœlestis. Hoc autem miraculum erat ostensiuum prærogatiuæ, & excellentis magnificentiæ in Ioanne,vt merito ostenderetur ipsum vocari hoc noïe. In huius autẽ miraculi descriptione insinuantur tria,scilicet, miraculi euidẽtia, ipsius reuerentia,& eiusdem intelligentia. Nam apparitio miraculi parit admirationẽ, admiratio cognitionẽ, siue inquisitionem.

Prçmittitur ergo primo miraculi euidentia, cũ dicit: " (Apertum est autẽ ilico os eius,& lingua eius & loquebatur " tur,benedicens deum.) Apertum est autem non virtute naturç,sed supernæ potentiç.Sapi.10. Sapientia aperuit os mutorum, & linguas infantiũ fecit desertas·Ille, inquam fecit de quo admirabantur turbç, dicentes: Bene omnia fecit,& surdos fecit audire,& mutos loqui, scilicet CHRISTI dei virtus & sapientia.Marc.7.Et vt ostenderetur miraculũ verũ,dicitur:(Ilico.)Vt enim dicit Ambro.Nescit tarda molimina spiritus sancti gratia. Et, vt ostenderetur plenum & perfectum,subditur: (Et loque" batur benedicens deum.) Recognoscens beneficium,sicut Tobiæ 13. Aperiens autem Tobias senior os suum, benedixit dominum.In quo instruimur,quòd debemus os apertum habere ad diuinam laudem, quod oramus in Psalm. Domine labia mea aperies, & os meum annunciabit laudem tuam. Et maxime, post beneficium nostrç redemptionis.Isaiç trigesimoquinto. Tunc saliet sicut ceruus claudus, & aperta erit lingua mutorum. Sed contra dicitur de malis. Iob decimosext[o] Aperuerunt super me ora sua, exprobrantes, percusserunt maxillam meam,satiati sunt pœnis meis: Quia secundum quod dicitur in Psalm. Sepulchrum patens est guttur eorum,linguis suis dolosè agebant. Sapi 10.d Mar.7.d. Ambrosi. Tob.13.a Psal'o.50. Isaiç.35.b. Iob.16.b. Psal'o.5.

Secun

M.E.C.D. 2017

Secundo subdit miraculi reuerentiã, cum dicit.(Et fa »
ctus est timor super oẽs vicinos eorũ,& super omnia mõ »
Psal.64 tana Iudeæ diuulgabantur omnia verba hæc.)Psal.Tur »
babuntur gentes & timebunt qui habitant termiuos, à
Exo.15.b. signis tuis.Vnde poterant decantare illud Exo.15. Quis
similis tui in fortibus dñe?quis similis tui? magnificꝰ in
sanctitate?Et quia reuerentiã miraculi sequitur magnifi
cẽtia præconiũ,ideo dicit. (Super oĩa mõtana Iudeæ di- »
Tob.12.b uulgabãtur oĩa verba hæc.&c.)Et rectè, quia Tob.12.Sa- »
cramentũ regis abscõdere, bonũ est, opera Dei reuelare,
Psal.104 & confiteri,honorificũ est.Et ideo Psal. Cõfitemini dño
& inuocate nomẽ eius.Et post. Narrate oĩa mirabilia eiꝰ »

Terrio subiungit miraculi intelligentiã, cũ dicit.(Et »
posuerunt oẽs qui audierunt in corde suo,dicẽtes.Quis »
Eccl'.50.d putas puer iste erit?)Eccl'ci.50. Beatꝰ qui in istis versatur »
bonis,qui ponit illa in corde suo sapiens erit semper. Et
Pro14. d Pro.14.Per agrum hominis pigri transiui,& per vineam
viri stulti,& ecce totũ repleuerãt vrticæ,operuerũt supfi
ciẽ eius spinę,& maceria lapidum destructa erat. Quod
cum vidissem, posui in corde meo,& exemplo didici di-
sciplinã.(Posuerunt.)scilicet per attentionẽ intellectiuã »
& memoratiuã, & per magnitudinẽ miraculi cognosce-
bant magnitudinẽ pueri,vnde dicebãt.(Quisputas pu- »
Suprà eo er iste erit?)Quasi dicerent magnus erit,secundum illud »
dem.b. angeli supra eodẽ cap.Erit em̃ magnus corã dño.Sic di-
Mar.4.d. cebant de Christo Marci.4. Quisputas est iste. Recte de
Christo dicebant,est iste tanq̃ de creatore cuius est ma-
nere.De Ioanne vero dicebant. Erit tanq̃ de prȩcursore
cuius erat pertransire. Et reddũt rationẽ.(Etenim manꝰ »
Ezech.3 c dñi erat cũ illo.) Ezec:;. Manus em̃ dñi erat mecũ cõfor- »
tans me.Sic & cũ Ioanne erat manus dñi dextra cõfer-
Psal'o.79. uans & confortans eum.Psal. Fiat manus tua super virũ
træ tuæ, & super filiũ hominis quẽ confirmasti tibi.
Isai.49.2. Et sic intelligebãt illum esse de quo scribitur Isa.49.Po-
suit os meum quasi gladiũ acutũ,in vmbra manus suę pro-
texit me,& posuit me sicut sagittam electam.

¶Et Zacharias pater eius &ce.)Postq̃ descripta est Io- »
annis origo,subiungitur hic gratiarũ actio pro redem-
ptionis beneficio iam inchoato in ortu præcursoris, &
consum-

M.E.C.D. 2017

consummando in ortu saluatoris. Hanc igitur gratiarũ actionẽ dupliciter euangelista describit. Primo ex parte motiui. Secũdo ex parte modi, ibi. (Bñdictus dominus.) Circa motiuum nota quòd illud quod mouit Zachariã ad laudandum, fuit spiritus diuinus, non suus. Propter quod præmittit eum spiritu sancto fuisse afflatum & impletum. Et tangit hic: Quis impleatur nempe Zacharias qui fuit vir iustus. De quo suprà eodem dicitur, quòd erat incedens in omnibus mandatis & iustificationibus domini sine querela. Et in hoc innuitur, quòd memoria dei impletur diuino spiritu. Tob. 1. Quoniam memor fuit domini in toto corde suo dedit illi deus gratiam in cõspectu Salmanasar regis. Quare impleatur ostendit, qa (pater eius) scilicet Ioannis vnde sicut mater spiritũ prophetiæ habuit propter filiũ suprà eodẽ, sic & pater. Prou. 23. Exultat gaudio pater iusti, & qui sapientem genuit, lętabitur in eo. Gaudeat pater tuus, & mater tua, & exultet que genuit te. In quo ĩtelligitur allegorice, quòd lex vetus & sacerdotium, non habebat spiritum sanctum, nisi ratione noui testamẽti, quod præfigurabat, Quomodo impleatur declarat, propter quod dicit: (Repletus est spiritu sancto.) Gen. 41. Num inuenire poterimus talem virũ, qui spiritu dei plenus sit? Et Eccl'ci. 15. Exaltauit illũ apud proximos suos, & in medio ecclesiæ aperiet os eius & adimplebit illum spiritu sapientiæ & intellectus. In quo instruimur, quo debemus impleri. Ephe. 5. Implemini spiritu sancto loquentes vobismetipsis in psalmis hymnis & canticis spiritualibus. Ad quid impletur, demonstrat. (Et prophetauit dicens.) laudando & prędicando. Actu. 2. Repleti sunt omnes spiritu sancto, & cœperunt loqui varijs linguis, prout spiritus sanctus dabat eloqui illis. Et Amos 3. Dominus deus loc utus est quis nõ prophetabit? Et. 2. Pet. 1. Non enim voluntate humana allata est aliquando prophetia, sed spiritu sancto inspirati, locuti sunt sancti dei homines.

Tobi. 1. b

Suprà eo dũm. d.

Pro. 23. c.

Geñ. 41: e

Eccl'. 15. 2.

Ephe. 5. d

Actb. 2: a.

Amos. 3: b

Pet. 1. d.

¶ Benedictus dominus deus Israel &c.) Hic describitur gratiarum actio quantum ad modũ in hoc cantico, cuius sunt quatuor partes. In quarum prima fit gratiarum actio & laudis decantatio pro beneficio nostræ redemptiõnis

ptionis, ſecundum quòd conſummanda erat per CHRISTVM diſpenſatio remediatiua. Secundo in quantum erat promiſſa per prophetas ſanctos vaticinio, ibi. Sicut locutus eſt per os ſanctorum. Tertio inquantum promiſſa patriarchis veritatis iuramento, ibi. Ad faciendam miſericordiam cum patribus noſtris &c. Quarto ſecũdum quod iam eſt inchoata in præcurſore prophetali præconio, ibi. Et tu puer propheta altiſsimi vocaberis. Agens autem gratias pro beneficio redemptionis conſummando in CHRISTO ponit præteritum pro futuro more prophetico. In quo tangitur myſterium incarnationis, pretium redemptionis, trophęum reſurrectionis. In quibus eſt remedium noſtræ ſalutis. Introducit ergo primo Zachariam in gratiarum actione, per ſpiritum ſanctum prophetantem: quia gratias agit de futuro beneficio, quum dicit:

Benedictus dominus deus Iſrael.) Similiter dicitur: »
Tobi.4.c Tob.8. Benedicimus te domine deus Iſrael: quia nõ contigit nobis quẽadmodum putabamus. Feciſtí enim no-
1.par.29.c biſcum miſericordiam tuam. Et primo Paralipome.19. Benedictus es domine deus Iſrael patris noſtri ab æterno in æternum. Et nota, quòd dominus nominat ma-
¶Dñs. ieſtatem benedicendam cum timore Malach.1. Si domi-
Mala.1.b. nus ego ſum, vbi eſt timor meus? Et ideo dicitur Deute-
Deut.10c ron.10. Et nunc Iſrael, quid dominus deus tuus petit, ni-
Pſalmo.8 ſi vt timeas dominum Deum tuum? Pſalmiſta. Domine dominus noſter, quàm admirabile eſt nomen tuum in vniuerſa terra. Deus Iſrael nominat benignitatem bene-
Iſai.45.a. dicendam cum amore, Iſaiæ quadrageſimoquinto. Et dabo tibi theſauros abſconditos, & arcana ſecretorum, vt ſcias quia ego dominus qui voco nomen tuum deus. Iſrael propter ſeruum meum IACOB, & Iſrael electum
Exod.3.e[illegible]um. Exod.3. Dominus deus patrum veſtrorum, Deus Abraham & Deus Iſaac & Deus Iacob miſit me ad vos. Hoc no[illegible] mihi eſt in ęternum, & hoc memoriale meũ in generatione & generationem. Ideo autem hic Iſrael, potius nominatur quã Iacob: quia nomen electionis eſt & gratię. Porro huius benedictionis primũ motiuum eſt incarnationis myſterium, quod notat, cum dicit: (Quia »

viſita-

M.E.C.D. 2017

« visitauit.)Scilicet per incarnationẽ. Exo.3. Visitans visi- Exod.3.f.
taui vos, & vidi omnia quæ acciderunt vobis in Aegy-
pto,& dixi,vt educam vos de afflictione Aegypti & cæt.
Hoc petebat propheta in Psalm. Memento nostri do- Psal'o.105
mine in beneplacito populi tui: Visita nos in salutari Psal'o.64.
tuo.Hoc autẽ fuit qñcarnẽ sumpsit ex virgine. Psal.Visi
tasti terram & inebriasti eã,multiplicasti locupletare eã.
Secundum motiuum est redemptionis pretium, quod
« tangit, cum dicit: (Et fecit redemptionem plebis suæ.)
Vt impleatur illud.Psalm. Redemptionem misit domi- Psal'o.110
nus populo suo. Et verè: Quia apud dominum miseri- Psal'o.129
cordia, & copiosa apud eum redemptio. Et primæ Pe- 1.Petr.1.c
tri primo. Non corruptibilibus auro vel argento redẽ-
pti estis de vana vestra cõuersatione paternę traditionis
sed pretioso sanguine quasi agni immaculati CHRI-
STI & incontaminati.Et hoc est quod dicitur Isaię.52. Isaię.52.a.
Gratis venundati estis, & sine argento redimemini. Et
psal.Redimisti in brachio tuo populum tuum. Psal'o.76.
Tertium motiuum est resurrectionis trophæum,quod
« tangit,quum dicit:(Et erexit cornu salutis nobis, in do-
« mo Dauid pueri sui.)In quo intelligitur potestas CHRI
STI resurgentis. Primi Regum.2. Dominum formida-
bunt aduersarij eius, super ipsos in cœlis tonabit: Do-
minus iudicabit fines terræ,& dabit imperium regi suo,
& sublimabit cornu CHRISTI sui. Et hoc fuit in
resurrectione. Matthęi vigesimooctauo. Data est mihi Mat.28:d.
omnis potestas in cœlo & in terra. Et quia potestas il-
la erat durabilis, ideo per cornu significatur, & in hu-
ius rei figuram vas, quo inunctus fuit Salomon, cornu
fuit.3. Reg.1. Vas autẽ quo inunctus fuit Saul, fuit lenti- 3.reg.1.e.
cula,hoc est,vas figuli,proin & fragile.1.Reg.10. Et dicit 1.reg.10.a
« (Cornu salutis:) quia per illud Israel saluatus est in do-
« mino salute ęterna.Isa.45.Et addit:(In domo Dauid p
« ri sui.)Secundũ illud psal.Illuc producam cor Dauid, Isaię.45.c
paraui lucernã Christo meo.Et.2.Reg.22. Dñs fortis me- Psal'o.131.
us sperabo in eum scutũ meũ, & cornu salutis meę.Eleue 2.reg.22.a
tor meus & refugiũ meum,saluator meus, de iniquitate
liberabis me.Hoc añt dicitur ꝓpter incarnationẽ.Siqui-
dẽ.infra.2.dicit ꝙ Maria & Ioseph erãt de familia Dauid Infrà.2.a.

¶Sicut

M.E.C.D. 2017

¶Sicut locutus est per os sanctorũ.) Hic agit grãtias, & laudes decantat pro nostra redẽptione, secundũ quod fuit per prophetas promissa spiritus sancti vaticinio. Et primo prẽmittit vaticiniũ propheticũ. Secundo vero subiungit vaticinatũ beneficiumEt tertio beneficij complementũ. Hæc eñ tria excitant ad benedicendum.

Primo igitur præmittit vaticiniũ in hoc quod dicit. (Sicut locutus est per os sanctorũ, qui à sęculo sunt prophetarum eius.)Et debet iterari. Benedictus dñs deꝰ qui
1.Par.17,d erexit.&c. Sicut locutus est.1.Para.17.Nunc domine, sermo quem locutus es famulo tuo, & super domum eius confirmetur in perpetuũ,& fac sicut locutus es. Permaneatq;,& magnificetur nomẽ tuum vsq; in sempiternũ, & dicatur. Dñs exercituũ domus Israel, & domus Dauid serui eius permanẽs corã eo. Hoc optabant sancti præce
Eccl'.36,c. dentes CHRISTI aduentũ. Eccle.36. Suscita precationes quas locuti sunt in noĩe tuo ꝓphetępriores. Da mercedẽ sustinentibus te, vt prophetę tui fideles inueniãtur
Infrà.18.f quod etiã factum est. Infra.18. Ecce ascendimus. Ierosolymã: & cõsummabuntur oĩa quæ scripta sunt per pro-
Amos.3.b phetas de filio hominis. Amos.3. Quia non faciet dñs deus verbum, nisi reuelauerit secretum suum ad seruos suos prophetas.

Secundo, subiungit beneficium quod prophetæ promiserunt cum dicit.(Salutẽ ex inimicis nostris.)Et debet repeti hoc verbũ, fecit. vel erexit. De hac cm̃ locuti sunt
1.Pet.1.b. prophetæ.1.Pe.1. De qua salute exquisierunt atq; scrutati sunt prophetæ, qui de futura in vobis gratia prophetauerunt Hęc aũt salus est in liberatione ab inimicis, id est
Psal'o.58. à dæmonibus, Psal. Eripe me de inimicis meis Deus meus
Coloss.1. & ab insurgẽtibus in me libera me. Et Col.1. Eripuit nos de potestate tenebrarñ, & trãstulit ī regnũ filij dilectiõis sũę, in quo habemus redẽptionẽ & remissionẽ pctõrum.

Et subdit tertio beneficij complementum, cum dicit. (Et [illegible] manu oĩm qui oderunt nos,) id est, de manu siue potestate oĩm persequentium siue dæmonum, siue
Isai.19.d. hominum. Isa.19. Clamabunt ad dñm à facie tribulãtis, & mittet eis saluatorem & propugnatorẽ qui liberet eos
Iob.5.b. Iob.5. Dissipat cogitationes malignorum, ne possint implere

M.E.C.D. 2017

plere manus eorum quod cœperãt. Et de tãto beneficio laudãdus est dñs deus.2.Macha.1.De magnis periculis à Deo liberati.magnificè gratias agimus ipsi. Et Psal.17. Eripuit me de inimicis meis fortissimis, & ab his qui oderunt me.Et Psal.114.Eripuit animam meã de morte,oculos meos à lachrymis,pedes meos à lapsu. Macha.1.c Psal'o.17. Psal'o.114.

¶Ad faciendã mĩam &c.) Hæc est tertia pars principalis cantici,in qua gratias agit pro nostra reparatione secundum quod patribus promissa est sub iure iurando. Et in hac parte primo prçmittit principiũ ad promittendum mouens.Secundo,iuramentum stabiliens. Et tertio remedium subscquẽs.

Principium aũt mouẽs ad promittendum fuit diuina mĩa, ex qua ortum habuit testimonium patrum, & hoc tangit cum dicit. (Ad faciendã mĩam cum patribus nostris.)Et debet iterari verbum prius positũ,scilicet.benedictionis & erectionis. Benedictus Deus qui erexit cornu saluris vt faceret mĩam.Exo.20. Faciens mĩam in milia his qui diligunt me, & custodiunt præcepta mea. Et Tob.3.Benedictum est nomen tuum Deus patrum nostrorum:qui cum iratus fueris misericordiã facis,& in tẽpore tribulationis peccata dimittis his qui te iuuocant. Et.2.Regũ.22.Magnificãs sálutes regis sui,& faciẽs mĩam Christo suo Dauid,& semini eius in sempiternum.Et fecit misericordiam promittendo,quod fecit debitum per pactum,ideo subdit:(Et memorari testamenti sui sancti) Psal. Memor fuit in sæculum testamenti sui verbi quod mãdauit in mille generatiões. Quod disposuit ad Abraham:& iuramenti sui ad Isaac.Et nota quòd vetus testamentũ fuit sanctum per figurationem, nouum verò per continentiam & impletionem, vnde sanctum testamentum vocat testamentum nouum quod sanctificauit sanguine suo.Zacha.9: Tu quoq; in sanguine testaměti tui emisisti vinctos de lacu,in quo non est aqua.Et Hebr.9. Si enim sanguis hircorum & taurorum & cinis vitulę aspersus,inquinatos sanctificat ad emundationem carnis. quantò magis sanguis CHRISTI,qui per spiritum sanctum semetipsum obtulit immaculatum deo, emundabit conscientiam nostram ab operibus mortuis ad seruiendum Exo.20.a Tob.3.c. 2.reg.22.d Psal'o.104 ¶Aliter vetus aliter nouũ testamen sanctũ dicitur. Zach.9.c Hebr.9.d

M.E.C.D. 2017

endum deo viuenti. Et ideo noui teſtamenti mediator eſt, vt morte intercedente in redemptionem earum preuaricationum quę erant ſub priori teſtamento repromiſſionem accipiant, qui vocati ſunt, æternæ hæreditatis. Et hoc eſt quod ante promiſerat ſicut dicitur Hebræ. 8.

Heb. 8.c. Conſummabo ſuper domum Iſrael, & ſuper domum Iuda teſtamentum nouum.

Secundo ſubdit iuramentum ſtabiliens cum ait. (Iuſ- »
iurandum quod iurauit ad Abraham patrem noſtrum,) »

Geñ.22.d Et debet ſemper iterari uerbum præmiſſum. Geñ. 22. Per memetipſum iurauí dicit dominus, quia feciſti hanc rẽ, & non pepercíſti filio tuo vnigenito, benedicam tibi, & multiplicabo ſemen tuum ſicut ſtellas cœli, & velut arenam quę eſt in littore maris. Poſsidebit ſemen tuũ portas inimicorum ſuorum, & benedicentur in ſemine tuo

Heb.6.c. omnes gentes terrę. Quod introducens apoſtolus Heb. 6. inquit: Abrahæ nanq; promittens deus, quoniam neminem habuit per quem iuraret maiorem, iurauit per ſemetipſum dicens: Niſi benedicens benedicam te, & multiplicans multiplicabo te, & ſequitur. In qno abundantiùs volẽs deus oſtendere pollicitationis hæredibus immobilitatem conſilij ſui interpoſuit iuſiurandum, vt per duas res immobiles, quibus impoſsibile eſt mentiri deũ: fortiſsimum ſolatium habeamus qui confugimus ad tenẽdam propoſitam ſpem. (Abrahæ) promiſit ſcilicet (da- »
turum ſe nobis) filijs eius, videlicet per repromiſsionem, »

Ioan.3.b. vnigenitum ſuum. Ioan. 3. Sic enim deus dilexit mundũ »
vt filium ſuum vnigenitum daret, vt omnis qui credit in

Rom.8.f. ipſo, non pereat, ſed habeat vitam æternam. Et Roma. 8 Qui proprio filio non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum, quomodo non etiam cum illo oĩa nobis

Geñ.15.d donauit? Huius habetur figura Gene. 15. Semini tuo dabo terram hanc à fluuio Aegypti vſq; ad fluuiũ magnũ Euphratem. Deinde ſubiungit beneficium ſiue remediũ ſubſequens, cum dicit. (Vt ſine timore de manu inimico- »
rum noſtrorum liberati ſeruiamus illi.) Illud enim eſt re- »
medium, quod aſſecuti ſumus per CHRISTVM nobis

Ram.6.d donatum. Roma. 6. Nunc verò liberati à peccato, ſeruí autem facti deo, habetis fructum in ſanctificatione, finẽ

verò

M.E.C.D. 2017

verò vitam æternam. Sapi.16. Qui conuersus est nõ per hoc quod videbat sanabatur, sed per te omnium saluatorem. In hoc autem ostendisti inimicis tuis quia tu es qui liberas ab omni malo. Illos scilicet qui te audiunt credẽdo & obediendo. Prou.1. Qui autem me audierit, absq; terrore requiescet, & abundantia perfruetur, timore malorum sublato. Et isti sunt qui seruiunt domino. 1.Reg.7 Pręparate corda vestra domino, & seruite ei soli, & eruet vos de manu Philistiim. Sap.16.b Prou.1.d. 1.Reg.7.a

Et quia nõ oĩs modo seruiẽdi deo, est ipsi deo accepto, ideo subdit modũ, scilicet sanctè quo ad seipsum. Iustè, quo ad ꝓximũ. Sĩpliciter, quo ad deũ. Perseuerãter, quo ad oĩa prędicta. Propter sanctitatem dicit. (In sanctitate) scilicet seruiamus, ꝙ scđm quod dicit in Psal.: Ambulãs ĩ via ĩmaculata, hic mihi ministrabit. Et ideo Exo.28. Sãctificabis Aaron & filios eius, vt sacerdotio fungantur mihi. Et post: Vt ministrent in sanctuario, ne iniquitatis rei moriantur. Et 1.Pet.1. Propter quod succincti lumbos mentis vestræ, sobriĩ perfecti sperate in eam, quę offertur vobis gratiam. Et deinde: Sed secundum eum qui vocauit vos sanctum, vt & ipsi in omni conuersatione sancti sitis, quoniã scriptũ est sancti eritis, quoniã ego sãctus sũ

¶Inseruiendi modus acceptus deo quis.

Propter iustitiam quo ad proximũ, dicit: (Et iustitia) Roman.6. Sicut enim exhibuistis membra vestra seruire immundiciæ, & iniquitati, ad iniquitatem, ita nunc exhibete membra vestra seruire iustitiæ in sanctificationem. Vt sic posĩtis dicere illud Psalmi. Ego autem in iustitia apparebo conspectui tuo. Psal'o 100 Exo.28.g. 1.Pet.1.c. Rom.6.c Psal'o .16.

Propter simplicitatem dicit (Coram ipso) scilicet deo, quod fit per simplicem intentionem, sicut Ezechias .4. Regum 20. Obsecro domine, memento quęso quomodo ambulauerim coram te in veritate, & corde perfecto, & quod placitum est coram te fecerim. Sic puer Samuel ministrabat domino coram Heli. 1.Regum.2. Et.1.Paralipomenon.29. Scio deus meus, quod probes corda, & simplicitatem diligas. Et Sapientiæ.1. Et in simplicitate cordis quærite illũ, quoniã inuenitur ab his qui nõ tentãt illũ. 4 reg.20 a 1.Reg.2,c 1.Par.29 d Sapiẽ.1. a

Propter perseuerantiam subdit. (Omnibus diebus nostris.) Sicut Apostolus Actuum .20. Vos scitis à prima

M.E.C.D. 2017

die qua ingreſſus ſum in Aſiam: qualiter vobiſcum per omne tempus fuerim, ſeruiens domino, cum omni humilitate & lachrymis, & tentationibus, quæ mihi acciderunt ex inſidijs Iudęorum. Et Ioſu. 22. Adhęreatis Deo, & ſeruiatis ei in omni corde, & in omni anima veſtra.

Ioſue. 22 a

¶Et tu puer propheta altiſsimi vocaberis & cę.) Hæc eſt quarta pars cantici, in qua recolit beneficium noſtrę redemptionis ſecundum quod iam inchoatum erat in prę curſore, & hoc prophetali prędicatione, quod commendat tripliciter, ab authoritate prophetiæ. Ab vtilitate doctrinæ: & à proximitate diuinæ præſentiæ.

Commendat igitur Ioannes præconium noſtræ redemptionis inchoatiuum ab authoritate prophetiæ, cõuertens ſermonem ad puerum. (Et tu puer propheta altiſsimi.) Tu puer & ætate & puritate, 1. Corinth. 14. Fratres nolite pueri effici ſenſibus, ſed malitia paruuli eſtote, ſenſibus autem perfecti eſtote. (Vocaberis propheta.) Mat. 11. Etiam dico vobis, & pluſquam prophetam. (Et propheta altiſsimi.) Id eſt, CHRISTI, ratione diuinitatis. Pſalm. Nunquid Sion dicet homo, & homo natus eſt in ea: & ipſe fundauit eam altiſsimus? (Præibis enim ante faciem Domini.) Ratione humanitatis. Pſalm. Oſtende faciem tuam, & ſalui erimus. Et Malach. 3. Ecce ego mitto angelum meum, & prędparabit viam ante faciem meam. (Parare vias eius.) Pluraliter dicit vias, id eſt, viam cognitionis in fide, & affectionis in charitate: De prima. Iob decimoſeptimo. Caligauit ab indignatione oculus meus, & membra mea quaſi in nihilum redacta ſunt. Stupebunt iuſti ſuper hoc, & innocens contra hypocritam ſuſcitabitur, & tenebit iuſtus viam ſuam & mundus manibus addet fortitudinem. Romanor. 1. Iuſtus autem ex fide viuit. De via charitatis. Primo Corinthiorum. 12. Adhuc excellentiorem viam vobis demonſt & cæter. Viam fidei præparauit Ioannes ſecundum quod vox. Infra. 3. Vox clamantis in deſerto, parate viam domini. Viam charitatis ſecundum quod lucerna. Ioan. 5. Ille erat lucerna ardens & lucens.

1 Cor. 4 d
Mat. 11. b.
Pſalm. 86.
Pſalm. 79.
Mala. 3. a.
Iob. 17. c.
Rom. 1. c
1. Cor 1
Infrà. 3. b
Ioan. 5. f.

Commendat etiam ſecundo, ab vtilitate doctrinæ, quum dicit: (Ad dandam ſcientiam ſalutis plebi eius. Dan=)

M.E.C.D. 2017

Dandam,ſcilicet, gratis. Matth. decimo. Gratis accepiſtis,gratis date. Prouerbior.2.Dominus dat ſapientiam, & ex ore eius prudentia & ſcientia.(Dandam.)Inquam, ſcientiam,non quamcunque,ſed ſalutis.Quia ſine ſcientia non eſt ſalus.Iſaiæ quinto . Propterea captiuus ductus eſt populus meus, quia non habuit ſcientiam. Hanc debet habere omnis rector populi . Oſee quarto. Quia tu ſcientiam repuliſti ,repellam te, ne ſacerdotio fungaris mihi . Iſaiæ trigeſimotertio . Diuitiæ ſalutis, ſapientia & ſcientia.(Salutis,) inquam, non cuiuſcunq; ſed ſpiritualis . Propter quod ſubdit· (In remiſsionem peccatorum eorum.) Beda.Ne temporalem,carnalemq; promitti ſalutem putares : in remiſsionem , inquit, peccatorum eorum . Et ideo de ſaluatore dicitur. Matthei primo.Ipſe ſaluum faciet populum ſuum à peccatis eorum . Et Marci primo . Fuit Ioannes in deſerto baptizans & prædicans baptiſmum pœnitentiæ, in remiſsionem peccatorum.

Mat. 10.a. Prou.2.a. ¶ Sine ſcientia nō eſt ſalus. Iſaię 5.d. Oſee.4.b. Iſaię.33.a. Beda. Mat.1.d. Marc.1.a.

Commendat etiam Ioannis præconium à proximitate diuinæ præſentiæ,quum dicit : (Per viſcera miſericordiæ Dei noſtri.) Et hanc deſcribit tripliciter. Primo, vt viſitantem ad conſolandum affectum.Secundo, vt illuminantem ad docendum intellectum,ibi: (Illuminare his)Tertio, vt dirigentem ad rectificandum effectū, ibi: Ad dirigendos pedes.) Deſcribit ergo primo diuinā preſentiam coniunctam prophetię precurſoris,cū dicit·(Per viſcera miſericordiæ Dei noſtri , in quibus viſitauit nos oriens ex alto .) Et debet continuari ad præcedens, ſic: Præibis ad dandam ſcientiam ſalutis plebi eius, in remiſsionem peccatorum . Quæ quidem fuit per viſcera miſericordiæ Dei, quæ accelerauit diuinam præſentiam in carne ,in qua nos viſitauit .(Viſcera miſericordiæ .) Sunt nimia dilectio,& nimia compaſsio .Epheſi. ſecundo. Deus autem , qui diues eſt in miſericordia propter nimiam charitatem ſuam,qua dilexit nos, & quum eſſemus mortui peccatis,conuiuificauit nos CHRISTO , cuius gratia ſaluati eſtis.Et Iſaiæ.ſexageſimotertio.Vbi zelus tuus,& fortitudo tua,multitudo viſcerum tuorum & miſerationum tuarum ? ſuper me continuerunt ſe.

¶ Mię viſcera, Epheſ.2.a. Iſaię.63.d.

M.E.C.D. 2017

Ac postquam filius dei incarnatus est, verificatum est illud Gene.43. De Ioseph. Commota sunt viscera eius super fratre suo. Ad cuius exemplum. Colos.3. Induite vos ergo sicut electi dei, sancti & dilecti viscera misericordiæ benignitatem, humilitatem, modestiam, patiẽtiam. Per hæc viscera misericordiæ. (Visitauit nos oriens ex alto.) Malac.4. Et orietur vobis timentibus nomen meum sol iustitiæ, & sanitas in pennis eius. Et Zachar.6. Ecce vir, Oriens nomen eius: & subter eum orietur & ædificabit templum domino. (Ex alto.) Secundum illud Ioann.3. Qui de cœlo venit, super omnes est: In quo mira fuit dignatio. Psalm. Quid est homo quod memor es eius? aut filius hominis, quoniam visitas eum? Hęc enim visitatio superni solis, fuit non solum causa consolationis, verum & illuminatiõis: & propterea subdit: (Illuminare his qui in tenebris & in vmbra mortis sedent.) Et debet cõstrui visitauit illuminare, id est, ad illuminandum his qui in tenebris sedent, id est, gentibus errantibus. Isai.9. Populus qui ambulabat in tenebris vidit lucem magnam: habitantibus in regione vmbræ mortis, lux orta est eis. Et rursus. Isa.42. Dedi te in lucem gentium, vt aperires oculos cęcorum, & educeres de conclusione vinctum, de domo carceris sedentes in tenebris. Et ideo Ioann.9. In iudicium ego in hunc mundum veni, vt qui non vident, videant, & qui vident cęci fiant. Et quia per illuminationem ducimur ad directionem, ideo sequitur. (Ad dirigendos pedes nostros in viam pacis.) Prou.16. Cor hominis disponit viam suam, sed domini est dirigere gressus eius. Et Prou.3. Habe fiduciam in domino ex toto corde tuo, & ne innitaris prudentię tuæ. In omnibus vijs tuis cogita illum, & ipse diriget gressus tuos. Et Psal. Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam, vbi est regnum pacis sine labore. Sap.10. Iustum deduxit per vias rectas, & ostendit illi regnum dei. De quo regno dicitur in psal. Lauda Ierusalem dominum, quoniam confortauit seras portarum tuarum, benedixit filijs tuis in te. Quoniam posuit fines tuos pacem. Ierusalem enim interpretatur visio pacis: Ad quam ducimur per ducatum CHRISTI & per viam mandatorum, quę ducit ad pacem. Psal. Pax

Geñ.43.g
Colos.3.b
Mala.4. a
Zach.6. c
Ioan.3.d.
Psal'o. 8.
Isaię.9. a.
Ioan.9.g.
Prou 16 b
Prou.3.a.
Psal'o.142
Sapi.10.c
Psal'o.147.
Psal'o. 118

multa

M.E.C.D. 2017

multa diligentibus legem tu am. Et Isaiæ.48. Vtinam attendisses mandata mea,facta fuisset sicut flumẽ pax tua. Nota quòd dominus visitat. Isai.48.d.

Ad corrigendum delinquentes, vt legatus prouinciam Abdi.1.Auditum audiuimus à domino & legatũ ad gentes misit.Surgite, & consurgamus ad eum in prælium. Psal.Visitabo in virga iniquitates eorum. ¶Dñs variis de causis visitat plebã suam. Ab diæ vnico.a.

Ad iustificandum pœnitentes , vt medicus ægrotum. Mar.2.Nõ necesse habẽt sani medico:sed qui malè habẽt

Ad docendum ignorantes,vt magister discipulum, sicut hic:Visitauit nos illuminare & c.Et psal. Visitasti terram, & inebriasti eam. Sequitur, flumen Dei repletum est aquis. Psalo.88. Marc.2.c. Psalo.64

Ad excitandum negligentes , vt princeps populum.1. Reg.17. Fratres tuos visitabis,si rectè agant, & cum quibus ordinati sunt,disce.Et Act.16.Reuertentes visitemus fratres per vniuersas ciuitates in quibus prædicauimus verbum domini,quomodo se habeant. 1.reg.17 b Actu.16.g

Ad promouendum operantes , sicut vinitor vineam suam.Psal.Respice de cœlo,& vide, & visita vineã istam. Isai.5.Vinea enim domini exercituum domus Israel est. Psalo.79. Isaię.5.b.

Ad conseruandum obedientes,sicut pastor gregẽ.Ezechi.34.Visitabo oues meas, sicut visitat pastor gregẽ suũ, & post quod pingue,& forte custodiam &c. Ezech.34 c.

Ad fœcundandum contẽplantes, vt sponsus sponsam. Gen.21.Visitauit dominus Saram,& concepit.Et Iudith . 15. Ioachim summus pontifex de Ierusalem venit in Bethuliam cum vniuersis presbyteris suis,vt videret Iudith Quæ cum exijsset ad illum , benedixerunt eam omnes vna voce,dicentes: Tu gloria Ierusalem,& post,eò quod castitatem amaueris. Geñ.21.a. Iudith.15 c.d.

Ad adiuuandum pugnantes,vt rex exercitũ.Gen e.50 Post mortem meam Deus visitabit vos,& ascendere vos faciet de terra ista ad terram quã iurauit Abral[illegible],Isaac & Iacob. Et Luc.24. Vos autem sedete in ciuitate quoadvsq; induamini virtute ex alto. geñ.50 d Lucę.24.g

Ad consolandum patientes,vt sanus infirmum.Iob.10. Visitatio tua custodiuit spiritum meũ. Et Iob.2. Condixerant enim,vt pariter venientes,visitarent eum,vt consolaren Iob.10.b. Idem.2.d

M.E.C.D. 2017

Iacob.1.d solarentur. Et Iacob.1. Religio munda & immaculata a-
pud deum & patrem hæc est: Visitare pupillos & viduas
Eccli.7.d in tribulationibus eorum. Et Eccli.7. Non te pigeat vi-
sitare infirmum, ex his enim in dilectione firmaberis.

Ad remunerãdũ operariũ pseuerãtes sicut pater famili
Mat.20.b as Mat. 20. Voca operarios, & redde illis mercedẽ. Et Isa.
Isaię.60 d 60 Ponã visitationẽ tuã pacẽ & prępositos tuos iustitiam

¶Puer autem crescebat &c.) Postquàm descripta est præ- »
cursoris origo, & pro origine gratiarum actio, hic tertio
subditur eius educatio, in qua est diuinę laudis amplia-
tio. Describitur autem educatio quantum ad profectum
ętatis in carne, & virtutis in mente, & religiositatis in cõ
uersatione. Quantum ad profectum ætatis dicit: (Puer »
autem crescebat.) scilicet corpore, secundum quod dici- »
1.Reg.2.e tur de Samuele 1 Reg.2. Puer autem proficiebat atq; cre-
scebat, & placebat tã deo ą̃ hominibus. Inuenerat enim
Gen.49.c benedictionem, sicut dicitur de Ioseph. Genesi.49. Filius
Ibidem a accrescẽs Ioseph, filius accrescẽs & decorus aspectu. Sed
contrarium dicitur de Ruben. Effusus es sicut aqua, non
crescas, quia ascendisti cubile patris tui. Vnde sibi com-
Gen.26.c petit illud Isaac Gen.26. Isaac proficiscens atq; succrescẽs
donec magnus vehementer effectus est.

Quantum ad profectum virtutis in mente dicit. (Et »
confortabatur spiritu.) scilicet diuinæ virtutis, de quo »
Ezech.3d Ezech.3. Spiritus leuauit me, & assumpsit me: & abij ama
rus in indignatione spiritus mei: Manus enim domini
erat mecum confortans me. Vnde poterat dicere illud
Phili.4.c. Apostoli Philip.4. Omnia possum in eo qui me confor-
tat. Hic autem est spiritus sanctus, qui dat virtutem cæte
Psal'o.32. ris sanctis. Psal. Verbo domini cœli firmati sunt, & spiri-
tuoris eius omnis virtus eorum.

Quantum ad profectum religiositatis in conuersati-
one, subdit. (Et erat in desertis.) scilicet ut ibi religiosam »
ducere vitam, secundum quod de ipso cantatur in hym
In hym- no ecclesiastico: Antra deserti teneris sub annis ciuium
no eccl'o. turmas fugiens petisti, ne leui saltem maculare vitam fa
Iaco.1.d. mine posses &c. Vnde Iaco. primo. Si quis autem putat
se religiosum esse, non refrenans linguam suam, sed se du
cens cor suum, huius vana est religio. Et ideo faciebat
illud

M.E.C.D. 2017

illud propheticum in Psalmo. Ecce elongaui fugiens & manſi in ſolitudine. Expectabam deum qui ſaluum me facit à pùſillanimitate ſpiritus & tempeſtate: Præcipita dñe & diuide linguas eorũ: qm̃ vidi iniquitatẽ & cõtradictionẽ in ciuitate. Qui autem vult perfectè viuere, debet relictis vrbibus petere deſerta. primi Machabęorũ ſecundo. Deſcenderunt multi cum Mathatia quęrentes iudicium & iuſtitiam in deſertum: & ſederunt ibi ipſi & filij eius & mulieres eorum, & pecora eorum, quoniam inundauerunt ſuper eos mala. Et quia religioſitas non eſt laudabilis, niſi ſit pſeuerans ideo ſubdit. (Vſq; in diẽ oſtenſionis ſuę ad Iſrael.) Cum ſcilicet oſtendit ſe in prædicatione virtuoſa. Iuxta quod dicit Apoſtolus 1. Cori. 2 Sermo meus & prædicatio mea non in perſuaſibilibus humanę ſapientię verbis, ſed in oſtenſione ſpiritus & virtutis. Vnde prius vixit ſibi occultè per longum tempus, vt poſtmodum per ſuam oſtenſionem viueret ad ſalutẽ aliorum, ſecundum illud Iaco. 3. Quis ſapiens & diſciplinatus inter vos? Oſtendat ex bona conuerſatione operationem ſuam in manſuetudine ſapientię. In hoc eruditur omnes prædicatores, vt priùs vacent perfectioni proprię, & deinde ędificationi alienę, quia cuius vita deſpicitur, reſtat vt eius prædicatio cõtemnatur

Huius figura præceſſit in Elia 3. Re 19. Qui priùs abijt in deſertum, & peruenit ad montem dei Oreb, vbi edoctus eſt. Et poſt ſequitur, quòd vnxit reges & prophetas ad regimen populi Dei.

Pſal. 54.

1. Mac. 2. c

1. Cori. 2 a

Iacob. 3. c

¶ Prędicator prius debet habere rationẽ proprię ſalutis.

Gregorii. 3. Reg. 19. Per totũ.

M.E.C.D. 2017

CAPVT SECVNDVM.

¶Vniuersalis totius secũdi capitis partitio

ACTVM est autẽ in diebus illis &c) Terminata parte illa in qua agitur de cõceptu saluatoris i vtero, sequitur pars secunda in qua agitur de ortu saluatoris ex vtero, & hoc facit in præsenti capitulo. Habet autem hæc pars duas partes. In quarum prima determinatur natiuitatis CHRISTI veritas. In secunda determinatur nascentis humilitas. Quia enim CHRISTVS in natiuitate sua factus est ex muliere. Et factus est sub lege per humilitatẽ, ideo vtrunq; pertinet ad Euangelistam determinare. Et incipit secnnda pars ibi. Et postquàm consummati sunt dies octo &c. Prima pars habet tres partes, in quarum prima ostẽditur qualiter CHRISTI natiuitas fuit cõsummata. In secunda qualiter ab angelis annunciata, ibi: Et pastores erant in regione. In tertia qualiter per pastores manifestata & diuulgata, ibi. Et factum est vt discesserũt &c. Prima pars habet tres partes, quoniam ad natiuitatem saluatoris exprimendam oportet assignare tempus & locum & pariendi modum. Describit ergo Euangelista in prima parte tempus debitum. In secunda locũ idoneum, ibi. Ascendit autem & Ioseph à Galilæa. In tertia verò virginis partum, ibi. Factum est autem cum essent ibi. Tempus autem idoneum natiuitatis CHRISTI fuit tempus vniuersalis imperij describendi, quia (ut dicit Gregorius) ille veniebat in carne, qui electos suos ascriberet in æternitate. In hac autem descriptione vniuersalis imperij, triplex notatur excellentia: scilicet potentiæ in præcipiendo, sapientiæ in discernendo, & iustitiæ in prosequendo: quia hæc tria futura erant in CHRISTO secundum illud Iere. 23. Ecce dies veniunt, dicit dominus & suscitabo Dauid germen iustum: & regnabit rex. Ecce potentia. Et sapiens erit. Ecce sapientia. Et faciet iudicium & iustitiã in terra: Ecce iustitia, vt sit in eo omnimoda perfectio.

Infrà eodem. c.

Eodem. a

Ibidem b

Eodem a

Ibidem

Gregori.

Iere. 23. a.

Quantũ

M.E.C.D. 2017

« Quantũ ad excellentiam in prȩcipiendo, dicit. (Exiit
« edictum à Cȩsare Augusto, vt describeretur vniuersus or
« bis). Cæsar iste Augustus, proprio nomine fuit Octaui-
anus, sed à Iulio Cȩsare qui anteà imperauerat Cæsar est
cognominatus, a quo omnes imperatores Romani po-
steà Cæsares dicti sunt. Iste etiã dictus est Augustus, quia
rempublicam auxit. Et ab isto omnes alij dicuntur Au-
gustii. Et iste protulit vniuersale edictum, quia vniuersa-
le habebat dominium, non in omnes & singulas, sed in
principales vniuersi partes. Vnde imperium suum fuit
magnum, secundum illud Danie. 2. Et regnum quartum Dani. 2. f.
erit velut ferreum. Quomodo ferrum comminuit & do-
mat omnia, sic comminuet & conteret omnia hæc. Hoc
fuit Romanorum imperium quod designatum fuit per
imperium Nabuchodonosor. De quo Iere. 27. Ego dedi Iere. 27. a.
omnes terras istas in manu Nabuchodonosor regis Ba-
bylonis serui mei, & seruient ei omnes gentes. Gens aũt
& regnum quod non seruierit Nabuchodonosor visita-
bo super gentem illam dicit dominus. In his diebus, sci-
licet huius regni, erat tẽpus aduentus CHRISTI, quia
dicitur Dani, 2. In diebus autem regnorum illorum sus- Dani. 2. g
citabit deus cœli regnum, quod in æternum non diesi-
pabitur, & regnum eius alteri populo non tradetur: cõ-
minuet autem & consumet vniuersa regna hęc: & ipsum
stabit in æternũ. Istius solius plena est orbis descriptio
secundum illud Psal. Domini est terra & plenitudo eius Psal'o. 23.
orbis terrarũ & vniuersi qui habitant in eo. Et ideo dici
tur Apo. 19. Quod habet in vestimento & in femore suo Apoc. 19 c
scriptum: Rex regum & dominus dominantium. Quia
sicut dicit Eccl's. 5. Excelso excelsior est alius, & super hos Eccl's. 5. b
quoq; eminentiores sunt alij, & insuper vniuersę terræ
rex imperat seruienti.

Quantum ad excellentiam sapientiæ in discernend
« subdit (Hęc descriptio prima facta est à præside Syriæ Cy
« rino) Quia hęc fuit vt dicit Ambrosius prima descriptio
generalis, que inchoata est à Cyrino. Vel primo facta, id
est, primo inchoata, secundum Bedam, ab illo qui præsi- Beda.
debat in Syria, quę est vmbilicus terræ habitabilis. Et sic
fiebat dicta descriptio distinctè & ordinatè. Et sunt hæc
duo

M.E.C.D. 2017

duo indicia sapientiæ in principe, secundum quod dici-
3.reg.10a tur de SALOMONE. Tertii Regum decimo. Videns autem Regina Saba, omnem sapientiam SALOMONIS, & domum quam ædificauerat, & cibos mensę eius & habitacula seruorum, & ordines ministrantium, vestesque eorum, & pincernas, & holocausta quæ offerebat in domo Domini: Non habebat vltra spiritum. Hęc autem descriptio facta est, non propter vanitatem:
1. Reg. 24 Sicut illa Dauid. 1. Regum. 24. Propter quam percussus
b.p totũ. est populus, sed propter imperij vtilitatẽ, vt sciretur quãtitas tributi, & hoc est discretionis, non elationis. Eccle-
Eccli.42a siastici. 42. Vbi manus multæ sunt, claude: & quodcunq; trades, numera & appende. Datum verò & acceptum oẽ describe. Sed non est cuiuscunq; singulorũ regũ tributa
Psalo.138 describere, sed nascentis CHRISTI. Vnde. Psal. Et in libro tuo oẽs scribentur: dies formabũtur, & nemo in eis.

Quantum ad excellentiam iustitiæ in prosequendo, subditur. (Et ibant omnes vt profiterentur, singuli in suam ciuitatem.) Faciebant ergo regis imperium, & nullus occupabat alienum: & ita subiectionem habebant ad regem in professione, & pacem ad inuicem in quiete, & iustitiam in cohabitatione: secundum illud. Roma. decimotertio. Reddite omnibus debita: cui tributum tribu-
Rom.13b tum: cui vectigal, vectigal: cui timorem, timorem, cui
Mat.22.b. honorem, honorem, nemini quicquam debeatis: nisi vt inuicem diligatis. (Vt profiterentur.) Scilicet se subiectos esse Romano imperio, & hoc reddendo censum. Et illud erat iustum, secundum illud Matth. 22. Reddite quę sunt Cæsaris, Cæsari: & quæ sunt Dei, Deo. Et quia iã Iudæa facta erat tributaria, signatur, quòd tempus adue-
Gen.49.b nerat natiuitatis CHRISTI: secundum illud. Gene. 49. Non auferetur sceptrum de Iuda, & dux de femore eius: nec veniat qui mittendus est, & ipse erit expectatio gẽtiũ. (Ibãt. Etiã nullo pręstante impedimẽto quo ostendi tur, ꝙ istum imperiũ erat pacatissimũ. Et ideo tẽpus erat,
Ephe.2.c. vt veniret Christus, pacis annũciator, de quo. Ephe. 2. Ipse eñ est pax nostra, qui fecit vtraq; vnũ. Et ita iã cõple-
Mich.4:b tum erat illud. Mic. 4. Cõcident gladios suos in vomeres & hastas suas in ligones. Nõ sumet gens aduersus gentẽ gla-

M.E.C.D. 2017

gladiũ,& nõ discẽt vltra belligerare. Quia oẽs ppli ambulabũt vnusqsq; in noie dei sui: Nos aũt ambulabimus ĩ noie dei nostri in ẽternũ,& vltrà. Et hoc est ꝙd dicit Be. in glos. Pacatissimo tpe voluit nasci Christus: qa pacẽ magnopre q̃siuit,& amauit,& amatores pacis sp inuisit. Beda in glossa.

« ¶Ascendit autem & IOSEPH & cætera.)Postquam de-
scripsit tempus debitum, describit hic locum idoneum,
& hoc, quia locus ille conueniens erat prophetali vati-
cinio, conueniens erat diuino promisso, & conueniens
erat etiam imperiali edicto. Ostenditur ergo conueniẽs
« prophetali vaticinio, in hoc quod dicit: (Ascendit au-
« tem & IOSEPH à Galilęa de ciuitate Nazareth.)Quia
secundum vnam prophetiam Nazareth competebat cõ-
ceptioni. Isaiæ vndecimo. Secundum aliam literam, Isaię.11.a.
Nazarẽus de radice eius ascendet & cęt. Secundum aliã
« vero: Bethlehem natiuitati. Ideo subdit: (In Iudęam in
« ciuitatem Dauid, quæ vocatur Bethlehem.) Miche. Mich.5:a.
quinto. Et tu Bethlehem Ephrata, paruulus es in millia-
bus Iuda: ex te mihi egredietur qui sit dominator in Is-
rael:& egressus eius ab initio à diebus æternitatis. Vn-
de dicitur. Matthæi secundo. Quòd Herodi quærenti, Matt.2.a.
vbi CHRISTVS nasceretur:Responderunt Scribæ: In
Bethlehem Iudæ, sic enim scriptum est per prophetam:
Et tu Bethlehem terra Iuda, nequaquam minima es in
principibus Iuda:Ex te enim exiet dux, qui regat popu-
lum meum Israel. Et hæc fuit ciuitas Dauid, quia inde
sumpsit originem. 1. Regum decimosexto: Dixit Domi- 1.reg.16.a
nus ad Samuelem,vęni vt mittam te ad Isai Bethlehemi
tem: prouidi enim in filijs eius mihi regem. Et nota, ꝙ
alibi natus est CHRISTVS, alibi conceptus, & alibi
educatus,vt Herodem & alios impios lateret,& incarna-
tionis mysterium. Vnde Ioan.7. Nunquid à Galilęa ve-
nit CHRISTVS:Nonne scriptura dicit: quia ex semi-
Dauid,&de Bethlehẽ castello,vbi erat Dauid,venit Chri
stus? Ostenditur etiã locus ille conueniens diuino pro
« missо,cũ subdit:(Eo ꝙ esset de domo, & familia Dauid.)
Ipse scilicet & sponsa sua virgo MARIA. Vnde dicit Ber-
nard. Quòd in altero completa est promissio facta Da-
uid,altero tantum teste & cõscio. Hæc promissio facta

¶Cur Christus alibi natus, alibi cõceptus alibi educatus. Ioan.7.f.

est

M.E.C.D. 2017

2.reg.7.b. eſt Dauid.2.Reg.7. Per Nathan,Hæc dicit dominus. Requiem dabo tibi ab omnibus inimicis tuis. Prædicit tibi dominus,quòd domũ faciat tibi dominus. Cumq; completi fuerint dies tui, & dormieris cũ patribus tuis, ſuſcitabo ſemen tuum poſt te,quod egredietur de vtero tuo,& firmabo regnum eius.Ipſe ædificabit domum nomini meo,& ſtabiliam thronum regni eius vſq; in ſem-
Pſal.o.131. piternum.Et rurſus in Pſal.Iurauit dominus Dauid veritatem,& non fruſtrabitur eum. De fructu ventris tui ponam ſuper ſedem tuam.

Oſtenditur poſtremo conueniens imperiali edicto, cũ ſubditur: (Vt profiteretur cum MARIA deſponſata ſibi »
vxore,prẽgnãte:)Hoc em̃ profeſſerat ex imperiali edicto »
Et licet ante iã concepiſſet virgo regẽ cœli & terræ,tñ imperiali edicto etiã prẽgnãs voluit obedire,vt poſſet cũ fi-
Matt.3.d. lio dicere illud Mat.3. Sic enim decet nos implere omnẽ iuſtitiam.Et per hoc exemplum dare nobis,obtemperan-
1.Pet.2.c. di omni poteſtati ſuperiori,ſecundum illud 1.Pet.2.Subiecti igitur eſtote omni humanæ creaturæ, propter dominum:ſiue regi,quaſi præcellenti·ſiue ducibus,tanquã ab eo miſsis,ad vindictam malefactorum, laudem vero bonorum. In hoc autem apparet quomodo humanum imperium famulatur diuino: Præcipiente enim Cæſare vt omnes in ciuitatem ſuam irent, & obedientibus eius imperio MARIA & Ioſeph, factum eſt quod neuter intendebat,ſcilicet quòd CHRISTVS naſceretur in Bethlehem, ſecundum quód erat æternaliter diſpoſitum, & temporaliter promiſſum &vaticinatum & prophetatum Et ideo non eſt contemnendum mandatum præpoſitorum aliquo modo.

¶Factum eſt aũt:cũ eſſent ibi &c.)Deſcripſit prius Chriſti »
natiuitatẽ quantũ ad tẽpus debitũ,& locũ idoneũ. Hic
ſecio deſcribitquantũ ad partũ quẽ deſcribit quantũ ad
tria,ſcilicet quãtum ad opportunitatẽ pariẽdi, nouitatẽ
partus,& paupertatem parientis. Ex quibus oſtenditur
CHRISTI partus admirabilis,inauditus & commẽdabilis.Primo igitur oſtendit opportunitatem pariendi cũ
dicit:(Factum eſt autem cum eſſent ibi,impleti ſunt dies »
Suprà:1 f. vt parereret.) Iuxta quod dictum eſt ſupra proximo capi- »
tulo.

M.E.C.D. 2017

tulo. Elizabet impletum est tempus pariendi. Verè impletum, quia in plenitudine temporis fuit CHRISTVS conceptus & natus. Gala. 4: At vbi venit plenitudo temporis, misit deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege. Psal. Ideo cõuertetur populus meus hic, & dies pleni inuenientur in eis. Gala.4.a Psal.72.

« Insinuat etiam nouitatem partus, cum dicit: (Et peperit filiũ suum primogenitum.) Hoc vero dicit per priuationem prioris, quia enim virgo ipsum conceperat: ideo hic primogenitus eius erat. Isa. 7. Ecce virgo concipiet, & pariet filium &c. Et ideo partus nouus fuit, sicut & conceptus: quia sicut conceptus sine pudore, sic & partus sine dolore. Isaiæ. 66. Antequam parturiret, peperit: antequam veniret partus eius, peperit masculum. Quis audiuit vnquam tale? & quis vidit huic simile? Et postea Numquid ego qui alios parere facio, ipse non pariam? dicit dominus. Si ego qui generationem cæteris tribuo sterilis ero, ait dominus Deus? Talis partus decebat CHRISTVM, de quo Colossen. 1. In quo habemus redemptionem & remissionem peccatorũ, qui est imago dei inuisibilis, primogenitus oĩs creaturæ. Vnde, sicut est primogenitus patris, ita etiã primogenitus matris, sicut etiam vnigenitus patris, ita vnigenitus matris. Ioan. 1. Vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti à patre Vnde non dicit hic primogenitus ordinem respectu posterioris, sicut dicebat Eluidius hæreticus: sed priuationẽ respectu prioris: quia nullum habuit ante illũ, vt ostẽdatur, quòd ipse domino totaliter erát dedicandus. Primogenita enim omnia erant Deo offerenda. Exodi. 13. Sanctifica mihi omne primogenitum quod aperit vulua in filiis Israel, tam de hominibus quàm de iumentis: mea sunt enim omnia. ¶ Primogenitus quõsumatur in scriptura. Isaię. 7. c. Isaię. 66. c. Colos. 1. c Ioan. 1. b. Eluidius. Exo. 13. a.

Insinuat autem tertio paupertatem parientis: quia egens operimẽti, lecti, & hospitij erat. Propter defectum operimenti, dicit: (Et pannis eum inuoluit.) Non vna veste, sed multis: vt pannosus pauper posset dici. Et exẽplo monstraret illud Apostoli. 1. Timo. 6. Habentes alimenta, & quibus tegamur, his cõtenti simus. Et hoc correspondet illi prophetiæ. Zach. 3. Vbi dicitur. Et IESVS erat 1. Timo. 6 b. Zach. 3. a.

M.E.C.D. 2017

Bernard. erat indutus veſtibus ſordidis. Ber. Agnoſcas IHESVM ſacerdotẽ magnũ ſordidis indutũ veſtibus, dũ altercaretur cũ diabolo. Ad vbi exaltatũ eſt caput noſtrũ ſuper inimicos noſtros, mutauit veſtẽ, decorẽ induit amictus lumine ſicut veſtimẽto. Vtilior ſiquidẽ eſt in conflictu lorica ferrea, quàm ſtola linea, licet illa ſit oneri, iſta honori. Et in hoc reprehẽditur cultus veſtiũ prętioſarũ, propter
Mat:11.b. quod dicit Mat .11. Qui mollibus veſtiũtur in domibus
Eccl'i.11.a regũ ſunt. Et Eccl'ci.11. In veſtitu ne glorieris vnquã. Propter defectũ lectuli ſubdit. (Et reclinauit eũ in pręſepio) »
Matt.8.c. Nõ in cubili, ita vt verificaretur illud Mat.8. Vulpes foueas habẽt, & volucres cœli nidos: filius aũt hominis nõ habet, vbi caput ſuũ reclinet. In pręſepio ponitur CHRISTVS, vt oſtẽdatur illud Ioã.6. Ego ſũ panis viuus, qui
Ioan.6.e. de cœlo deſcẽdi. Et vt verificaretur illud Iſa.1. Cognouit
Iſaiæ.1.a. bos poſſeſſorẽ ſuũ, & aſinus præſepe domini ſui. Et illud
Aba.3.a. Abacuc. tertio . Cõſideraui opera tua & obſtupui in medio duorũ animaliũ cognoſceris. In hoc aũt ſecũdũ myſ
¶ Senſus myſticus tticũ intellectũ, quòd natus eſt in Bethlehẽ, intelligitur,
Iſaię.40b quòd eſt panis viuus. Bethlehẽ domus panis interpretatur. In hoc quod in piæſepio poſitus, notatur quòd eſt cibus ſimpliciũ & humiliũ, ratione carnis aſſumptę. Iſai. 40. Omnis caro fœnũ, & oĩs gloria eius quaſi flos agri. In hoc quod in medio duorũ animaliũ, ſignatur quòd ĩ hoc paſtu & pàſtore vniri debebãt pecora duplicis ouiIoan.10.c lis. Ioã.10. Alias oues habeo quę nõ ſũt ex hoc ouili, illas oportet me adducere, & vocẽ meã audiẽt, & fiet vnũ ouile & vnus paſtor. Moraliter & ad litterã, in hoc dãnauit
Amos.6b CHRISTVS lectos delicatos, contra quos Amos .6. Vę vobis qui dormitis in lectis eburneis, & laſciuitis in ſtratis veſtris. Propter defectũ habitaculi ſubdit. (Quia nõ »
Iſidorus erat ei locus in diuerſorio.) Diuerſoriũ nãq; ſecũdũ Iſido »
rũ, dicitur eò quòd diuerſi ibi cõueniãt, & ſic eſt loc⁹ pa
Beda. tens. Secũdũ Bedã verò, eò quòd diuerſa habeat orificia nã eſt platea vacua inter duos vicos, habẽs introitũ & exitũ ad vtrũq; & propter intẽperiẽ ãcris ſuperius cooperta & vbi ciues ad colloquendum conuenire poſſunt Hic peperit virgo MARIA, quia non habebant domum in qua poſſent hoſpitari, ſiue quia pauperes erãt, ſiue quia tardè

M.E.C.D. 2017

tardè venerant. Et quia arctius erat locus, vel etiam aliis repletus, non habebant locum nisi arctissimũ, inter bruta animalia. Vnde poterat CHRISTVS dicere illud Psal. Ego ad nihilum redactus sum, & nesciui, vt iumẽtũ factus sum apud te. Et ego semper tecum. Et verificatum est illud Iere. 14. Expectatio Israel saluator eius in tempore tribulationis. Quare quasi colonus futurus es in terra, & quasi viator declinans ad manendũ? Quare futurus es velut vir vagꝰ, vt fortis qui nõ potest saluare? Tu autem in nobis es dñe, & nomẽ tuum inuocatum est super nos &c. Et in hoc damnatur ædificiorum amplitudo secundum illud Isai. 5. Væ qui cõiungitis domum ad domum, & agrum agro copulatis vsq; ad terminũ loci. Augusti. Non erat illi nisi angustia in terris, vt tu ei locũ cordis tui sibi proprium dilatares. Filius hominis non habet vbi caput suum reclinet, & tu ampla palatia & ingentes porticus metiris. Sic ergo CHRISTVM paupercula mater pauperẽ peperit, vt nos ad paupertatẽ inuitaret, & sua inopia ditaret, sẽdm illud. 2. Cor. 8. Scitis gratiã dñi nostri Iesu Christi, qm̃ propter vos egenus factus est, cũ esset diues: vt illius inopia vos diuites essetis. Et secundũ hanc oĩmodã indigentiã dãnauit auarã opulentiã. Vñ Ber. Elegit filius dei pauperẽ matrẽ, quę vix pãnos habebat ad inuoluendũ. & pręsepe ad reclinandũ, locũ ad reponendũ, nõ est tale iudiciũ mundi. Aut iste fallitur, aut mũdus errat: sed diuinã falli est impossibile sapientiã: elegit ergo, q nõ fallit, q̃d carni molestius est, id ergo melius, id vtilius, id magis eligendũ. Simus ergo cũ Christo sicut dicit. 2. Cor. 6. Sicut egẽtes multos aũt locupletãtes. tanquam nihil habentes, & oĩa possidentes. Ex hoc insinuat nobis, q̃ iste erat verè saluator mũdi, qui in sui ortꝰ primordio, exẽplũ virtutis p̃buit, & viã salutis ostẽdit, habẽdo em̃ lectulũ vilẽ, & humilẽ, & pauperẽ. Iã incipiebat ostẽdere, q̃ mũdus iste contẽnendus est, secundũ tria in eo contenta. Iã incipiebat statũ perfectionis exẽplo mõstrare, q cõsistit in humilitate austeritate, & pauptate. Ostẽdit etiã in hoc dñs sũmæ dignatiõis affectũ, qa nõ tm̃ paruulꝰ, sed pauperculꝰ, & despectꝰ, p̃ nobis est fctũs. Ita ẏo posset dicere illud. Psal. Pauper sum ego, & in laboribus à iuuẽtute mea. Psal. 72. Psal. 72. Ierc. 14. b Isaiç. 5. b. Augusti. 2. Cor. 8b Bernard. 2. Cor. 6. c Psal. 87.

¶Et

M.E.C.D. 2017

¶Et paſtores erant &c.) Deſcripſit ſuperius Euangeliſta, qualiter CHRISTI natiuitas fuit conſummata. Hic ſecundo deſcribit qualiter fuit denunciata. Ad denunciationem autem natiuitatis CHRISTI perfecte faciendam tria concurrunt. Primum eſt diſpoſitio præparans ad audiendum. Secundum annunciatio inuitans ad exultandum, quod deſcribit ibi. Et dixit illis angelus. Tertium: confirmatio certificans ad credendum, & hoc deſcribit ibi: Et hoc vobis ſignum. Quantum ad primum, notandum quòd diſpoſitio præparans ad audiendum fuit paſtorum attentio, quæ ortum habuit à duplici cauſa, ſcilicet ex propriæ ſolicitudinis vigilantia, & ex angelici luminis circumfulgentia. Quãtum ad vigilantiã propriæ ſolicitudinis dicitur.

¶ Prelatorũ eſt vigilare.

Et paſtores erant in regione eadem vigilantes.) Hoc igitur ſpectat ad paſtorale officium. Vnde Iacob paſtor ouium Laban dicebat. Geñ.31. Die noctuq; æſtu vrgebar

Geñ.31.e.

& gelu fugiebatq; ſomnus ab oculis meis. Et ad maioris attentionis iuſinuationem, ſubdit. (Et cuſtodientes vigilias noctis ſuper gregem ſuum.) Nocte enim potiſſimum vigilandum eſt propter hoſtilem incurſum repellẽdum luporum ſcilicet & latronum: Per hoc autem inſinuatur ſpiritualis vigilantia, quę debet eſſe in prælatis.

1.Timo.4 a.

Vnde. 1. Timo. 4. Tu verò vigila, ĩ oĩbus labora, opus faceuangeliſtæ, miniſterĩũ tuũ imple, ſobrius eſto. Et ideo

Hebr.13.c

Hebrę. 13. Obedite præpoſitis veſtris, & ſubiacete eis. Ipſi enim peruigilant quaſi rationem pro animabus veſtris

Rom.12b

reddituri. Quia Roman. 12: Qui præeſt in ſolicitudine. Vigilare etiam debet quilibet contra hoſtem ſpiritualẽ,

Thre.2.f.

ſecundum illud Thre. 2: Cõſurge, lauda in nocte in principio vigiliarum: effunde ſicut aquam cor tuum ante cõſpectũ domini: leua ad eum manus tuas pro anima parꝰuulorum tuorum qui defecerunt fame in capite omnium cor[illegible]torum. Vigilare etiam debet in contemplatione.

Pſal.o.138.

Pſal. Et dixi, forſitan tenebræ conculcabunt me, &

Iſaiç.26.b

nox illuminatio mea in delicijs meis. Et Iſa. 26. Anima mea deſiderauit te in nocte, ſed& ſpiritu meo in prçcordijs meis de mane vigilabo ad te. Et hoc eſt quia talis hora competit diuinę inſpirationi. Talis etiam hora cõ-

uenie-

ueniebat diuinæ natiuitati, ſecundum illud ſapient.18. Sapi. 18.c
Cum quietum ſilentium contineret omnia, & nox in
ſuo curſu medium iter haberet, omnipotens ſermo tuus
domine exiliens de cœlo à regalibus ſedibus venit. Et ſi
« gnanter dicit. (Super gregem ſuum.) ſecundū illud Pro-
uer.27. Diligēter agnoſce vultum pecoris tui, tuoſq; gre- Prou.27.d
ges conſidera. Contra quod dicitur Zacha.11. O paſtor Zach.11.d
& idolum derelinquens gregem. Et Iere.13. Vbi eſt grex, Iere.13.d.
qui datus eſt tibi, pecus inclytum tuum? Quid dices cū
viſitauerit te? Tu enim docuiſti eos aduerſum te: & eru-
diſti in caput tuum.

Quantū ad circumfulgentiam angelici luminis, ſub-
« ditur. (Et ecce angelus domini ſtetit iuxta illos &c.) In
hoc quòd iuxta ſtetit, oſtendit familiaritatem & humi-
litatē miniſterij, quo angelus condeſcendit homini. Et
aſtat illi modo vt adiutor ſecundum illud Dani.12. Con Dani.12.a
ſurget Michael princeps magnus, qui ſtat pro filiis popu
li tui. Modo vt eruditor & illuminator, ſecundum illud
Supra.1. Apparuit ei Gabriel ſtans à dextris altaris incēſi Suprà.1.b
« Similimodo & hic. Vnde Ambro. Angelus MARIAM, Ambroſi.
Angelus Ioſeph, Angelus paſtores edocet. In cuius rei ſi
« gnum ſubditur. (Et claritas dei circumfulſit illos.) id eſt
fulſit circa illos. Simile dicitur de angelo qui apparuit
Petro Actu.12. Ecce angelus domini aſtitit, & lumen re- Actu.12.a
fulſit in habitaculo, ſcilicet carceris. Ideo autē angelus
hic lumen attulit, quia filius lucis fuit, & quia eum an-
« nunciare venerat qui eſt lux vera quę illuminat omnem
hominem venientem in hunc mundum. Sicut dicitur
Ioan.1. Et ideo nocte lumē attulit, vt ſignificetur imple- Ioan.1.b.
ri illud Iſai.9. Habitantibus in regione vmbrę mortis lux Iſaię.9.a.
« orta eſt eis. Ex hac autem claritate paſtores ſolicitos red
didit, propter quod ſubdit. (Et timuerūt timore magno). Suprà.1.b
Sicut & Zacharias in conſpectu angeli ſuprà.1.ca. Et Za- « Cur an
charias turbatus eſt videns, & timor irruit ſuper eum. Et gelus pa-
« nota quòd angelus magis apparuit paſtoribus, q̄ alij ge ſtoribus
neri hominum, tum quia pauperes, propter quos venie- apparue-
bat CHRISTVS. Pſal. Propter miſeriam inopum & ge rit.
mitum pauperum nunc exurgam dicit dominus. Bern. Pſal.11
Quam multa hodie auro & gemmis fulgent altaria, pu- Bernard.

M.E.C.D. 2017

tas ad hæc diuertent angeli,& pannoſos homines declinabũt? Sed magis paſtoribus ouium apparuerũt, quàm regibus terræ, & ſacerdotibus templi. Tum etiam quia
Prou.3.d ſimplices. Prou.3. Abominatio domini eſt omnis illuſor,
Mat.11.d. & cum ſimplicibus ſermocinatio eius. Et Matt.11. Abſcõdiſti hęc à ſapientibus & prudentibus, & reuelaſti ea parUulis, Tum etiam quia vigiles. Pro.8. Ego diligentes me
Prou.8.b diligo, & qui mane vigilauerint ad me, inuenient me.
Sap.6.b c Sapi.6. Sapientia prœoccupat qui ſe concupiſcunt, vt illis ſe prior oſtendat. Et ſequitur: Cogitare ergo de illa, ſenſus eſt conſummatus, & qui vigilauerit propter illam cito ſecurus erit: Siue propter myſteriũ vt inſinuetur quòd doctrina veritatis debet à prœlatis peruenire ad ſubditos Vnde gloſſa. Illi præ cæteris ſublimia videre merentur, qui fidelibus ſolicitè præſunt.

¶ Et dixit angelus &c. Hic ſecundo deſcribitur annunciatio inuitans ad exultandum. In qua prœmittitur exhortatio ad fiduciam & ad lætitiam: Et ſubditur annunciatio exprimens lætitiœ cauſam. Exhortans igitur angelus ad fiduciam dixit illis. (Nolite timere.) Non enim vene- »
rat angelus nunciare rem terribilem, ſed potius deſiderabilem, ſicut & ille qui reſurrectionem annũciauit mu-
Mar.16.b lieribus. Marc.16. Nolite expaueſcere. In quo tribuit ſperandi fiduciam. In hoc agnoſcitur differentia inter an-
¶ Diffren gelum lucis & tenebrarũ, quia bonus angelus aſſecurat
tia inter ſed malus finaliter terret. Et quod plus eſt, inuitat ad læ-
angelum titiam, propter quod addit. (Ecce enim euangelizo vo- »
lucis & te bis gaudium magnum.) Hoc optabat Raphael. Tob.5. »
nebrarũ. cum dicit: Gaudium ſemper ſit tibi. Propter hoc gauiſi
Tob.5.b. ſunt magi Matt.2. Videntes autem ſtellã gauiſi ſunt gau-
Matt.2.b. dio magno valde. Et dicitur (magnũ) ad differentiã gau- »
Iob.2[illegible] dij hypocritarũ, quod eſt momentaneũ. Iob.20. Gaudiũ
Iob.21.b. hypocritę ad inſtar puncti. Et Iob.21. Tenent tympanum & cyth[illegible]m, & gaudent ad ſonitũ organi ducunt in bonis dies ſuos, & in pũcto ad inferna deſcẽdũt. Magnũ eſt etiã, quia amplũ, quod notat cũ ſubdit. (Quod erit om- »
ni populo.) Et hoc ad diffrẽtiã gaudij mũdanorũ, quod »
Ioan.16.c nõ eſt vniuerſale. Ioã.16. Mũdus gaudebit, vos aũt cõtriſta
Infrà 13.d bimini. Cõtra quod dicitur infrà.13. Et omnis populus

gaudebat

M.E.C.D. 2017

gaudebat in vniuersis quæ gloriosè fiebãt ab eo. Et quia nemo gaudet perfectè, nisi ex causa & ratione, ideo subditur denunciatio exprimens lętitię causam cum dicitur
« (Quia natus est vobis hodie saluator.) Vobis, id est, ad vtilitatem vestram, scilicet hominũ. Isa. 9. Paruulus enim Isaię. 9. b.
natus est nobis, & filius datus est nobis. Et verè ad vtilitatem, quia saluator. Isa. 45. Verè tu es deus abscõditus, deus Israel saluator. Et Isa. 19. Clamabunt ad dominum à Isaię. 45. c. Isaię. 19. d.
facie tribulantis, & mittet eis saluatorem, & propugnatorem qui liberet eos. Et verè saluator, secundum illud Act. 4. Nec enim aliud nomen est sub cœlo datum homi Actu. 4. c.
nibus, in quo oporteat nos saluos fieri. In hoc autem insinuatur causa gaudendi pro natiuitate. Mala. 4. Et orie Mala. 4. a.
tur vobis timentibus nomen meum sol iustitiæ. Nec tãtum gaudendum ratione vtilitatis, verùm etiam dignitatis, & ideo subinfertur: (Qui est CHRISTVS domi-
« nus in ciuitate Dauid.) Et sic reparabit regnum Israelitiæ Isaię. 9. b.
cum, secundum illud Isai. 9. Super soliũ Dauid, & super regnum eius sedebit: vt confirmet illud, & corroboret in iudicio & iustitia, amodo & vsq; in sempiternũ: Et ideo rectè additur dominus: Quia. 1. Timo. 6. Ipse est rex regũ 1. Tim. 6. c.
& dñs dominãtiũ. Et Apo. 19. Habet in vestimẽto & in fe Apo. 19. c.
more suo scriptũ. Rex regũ & dñs dominãtiũ. Et ideo in ciuitate Dauid, id est, in Bethlehẽ vnde ortus fuit Dauid
« ¶Et hoc vobis signum.) Post dispositionem præparantem ad audiendam denunciationem inuitantem ad exultandum, subditur hic tertio confirmatio certificans ad credendum. Et quoniam in ore duorum testium stare debet omne verbum, ideo dupliciter confirmantur pastores, per visum, & auditum. Isti enim duo sensus potissimè nobis deseruiunt ad cognoscendum. Primo ergo certificantur per signum probabile. Deinde per testimoniũ credibile. Quantum ergo ad signi probabilis persuasi-
« onem dicitur. (Et hoc vobis signum.) Nam secundum quod dicitur. 1. Cor. 1. Iudęi signa petũt. Et hoc maximè 1. Cor. 1. d.
petebat, ppheta Dauid. Fac mecũ ĩquit signũ in bonũ vt Psal'o. 85.
videãt q oderũt me, & cõfũdãt: qm̃ tu dñe adiuuisti me. Hoc signum petendum erat Isaiæ. 7 Pete tibi signum à Isaiæ. 7. b.
domino deo tuo. Hoc etiam promittebat. Isa. vndecimo Isaię. 11. c.

M.E.C.D. 2017

Isaiç.11.c. In die illa radix Ieſſe,qui ſtat in ſignum populorum, ipſum gentes deprecabuntur.(Et hoc vobis ſignum.) Vobis inquam,pauperibus,quòd venerit pauperes liberare
Psal'o .71. ſecundum illud.Psal. Liberabit pauperem à potente, & pauperem cui non erat adiutor(Quia inuenietis infantem pānis inuolutum)Et pauperem, & mendicū. Zach.
Zach.9.b 9.Ecce rex tuus veniet tibi iuſtus, & ſaluator: Ipſe pau-
Bernard. per,& aſcendens ſuper aſinam.Bernar.In ſignum poſiti ſunt panni tui domine IESV, ſed in ſignum cui hodie
Mat.20.b à multis cõtradicitur.Multi enim ſunt vocati,pauci verò electi,& ideo nec ſignati.Erit etiam vobis humilibus ſignum quòd venerit liberare humiles, ſecundum illud
Psal'o.17. Pſal.Populum humilem ſaluum facies.In hoc quod ſubditur.(Et poſitum in præſepio.) Ecce mira humilitas,ꝙ dominus cœlorum inclinarit ſe vſq; ad præſepe animaIsaiç.53.a lium brutorum.Iſai.53.Vidimus eũ, & non erat aſpectus & deſiderauimus eum deſpectum, & nouiſsimum viro-
Psal'o .21. rum.Vnde in Pſalm.Ego autem ſum vermis, & non homo:opprobrium hominum & abiectio plebis. Et nota, quod paſtores erant pauperes, ſimplices & contemptibiles.Ideo ne timerẽt accedere, datum eſt eis in CHRISTO infantiæ ſignum,paupertatis, & humilitatis. Et in hoc ſignificatur,qualiter & à quibus inuenitur Chri
1.Cor'1.d ſtus.Vnde.1.Corin.1.Videte vocationem veſtram fratres quia non multi ſapientes ſecundum carnem, non multi potentes,non multi nobiles:ſed quæ ſtulta ſunt mun
Infrà eo- di elegit Deus &c.Et ideo infra eodem cap. Poſitus eſt
dem. hic in ruinam,& in reſurrectionem multorum in Iſrael, & in ſignum cui contra dicetur. Et hoc, quia per iſta ſi-
Psal'o. 73. gna non fuit cognitus à carnalibus,& ſuperbis. Vnde Pſalm. Dixerunt in corde ſuo cognatio eorum ſimul: Quieſcere faciamus omnes dies feſtos dei à terra:Signa noſtra non vidimus, iam non eſt propheta, & nos non cognoscet amplius.Et iterum poſuerũt ſigna ſua ſigna. Et non cognouerunt ſicut in exitu ſuper ſummum.

Quantum verò ad teſtimonij credibilis perſuaſionẽ ſubditur: (Et ſubito facta eſt cum angelo multitudo.) Facta eſt, ſcilicet ad confirmandum pariter dictum angelicum,& ad venerandum paruulum natum, ſecundum

M.E.C.D. 2017

dum illud Hebr.1.Quum iterum introducit primogenitum in orbem terræ,dicit:Et adorent eum omnes angeli dei.Et signanter dicitur(multitudo)secundu illud Hebrę.12.Accessistis ad Sion montem, & ciuitatem Dei viuentis.Ierusalem cęlestem, & multorum millium angelorum frequentiam.(Militiæ cœlestis.) Secundum illud Iob.25.Nunquid est numerus militum eius? & super quẽ non surget lumen illius?Et ideo.4.Reg.6.Nolite timere dixit Elisęus,plures enim nobiscum sunt,quàm cum illis,& hoc apparet in ortu eius, secundum illud Apocal. 19.Ecce equus albus, & qui sedebat super eum vocabatur fidelis & verax,& postea:Et exercitus qui sunt in cœlo,sequebantur eum in equis albis. Et hæc tota multitudo ad confirmationem verbi angelici prorumpit in decantationem cantici: Propter quod dicitur: (Laudantium Deum,& dicentiũ.Gloria in altissimis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis.)Iob.38.Vbi eras quum me laudarent simul astra matutina, & iubilarent omnes filij Dei?

Heb.1.b. Heb.12.f. Iob.25.a. Apoca.19 Iob.38.a.

Gloria in excelsis Deo &c)Nota quod glorificandus est Deus in incarnatione: quia vt dicit Daniel: In hoc opere demonstratur sublimis bonitas,sapientia, potentia,& iustitia Dei.Gloria ergo in excelsis Deo.Pro bonitate qua non despexit proprij plasmatis infirmitatem. Gal.1.Dedit semetipsum pro peccatis nostris, vt eriperet nos de præsenti seculo nequam,secundum voluntatem Dei & patris nostri, cui est gloria in secula seculorum. Amen.

Gal.1.a

Pro sapientia, quia inuenit difficillimi solutionem decentissimam.Rom.11.O altitudo diuitiarum sapientiæ,& scientiæ dei.Et sequitur:Ipsi honor & gloria in secula seculorum. Amen.

Rom.11.d

Pro potentia, quid enim potentius, quàm Deum fieri hominem.Rom.4.Abraham cõfortatus est fide, dans gloriam deo: plenissimè sciens, quia quæcunq; promisit deus,potens est & facere.Et Ephe.3.Ei autem qui potens est omnia facere superabundanter, quàm petimus aut intelligimus,ipsi gloria in ecclesia, & in CHRISTO IESV in omnes generationes seculi seculorũ. Amen.

Rom.4.d Ephe.3.d

M.E.C.D. 2017

Apo.5. d. Pro iuſtitia,quia ſimile ſimili re ſaluauit.Apoc.5.Sedẽ
ti in throno & agno,benedictio & honor & gloria & po
teſtas in ſęcula ſęculorũ.Et ideo cãtatur:Gloria tibi dñe,
qui natus es de virgine. Et nota ꝙ gloriã deo attribuũt,
Iſaię.42.b quia dominus ſibi illã reſeruauit.Iſaæ.42.Ego dominus
hoc eſt nomẽ meũ:gloriã meã alteri nõ dabo. Pacę verò
Ioan.14d optant nobis in terris,quia Ioã.14.ait dominus· Pacẽ re
linquo vobis,pacẽ meã do vobis. Et rectè dicit(Bonę vo »
Iſaię.57.d lũtatis)quia ſecundũ illud Iſa:57.Nõ eſt pax impijs dicit »
dominus deus. Et pręmittit gloriã dei paci noſtræ,quia
nullus pacẽ habere poteſt, qui nititur gloriam dei vſur-
Bernard. pare.Berna. Diſplicet hominibus angelica partitio,qua
deo gloria,& pax hominibus nũciatur.O ſtulti filij Adã
qui cõtemnentes pacẽ,& gloriã appetentes,& pacem per
dunt & gloriã, certè qui gloriã appetit, deo reſiſtit. Sed
Iob.9.a. dicitur Iob.9. Quis reſtitit ei,& pacẽ habuit?Acquieſce
igitur ei,& habeto pacẽ,& per hęc habebis fructus opti-
Iob.22.c. mos,ſicut dicitur Iob.22. Pacem ſcilicet pectoris, de qua
Phili.4.b dicitur.Philip.4. Pax dei que exuperat omnem ſenſum
cuſtodiat corda veſtra,& intelligentias veſtras in CHRI
Iſaię.66.d STO IESV&c.Et pacẽ ęternitatis, de qua Iſa.66. Decli-
Pſalo.147 nabo ſuper eã quaſi fluuiũ pacis. Pſal. Qui poſuit fines
tuos pacẽ,& adipe frumẽti ſatiat te.Nota etiã quòd pax
optatur hoĩbus & denũciatur, quia per CHRISTVM
Iſaię.27.b pacificatur homo cũ deo,Iſa.27.Faciet mihi pacẽ,pacẽ fa
Coloſ.1.c ciet mihi.Pacificatur cũ angelis.Coloſ.1.Pacificãs per ſã
guinẽ crucis eius,ſiue quæ in terris,ſiue quę in cœlis ſũt.
Ephe.2.c. Pacificatur cũ homine.Ephe.2.Ipſe eſt pax noſtra,qui fe
Iob.5.d. cit vtraq; vnũ.Pacificatur in ſe.Iob.5.Scies quòd pacẽ ha
Ioſue.21 d beat tabernaculum tuũ. In horum figura dicitur Ioſue.2
Dataq; eſt ab eo pax in oẽs per circuitũ nationes. Hanc
Mat.10.b apoſtolus ſemper optat,& CHRISTVS prçcipit Mat10
Intrãtes aũt ĩ domũ,ſalutate eã dicẽtes:pax huic domui.
¶Et factum eſt vt diſceſſerũt angeli&c)Poſtq; deſcripſit euã »
geliſta,qualiter CHRISTI natiuitas fuit cõſũmata, &
qualiter per angelos denũciata, hic iã tertio deſcribit q̃-
liter per paſtores fuit diuulgata, quod quidẽ factũ eſt di
ligẽtia paſtorali. Et hæc paſtorũ diligẽtia ab euãgeliſta
oſtẽditur cõmẽdabilis in tribus.Primo ſcilicet à ſolicitu
dine

M.E.C.D. 2017

dine inquisitionis. Secũdo à certitudine inuẽtionis,ibi. « Et inuenerũt MARIAM &c.)Tertio verò à gratitudine deuotionis,ibi.Et reuersi sunt. Solicitudo aũt inquisitionis in pastoribus cõmẽdatur à tribus,scilicet à vicissitudine exhortationis.à rectitudine intẽtionis,& à prõptitudine executionis. Quantum ad vicissitudinem mu« tuæ exhortationis dicitur:(Et factum est vt discesserunt « ab eis angeli in cęlũ,pastores loquebantur ad inuicem.) Scilicet se mutuo cohortãdo,secundũ illud.Heb.3. Vide te fratres neqñ sit in aliquo vestrũ cor malum incredulitatis descedẽdi à deo viuo,sed adhortamini vosmetipsos per singulos dies &c. Et hoc rectè.Quia ferrũ ferro acuitur, & homo exacuit faciem amici sui.Prouerb.27. Hebr.3.c. ¶ Simile. Prou.27 c

Quantũ vero ad rectitudinẽ intentionis,subdit secun« do(Transeamus vsq; in Bethlehem,& videamns hoc ver « bum quod factũ est.)Ideo volebant transire,vt viderent sicut Moyses.Exo.3.Vadam,& videbo visionẽ hanc ma« gnã.(Et videamus hoc verbũ quod factũ est.)Id est, rem dignã verbo , vel certè,verbũ carnẽ factum. Secundũ illud Ioã.1.Verbũ caro factũ est,& habitauit in nobis . Et « vidimus gloriã eius.(Factũ.)Inquã,nõ ab hoie,sed à deo « Vnde addit:(Quod fecit dñs.)Id est,tota trinitas.Isa.64. Cum feceris mirabilia,nõ sustinebimus:descendisti, & à facie tua mõtes defluxerũt:A sęculo nõ audierũt,neq; auribus perceperũt,oculus nõ vidit,deus absq; te,quę ppa« rasti exp ectãtibus te,Nec tantũ fecit,sed.(Et ostendit no « bis.)Hoc orabat Dauid,dicẽs. Ostende nobis dñe mĩam tuã,& c,Et dñs ,pmittit:Ostendam illi salutare meum. Exod.3.a Ioan.1.b. Isaię.64.a Psal'o.84. Psal'o.90:

Quantũ aũt ad prõptitudinẽ executionis,subiũgitur. « (Et venerũt festinãtes)Et hoc est q̃d dicit.Pro.9.Da sapiẽ ti occasionẽ,& addet ei sapiẽtia. Doce iustũ & festinabit accipere. Festinãtia signũ erat prõptitudinis interioris , qua diuino cõspectui volebãt psentari.Pro.22.Vidisti vi[illegible]Volenti velocẽ in ope suo:coram regibꝰ stabit.Vñ dicebãt intrase illud.Heb.4.Festinemus ergo ingredi in illã r[illegible]iẽ&c.Nota q̃ volẽti spũaliter Christũ inuenire hęc tria sũt necessaria,s,colloqui p meditationẽ scripturarũ.Eccl.9.Cũ sapiẽtibꝰ & prudẽtibꝰ tracta,&ois enarratio tua sit in p̃ceptis altissimi. Transire per contẽplationem creaturarũ.Cã.3. Prou.9.b Prou.21d Hebr. 4.c Christũ inuenire tria sũt necessaria Eccl'i.9.d Cant.3 a.

M.E.C.D. 2017

Cant. 3.a Surgã & circuibo ciuitatẽ, p vicos & plateas quęrã quẽ diligit aĩa mea. Seqt· Paululũ cũ ptrãsissẽ eos, ĩueni quẽ
Eccli.24c diligit aĩa mea. Trãsite ad me oẽs q cõcupiscitis me, à generationibus meis adĩplemini. Festinare p gratiarũ actiõnẽ. Cã. 2. Surge amica mea, speciosa mea. Et post· Ostẽde mihi faciẽ tuã, sonet vox tua i auribus meis: vox enĩm
Cant. 5.b tua dulcis, & facies tua decora. Et Cã. 5. Pessulũ ostĩj mei
Suprà. 1 d aperui dilecto meo &c. Et ideo suprà. 1. cap. de Maria dicit, quòd abijt in montana cum festinatione.

¶ Et ĩuenerũt Mariã &c.) Hic secũdo cõmẽdat pastorũ diligẽtia à certitudine ĩuẽtionis, cuius laus ex tribus colligit, scilicet qa fuit certitudinalit cõprobata, celeriter diuulgata, & memorit cõseruata. Prĩo qdẽ fuit certitudinalit cõprobata, qa p ꝓbabilia signa & euidẽtia, ꝓpter ꝙd dicit. (Et ĩueuerũt Mariã & Ioseph, & infãtẽ positũ ĩ prę-
sepio.) Ideo inuenerũt, qa solicitè quęsiuerũt, & absq; fi-
Sapiẽ. 1. a ctione. Vñ dicit Sap. 1. Sẽtite de dño in bonitate, & ĩ simplicitate cordis quęrite illũ, qm̃ inuenit ab his q nõ tẽtãt illũ. Et nota qꝑ inuenit cũ Maria virgine, & Ioseph viro

¶ Quæ habere debeat qui velit Christũ ĩuuenire

ĩusto, & in ꝓsepio, qa eũ q vult Christũ ĩuenire oportet habere mũditiã cordis respectu sui: iustitiã respectu ꝓximi: humilitatẽ & reuerẽtiã respectu dei. Et ista sũt tria munera quę offerũt reges Christo infãti, & ideo ab eis voluit ĩueniri. Mat. 2. Et intrãtes domũ inuenerũt puerũ cũ Maria
Matt. 2. b matre eius, & ꝓcidẽtes adorauerũt eũ, & aptis thesauris suis obtulerũt ei munera, aurũ, thus, & myrrham. In hoc etiã ĩstruimur, si volumus Christũ inuenire, priùs ad Ma-
Suprà. 1d riã debemus accedere, de ipsa enĩm dicit suprà. Inueniśti gratiã apud deũ. Ipsa ergo inuenit gratiã & misericordiã
Ester. 2. c. corã Assuero sup oẽs mulieres: sicut dicit Ester. 2. Et ideo accedamꝰ cũ fiducia ad thronũ gratię, vt mĩam cõsequamur, & gratiã inueneamꝰ in auxilio opportuno· & quia hoc signũ datũ est ab angelo, ideo subdit. (Vidẽtes autẽ cognouerũt de ꝟbo quod dictũ erat illis de puero hoc.) scilicet qd esset verũ. Vñ iã poterãt dicere illud Sama-
Ioan. 4. f. ritanorũ ipsi angelo. Iã nõ ꝓpt loquelã tuã credimꝰ, ipsi enĩm audiuimꝰ, & scimꝰ, qa hic est verè saluator mũdi. Verè cognouerũt, qa de ouibꝰ erãt illius pastoris, q dicit Ioã.
Ioan. 10 c 10. Cognosco meas & cognoscũt me meę. Hoc desidera-

bat Iob

M.E.C.D. 2017

bat Iob.23.Quis mihi tribuat vt cognoſcã & inueniã illũ & veniam vſq; ad ſolium eius? Iob.23.a.

Nõ ſolũ fuit certitudinaliť cõprobata,ſed & celeriť diuulgata,,pptereà ſubdiť.(Et oẽs q audierãt mirati ſũt)ſcilicet de ꝑuulo nato.Et.(De his quę dicta erãt à paſtoribꝰ ad ipſos.)Quę ſcilicet audierãt ab angelo.Vñ de viro iuſto diciť.Eccľi.11.Et mirati ſũt ĩ illo multi,& honorificauerũt deũ.Videbãť em ỿba paſtorũ nõ cõtẽnẽda,ſed admirãda. Ambro. Nec cõtẽnẽda putes quaſi vilia ỿba ,ppharũ,à paſtoribus etiã Maria fidẽ colligit.A paſtoribꝰ populꝰ ad dei reuerẽtiã cõgregať, plebẽ em dñs ſimplicẽ reqſiuit,quæ phalerare audita & fucare neſciret. Hæc ille. Mirati ſũt etiã,qa ꝑuulus nõ videbať eis cõtẽptibilis,ſed admirabilis.Vñ Iſai.9.Paruulꝰ em natus eſt nobis.& filius datus eſt nobis, & factus eſt prĩcipatꝰ ſup humerũ eiꝰ & vocabiť nomẽ eius admirabilie &c. Vbiq; em admirabilis Chriſtus apparet, nõ ſolũ naſcẽs,ſicut hic,ſed & ,pficiẽs.Infrà eodẽ.Et ſtupebãt ſup prudẽtia & reſpõſis eiꝰ.Admirabilis etiã docẽs:Infrà.4. Mrabãť in ỿbis gratię,quæ ,pcedebãt de ore ipſius.Admirabilis tacens.Mar.15.Ieſus aũt amplius nihil reſpõdit,ita vt mirareť Pilatꝰ.Admirabilis in actiõe.inf.8.Quiſputas hic eſt,qa & vẽtis & mari imperat,& obediũt ei.Admirabilis in paſsione.Mar.15 Pilatus aũt mirabať ſi iã obiſſet &c.Admirabilis ĩ reſurrectiõe.infrà vlt.Petrus vidẽs lĩteamina ſola poſita abiit ſecũ mirãs q̃d factũ fuerat. Admirabilis in aſcẽſiõe.Pſal. Dñe dñs noſter q̃ admirabile eſt nomẽ tuũ ĩ vniuerſa terra . Q ̃m eleuata eſt magnificẽtia tua ſup cœlos: Admirabilis ĩ extremo examine.Sap.8. Acutus inueniar in iudicio,& in conſpectu potentium admirabilis ero.

Fuit tertio memoriť cõſeruata, vñ ſubdiť. Maria autẽ cõſeruabat oĩa ỿba hęc cõferẽs ĩ corde ſuo. Tanq̃ prudẽs & diſcreta,ſcdm illud ,puer;.Mĩa & veritas te nõ deſerãt Circũda eas gutturi tuo,& deſcribe in tabulis cordis tui Et Eccľ.50. Qui ponit illa in corde ſuo ſapiens erit ſẽp. Vñ diciť Eccľ.21.de fatuo.Cor fatui quaſi vas cõfractũ,& oẽm ſapiẽtiã nõ tenebit. Vñ virgo fuit arca cõtinẽs diuinorũ eloqorum arcana. Et ideo ꝑ arcã Moyſi deſignatur de qua diciť Heb.9.quod cõtinebat tabulas legis diuinę

Prou.3.a

Eccľ.50.d

Eccľ.21.c.

Hebr.9.a

Et quia

M.E.C.D. 2017

Et quia nõ ſolũ cõſeruabat,ſed etiã intelligebat,ideo ad dit:(Conferẽs ea in corde ſuo.)Ita vt poſſet dicere illud. »

Pſalo. 118 Pſalm.In corde meo abſcondi eloquia tua.

¶Et reuerſi ſunt paſtores & c.)Hic cõmendatur diligẽtia »

¶Qualis debeat eſſe qui deuotio deo acceptа. paſtorũ à gratitudine deuotiõis . Ad hoc aũt ꝙ deuotio deo ſit accepta,neceſſe eſt ꝙ ſimiliter reſonẽt & cõcordẽt manus,mẽs,& lingua.Manus operãdo,lingua laudãdo mens rectificãdo.Laudabilis ergo erat paſtorũ deuotio propter debitã operationẽ,,ꝓpter quod dicit: (Et reuerſi » ſunt poſtores)Scilicet ad cuſtodiã gregis cõmiſsi.In quo » eruditũtur deuoti,vt poſt contẽplationem ſaluatoris re-

Ezec, 1.c. uertãtur ad exercitiũ actiõis.Ezec.1.Aĩalia ibãt & reuer-

Infrà.8.f. tebãtur in ſimilitudinẽ fulguris coruſcãtis,& infr.8. Re-

di in domũ tuã,& narra quãta fecit tibi deus.Huius figu-

Ioſue.2.d ra habet.Ioſu.2.Reuerſi ſunt,& deſcẽderũt exploratores de mõte,& trãmiſſo Iordane,venerũt ad Ioſue.In quo ſi gnatur quod tempore tentationis reuertendum eſt ad orationem , &poſtmodum redeundũ eſt ad actionem.

Laudabilis etiã fuit ,ꝓpter debitã gratiarũ actionẽ, ra-

Eccl.43:d tione cuius ſubdit:(Glorificãtes & laudãtes deũ.)Eccl.43 » Glorificãtes dñm quantũcunq; potueritis, ſuperualebit adhuc,& admirabilis magnificẽtia eius.Bñdicẽtes dñm, exaltate illũ quantũ poteſtis,maior eñ eſt oĩ laude.Con-

Rom.1.c trariũ dicit de ſapiẽtibus mũdanis.Ro.1.Qui cũ cognouiſſent deũ,nõ ſicut deũ glorificauerũt, aut gratias egerũt,ſed euanuerũt in cogitatiõibus ſuis, & obſcuratũ eſt inſipiẽs cor eorũ &c.Et ideo qui nõ vult excęcari,neceſ-

Coloſ.3.c ſe habet deo de bñficijs ſuis regratiari.Idco dicit. Col.3. Oẽ quodcũq; facitis in verbo aut in opere,omnia in nomine dñi noſtri IESV CHRISTI gratias agẽtes deo.

Fuit etiã laudabilis propter debitã recognitionẽ,ratiõe cuius ſubiũgitur:(In oĩbus quę audierãt & viderãt, ſicut »

Pſalo.47. dictũ eſt ad illos.)Vñ poterãt dicere illud.Pſal.Sicut au- »

diuim[illegible]ic vidimus in ciuitate dei noſtri. Tũc verifica-

Pſalo .131. tum eſt iſtud Pſal.Ecce audiuimus eã in Ephrata,inueni-

mus eã in cãpis ſyluę.Et nota quod dicit (In oĩbus quæ » audierãt & viderant.)In quo oſtenditur plenitudo grati »

Ephe.5.d tudinis.Ephe.5.Impleamini ſpũ ſancto , loquẽtes vobiſmetipſis in Pſalmis,hymnis,&cãticis ſpãalibus,cãtantes & pſal-

M.E.C.D. 2017

& pſallentes in cordibus veſtris dño: gratias agẽtes ſem-
per pro omnibus in nomine domini noſtri IESV CHRI
« STI deo & patri. Et nota ordinẽ, quo dicit: (In oĩbus quę
« audierant &c.) Quia Iſa. 7. Secundum aliam literam: Ni Iſaię. 7.
ſi credideritis, non intelligetis, ſed. Rom. 10. Fides ex au
ditu. Intelligentia autẽ ex viſu. Infrà. 10. Beati oculi qui Rom 10c
vident quæ vos videtis. Iob. vlt. Auditu auris audiui te, Infrà 10 d
nunc autem oculus meus videt te. Iob. vlt. a

« ¶Et poſtq̃ conſummati & cæt.) Supra deſcripſit euange
liſta veritatem natiuitatis CHRISTI, per quam oſten-
ditur qualiter CHRISTVS factus eſt de muliere, hic ſe-
cundo deſcribitur humilitas CHRISTI naſcentis, per
quam declaratur, qualiter factus eſt ſub lege: quoniam
autem legis præcepta ſunt in triplici differentia, quædã
ſunt ſacramentalia, quædã cæremonialia, & quædã mo-
ralia. Ideo hęc pars habet tres. In quarũ prima oſtẽditur
qualiter CHRISTVS factus eſt ſub lege ſacramenta-
li in circunciſione. In ſecunda vero, qualiter factus eſt
« ſub lege cęremoniali in ſui oblatione, ibi: (Et poſtquam
« impleti ſunt & cæ). In tertia, qualiter factus eſt ſub lege
« morali in dei honoratione, ibi. (Puer autẽ creſcebat &c.)

Quantum ad primum notandum, quòd omnis qui
ſe humiliat, exaltabitur, ideo præmittitur humiliatio ſe-
« cundum legis præceptum, quum dicitur. (Et poſtquam
« conſummati ſunt dies octo: vt circũcideretur puer, & c.)
Ità enim erat præceptum. Geneſ. 17. Infans octo dierum Geñ. 17. b
circuncidetur in vobis. Et rectè dicuntur dies iſti con-
ſummati, propter perfectionem humilitatis & inchoatio
nẽ noſtrę ſalutis. Eccl. 18. Cum cõſummauerit homo ſcili Eccl. 18. a.
cet octo dies, tunc incipiet nos, ſcilicet liberare Iam em
octaua die incipiebat pronobis ſanguinẽ ſuũ fundere.
Bern. Audiuimus cõgruam lectionẽ de verbo abbreuia mard.
to, abbreuiatũ eſt in carne, amplius abbreuiabitur carnis
ſuſcepta circunciſione, quẽ nemo poteſt argu de pec-
cato. Ipſe enim peccati remediũ ſuſtinet humile pariter
& auſterum. Voluit autem dominus circuncidi, tum
propter legis approbationem, & impletionem, de qua
dicit Matthæi. 5. Non veni legem ſoluere, ſed adimplere, Matt. 5. b,
tum etiã propter humanitatis, ac humilitatis oſtenſionẽ Pſal'o, 16
Pſalm.

M.E.C.D. 2017

Psal.16. Bernard. Psal. Propter verba labiorũ tuorũ ego custodiui vias dũras, alia litera, vias latronis. Bernard. Qui sine peccato est, nõ dedignatur peccator reputari, imo latronis caute rio est signatus. Tum etiam propter spiritualis circunIere. 4.a: cisionis introductionem. Iere. 4. Circuncidimini Domino, & auferte præputia cordium vestrorum, viri Iuda. Tum etiam propter conformitatis, & concordiæ comHebr.2. d mendationem. Hebr. 2. Debuit per omnia fratribus simiBernard. lari. Bernard. Amator communitatis, & commendator IESVS, quomodo illam desereret.

Deinde additur clarificatio propter nomen imposi» tum, cum subditur: (Vocatum est nomen eius IESVS.) » Id est, saluator: vt scilicet ipso nomine scias, quòd non accepit circunciſionem propter necessitatem sui curaIobi.13.c. tionis: sed propter dispensationem nostræ salutis. Iob. 13. Ipse erit saluator meus: Hoc autem est nomen dignum Phili.2.b. omni veneratione. Philip. 2. Humiliauit semetipsum, & cęt. Propter quod & Deus exaltauit illum: & donauit illi nomen quod est super omne nomen, vt in nomine Iesu omne genu flectatur. Hoc autem nomen competit ipsi CHRISTO verè & propriè. Verè secundũ illud. Mat:Mat. 1.d. thæi. 1. Vocabis nomen eius IESVM, ipse enim salvum faciet populum suum à peccatis eorum. Propriè, seActu.4.c. cundum illud. Actu. 4. Non est in aliquo alio salus. Nec enim aliud nomen est sub cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri.

Postremo subditur impositi nominis approbatio per » prœconium angelicum, cum subditur: (Quod vocatum » Isaiç.62. a est ab angelo priusquam in vtero conciperetur.) Isai. 62. » Vocabitur tibi nomen nouum, quod os domini nomiEccl's. nabit, & Ecclesiast. 6. Qui futurus est, iam vocatum est nomen eius: & scitur, quòd homo sit. Et hoc quidem faSuprà.1.d ctum est nunc. Supra. 1. Vocabis nomen eius IESVM. Hoc verò nomen diuinum & angelicum, quod desideCant.1. d rat sponsa in canticis. Cãt. 1. Oleũ effusum nomen tuum Bernard. Ber. Aridus est oĩs cibus aĩæ, si nõ isto oleo infundatur. Insipidus est, si nõ hoc sale condiatur. Si scribas non sapit mihi nisi legero ibi IESVM. Si disputes, aut cõferas, » non sapit, nisi sonuerit ibi IESVS, IESVS mel in ore

in alta

In aure melos,in corde iubilus.Et ideo. Isaiç.26.dicitur: Nomen tuum,& memoriale tuum,in desiderio aniimæ. Isaiç.26.b

Spiritualiter,nota q̃ per octo dies ītelligūtur octo ętates,quarū sex sunt in decursu mundi secundū sex distinctiones notabiles,septima in quiete aliarum, quæ currit simul cū sexta,& nō habet vesperā,octaua in resurrectiōe in qua fit circūcisio ab omni culpa & miseria.Et ideo circuncisio fiebat in octauo die ad illius circūcisionis designationē. ¶ Interpretatio spūalis.

Secundum tropologiā aūt,& allegoriā simul intelligitur per septē dies virtus spiritus septiformis, & octauus est perseuerantia finalis,quę nunq̃ deficit. Prima ergo pertinet ad lucē fidei, quia prima die facta est lux Pro.4.Iustorū semita quasi lux splendens,procedit,& crescit vsq; ad perfectā diē. Secūda vero ad firmitatē spei in qua factū fuit firmamentū. Heb.6. Fortissimū solatiū habeamus,qui confugimus ad tenendā propositā spem quā sicut anchorā habemus aīę tutā ac firmā,&c. Tertia ad viriditatē charitatis,qñ terra germinat.Pro.11. Iusti quasi virēs foliū germinabūt.Greg. Non habet aliquid viriditatis ramus boni operis,nisi māserit in radice charitatis. ¶ Tropologia & allegoria. Prou.4.c. Heb.6.d.

Quarta ad luminosam discretionē prudētię,quæ viget in virili ętate.Eccl'.12.Memēto creatoris tui in diebus iuuētutis tuę,anteq̃ veniat tēpus afflictiōis tuę,&appropinquēt anni,de qbus dicas,nō mihi placēt.Et Philip.2. Lucetis sicut luminaria in mundo.Quinta ad fortitudinem potētię,quę probat in aquis tribulationis.Psal.Saluū me fac deus,qm̃ intrauerūt aquę vsq; ad aīam meam. Psal.Misit de summo, & accepit me, & assumpsit me de aquis multis.Sexta ad rectitudinē iustitię, propter seueritatē respectu bestialiū motuū, & pietatē respectu hoīm Iob.5. Scias q; pacem habeat tabernaculum tuū, & visitans speciē tuā nō peccabis.Septima ad sctificationētēperatię.Exo.19. Vade ad ppl'm,& sctifica illos hodie & cras lauētq; vestimenta sua.Et Exo.20.Memēto,vt diē sabbathi sanctifices.Octaua ad consummationē finalis perseuerantię. Leui.23.Erūt ferię tabernaculorū septē diebus. Octauus dies erit celeberrimus atq; sanctissimus.Quia erit de trāsitu huius vitę ad gloriā supernā.Vñ etiā.Psal. Dñe ne in furore tuo arguas me,intitulat psal.,p octaua

Psal'o.68. Psal'o.17. Iob.5.d. Exo.19.b Exo.20.b Leui.23.f. Psal'o.6.

¶ Ft

M.E.C.D. 2017

¶Et postq̃ impleti sunt &c.)Hic ostẽdit euãgelista quali »
ter Christus factus sit sub lege cęremoniali, & habet hęc
pars tres partes. In prima prę̃mittitur Christi humiliatio
secundũ legis pręceptũ. In secũda verò subdit Christi cla
rificatio per veritatis testimoniũ, ibi:)Et ecce homo erat »
in Ierusalẽ &c.)In tertia cõsummatio p̃dictorũ, ibi: Et cũ »
pfeciſſent oĩa & c. Circa primũ, scilicet Christi humilia-
tionẽ, quatuor sunt cõsiderãda, quæ tãgit euãgelista, de-
scribit cm̃ Christi oblationem quantum ad tẽpus statu-
tum, quantũ ad locum designatum, quantum ad man-
datum scriptum, & quantum ad pretium oblatum.

Primo igitur quantũ ad tempus statutũ, dicitur: (Et »
postq̃ impleti sunt dies purgationis eius secundũ legem »
Leui.12.a Moysi.)Id est quadraginta dierũ. Leui.12. Mulier si susce- »
pto semine pepererit masculum, immunda erit septẽ die-
bus &c. Ipsa vero triginta tribus diebus manebit in san-
guine purificationis suę. In hoc aũt q̃d dicit: Si susceptо
semine pepererit, ostenditur q̃ beata virgo nõ fuit illi le-
Bernard. gi necessitate subiecta, sed humilitate obędiẽs. Bern. Pu-
tas dicturus Moyses mulierẽ, quæ peperisset masculum,
immũdã esse, nõ timuerit super matrẽ dei blasphemię cri
mẽ ĩducere? Et idcirco prę̃misit, susceptо semine. Et post
: Verè o beata virgo, nõ habes causã, nec tibi opus est pu-
rificatione: sed nunquid filio tuo opus erat circunciſio-
Ester.15.c ne? Vñ potest dici, quod dixit Assuerus. Ester.15. Non pro
pter te, sed pro omnibus hæc lex constituta est.

Secundo quantũ ad locũ designatum, subditur, (Tule »
runt illum in Ierusalem, vt sisterẽt eum dño.) Is em̃ erat »
2.para.6.a locus electus ad diuinũ cultũ. 2. Para. 6. Elegi Ierusalẽ vt
sit nomen meũ in ea Et in hoc loco partus debebat deo
Deut.16.c prę̃sentari. Deu.16. Tribus vicibus per annũ apparebit oẽ
masculinũ tuũ in cõspectu dñi dei tui, ĩ loco quẽ elegerit

Tertio quantũ ad mandatũ scriptũ, subditur: (Sicut scri »
ptũ est in lege dñi: qa oẽ masculinũ adaperiẽs vuluã san »
Exo.13.a. ctũ dño vocabit.) Ex.13. Sctifica mihi oẽ primogenitum
q̃ aperit vuluã in filijs Israel, tã de hoĩbus, q̃ de iumẽtis,
&c. Sed secundũ illud, nõ videt cõuenire virgini Marię,
quę est porta clausa ante partũ, post partũ, & in partu. Et
ideo potest dici, sicut suprà dictũ est de lege purificatiõis

vel cer

M.E.C.D. 2017

vel certè adaptio vuluę,intelligit quãtũ ad fœcũdationẽ nõ quantũ ad clauſtri aptionẽ.Geñ.29.Apuit dñs vuluã Liçſorore ſterili pmanẽte.Et.1.Re.1.Exprobrabat æmula Annę,ꝙ concluſiſſet dñs vuluam eius, quia ſterilis erat. Geñ.29.d 1.reg.1:b.

" Quarto quantũ ad pretiũ oblatũ,additur:(Et vt darẽt
" hoſtiã,ſecundũ quod dictũ eſt in lege dñi,par turturum aut duos pullos columbarũ.)Hęc eñ erat oblatio pauperũ.Leu.12.Quòd ſi nõ inuenerit manus eius,nec poterit offerre agnum,ſumet duos turtures, vel duos pullos columbarũ,vnũ in holocauſtũ,& alterũ pro pctõ, orabitq; pro eo ſacerdos,&ſic mũdabitur.Ecce mira paupertas in parẽtibus CHRISTI,qui agnũ nõ habebãt.Et nota ꝙ ſub diſiunctiõe ponit vtrãq; oblationẽ,vt oſtendatur vtraq; dño cõuenire.Per columbã igit intelligitur vita actiua, ſed per turrurẽ ſoliuagũ,contẽplatiua,quarũ vtraq; reddit hoĩem deo acceptabilem,ſicut dicit Bed.Et nota tres oblatiões circa hoſtiã noſtrã,quę eſt dñs Ieſus.Prima eſt oblatio ipſius à parẽtibus,quę inuitat ad humilitatẽ. Secũda eſt oblatio auiũ pro ipſo,quę nos inuitat ad paupertatẽ.Tertia eſt oblatio in cruce pro oĩbus, quę nos inuitat ad pietatẽ.De primis duabus habet hic.De tertia.Iſa. 53.Oblatus eſt,quia ipſe voluit,& nõ aperuit os ſuu & c. Leui.12.d Beda. Ter Chriſtꝰ oblatꝰ legitur. Iſaię. 53.b

Spũaliter aũt notanda ſunt tria,ſcilicet, Myſteriũ purgationisMarię,Sacramentũ delatiõis dñicę,Significãtia oblatiõis factę.Quantũ ad primũ nota ꝙ Maria quę interprętatur ſtella maris,vel amarũ mare,deſignat animã ſiue ſit in lumine vitę contẽplatiuę, ſiue in amaritudine vitę actiuę,& vtriq; neceſſaria eſt purgatio.Aĩæ nãq; cõtemplatiuę neceſſe eſt purgari à ſupbia, q̃d quidẽ fit per timorẽ.Iob.41.Cũ ſublatus fuerit,ſcilicet Behemoth, timebũt angeli,& territi purgabũtur.Animę actiuę neceſſaria eſt purgatio à negligẽtia, quę fit per rigorem & laborem.Eccl.7.De negligentia tua purga te cum paucis. Iob.41.c. Eccl.7.d.

Quantum ad ſacramentum delationis dñic notandum,ꝙ legimus puerum IESVM delatum in Ieruſalem legimus etiã delatum in Aegyptum Mat.2. In quo aperitur nobis, quòd proles mentis noſtræ, quæ eſt intelligẽtia, modo eleuanda eſt ad contemplationem æternorum, quæ per Ieruſalem deſignatur, Ieruſalem enim Matt.2.c.

interꝰ

M.E.C.D. 2017

interpretatur visio pacis, modo deprimenda est ad consi derationem defectuum nostrorum, qui per Aegyptum designantur. Aegyptus enim interpretatur tenebrę. Et hoc
Psal. 17. est quod dicit in psalm: Quoniam tu illuminas lucernam meam
Iob. 42. a. dñe, deus meus illumina tenebras meas. Et Iob. 42 Auditu auris audiui te, nũc autem oculus meus videt te &c.

Quantũ ad significantiã oblationis. Nota q̃ oblatio indeterminatè intelligitur de turture & columba, vtraq; enim auis gemitũ habet pro cãtu: sed gemitus turturis cõpetit contẽplatiuis. Et hic geminatur, vnde dicitur, par turturũ. Primus gemitus est amoris. Ro. 8. Nos ipsi primitias spũs habentes, & ipsi intra nos gemimus adoptionem filiorũ dei, expectantes redemptionẽ corporis nostri. Secundus est deuotionis. Ro. 8. Nam quid oremus sicut oportet, nescimus sed ipse spũs postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Cant. 2. Vox turturis audita est in terra nostra. Gemitus aũt columbę cõpetit actiuis & hic etiã est duplex. Vnus pro peccatis propriis. Psalm. Afflictus & humiliatus sum nimis, rugiebam à gemitu cordis mei. Isa. 59. Rugiemus quasi vrsi oẽs, & quasi colũbæ meditãtes gememus. Secundus gemitus est pro peccatis alienis. Thre. 1. Oẽs portę eius destructę sacerdotes eius gementes, virgines eius squalidę, & ipsa oppressa amaritudine. Naũ. 2. Miles captiuus abductus est. & ancillę eius minabantur, gemẽtes vt colũbę, murmurantes in cordibus suis. In hac ergo purgatione, delatione, & oblatione significatur, q̃ qui purgatus est à superbia, & negligentia, dispositus est, vt ascendat ad contẽplationem dei, & descendat ad considerationẽ sui, & sursum ascendens, gemat ex amore & deuotiõe, & deorsum rediens, gemat ex contritione & compassione, & in his consistit perfectio animæ sanctæ, & deo deuotæ.

¶Gemitus turturis cõtẽplatiuis adscribitur.
Rom. 8. d
Ibidem. 8
Cant. 2. c.
¶Colũbę gemitus actiuis cõuenit.
Psal. 37.
Isaię. 59. c
Thre. 1. b
Naũ. . b.

¶Et ecce homo erat in Ierusalem.) Postquã decrispta est Christi humilitas, secundum legis pręceptũ: hic secũdo describitur eius clarificatio per veritatis testimoniũ. Et q̃m testimoniũ ad hoc quod sit firmũ, debet pcedere ex ore plurũ, ideo introducit testimoniũ duorũ sexuũ, scilicet virilis & muliebris, vtrũq; tñ authenticũ, quia vtrũq; propheticũ, & vtrũq; fide dignũ, propter merita sctitatis

Et pro

Et præmittitur teſtimonium viri tanquam dignioris, & ſubditur teſtimonium mulieris tanquam inferioris, & hoc ibi.(Et erat Anna prophetiſſa.)Circa Simeonis teſtimonium tria introducuntur:Primum teſtificantis meritum ſolidans ad credendum, ſecundum eſt teſtificantis prçconium eleuans ad admirandum.Et hoc ibi. (Et benedixit dominum,& ait·)Tertium eſt prçconij temperamentum inclinans ad compatiendum, ibi : (Et benedixit illis Simeon.)

Quantum ad primum nota, quod perfectio meriti Simeonis in duobus explicatur,ſcilicet in habitu virtutis,& ſpiritu veritatis ibi.(Et reſpõſum acceperat).Et hęc duo reddunt hominem in ſanctitate perfectum. Habitus autem, ſeu vſus virtutis conſiſtit in tribus perfectè, ſcilicet in fama,vita,& gratia. Primum eſt ab extra. Secundum ab intra.Tertium à ſupra . Quantum ad famã dicitur:(Et ecce,homo erat in Ieruſalem, cui nomen Simeon:)Quæ ſcilicet ciuitas erat regalis & ſacerdotalis, vbi potiſsimè vigebat cultus Dei , ſecundum obſeruantiam legis,vnde ſancta dicitur . Ex quo datur intelligi, quòd magnæ honeſtatis erat homo , qui in tali ciuitate habebat famam.Et hoc deſignat euangeliſta ipſum nomen eius explicando , vnde ſibi poteſt competere illud Eccl'ci.15.In medio eccleſiæ aperuit os eius , & adimplebit illum dominus ſpiritu ſapientiæ . Et poſt ſubditur: Et nomine æterno hæreditabit illum. Vnde rectè iſte deſignatur per Simonem filium Oniæ,de quo . Eccl'ci.50 . Simon Onię filius , ſacerdos magnus. Et poſt ſubditur quibuſdam interpoſitis.Circa illum corona fratrum, & quaſi plantatio Cedri in monte Libano.

¶ Habitus virtutis ex tribus cõſurgit.

Eccl'.15.&

Eccl'50.ab

Quantum ad vitam ſubditur : (Et homo iſte iuſtus.) Vbi oſtenditur perfectè ordinatus in vita , quantum ad eligenda.Iuſtitia namq; eſt rectitudo voluntatis,quę facit hominem per rectam viam incedere , propter quod dicitur.Sapien.10.Iuſtum deduxit dominus p[illegible]vias rectas,& oſtendit illi regnum Dei & cæ.Et hic maximè iuuat recta intentio.Prou.11. Iuſtitia ſimplicis diriget viã eius.Et iterum,Simplicitas iuſtorum diriget eos.Et quãtum ad fugienda.Ideo ſequitur:(Et timoratus.) Timor

¶ Iuſtitia.

Sapi.10.c

Prou,11.a

M.E.C.D. 2017

¶Timor: enim expellit peccatum. Prou.15. Per timorem domini
Prou,15 d declinat omnis à malo. Iob.1. Vir erat in terra Hus no-
Iob .1.a. mine Iob,& erat vir ille ſimplex & rectus ac timens deũ
& recedens à malo. Et quantũ ad expectanda. vnde ad-
dit.(Expectans conſolationem Iſrael.)ſecundum illud »
Geñ.49.c Geñ.49,Salutare tuum expectabo domine. Et Iudith.8.
Iudit.8.c. Expectemus humiles conſolationem eius. Vnde ſibi ma
Haba.2.a xime dicebat ſpiritus ſanctus illud Haba.2. Si moram fe
cerit expecta eum,quia veniens veniet & non tardabit.
Quantum ad gratiam ſubditur. (Et ſpiritus ſanctus »
erat in eo,)ſcilicet per gratiam & charitatem,ſecundũ il- »
Rom.5. a lud Ro.5. Charitas dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per
1.Ioã.4.c. ſpiritum ſanctum qui datus eſt nobis. Et.1.Ioan.4. Qui
manet in charitate in deo manet. Vnde de ipſo poterat
Actu.6.b. dici illud quod dicitur de Stephano Actuũ.6. quòd erat
1Cor.16 d plenus fide & ſpiritu ſancto. De quo 1.Corint.16. Gratia
domini noſtri IHESV CHRISTI vobiſcum.
¶Et reſponſum acceperat.)Hic ſecundo commendatur à »
ſpiritu veritatis vt inducente ad expectãdum ex diuino
reſponſo:quantum ad hoc dicit.(Et reſponſum accepe- »
Iſaię.30 d rat à ſpiritu ſanct o.)ſcilicet per reuelationem. Iſai.30. Ad »
vocem clamoris tui ſtatim vt audierit, reſpondebit tibi.
Reſponſum acceperat conſolatorium, ſecundum illud
Zacha.1 c Zacha.1. Reſpondit dominus angelo qui loquebatur in
me verba bona,verba cõſolatoria. Et propterea ſubditur
Non viſurum ſe mortem niſi prius videret Chriſtum do »
Iob.19.d. mini.)Vnde poterat dicere cum Iob.19. In carne mea vi- »
debo deum. Ita quòd determinatio in carne reſpiciat vi-
dentem & viſum. Et etiam cum propheta poterat canta-
Pſal'o.117. re. Non moriar ſed viuam. Poterat etiam dicere cũ apo-
1.Cor.2.c. ſtolo.1. Corint.2. Nos ſpiritum huius mundi non acce-
pimus,ſed ſpiritum qui ex deo eſt: vt ſciamus quæ à deo
donata ſunt nobis.
Secundo commendatur à ſpiritu veritatis vt deducẽ-
te ad occurrendum in templo,quantũ ad illud dicitur.
(Et venit in ſpiritu in templum.)Venit itaq; tãquam ſpi- »
Rom. 8.c ritu ſancto ductore. Rom.8. Quicunq; ſpiritu dei agun
tur,hi ſunt filij dei. Venit itaq; ad obſequendum & vene
Pſal'o .5, randum dominũ,vt poſſet dicere illud Pſal. Introibo in
domum

M.E.C.D. 2017

domum tuã:adorabo ad templum ſanctum tuũ in timo re tuo. Et itẽrũ:Introibimus in tabernaculum eius,ado rabimus in loco vbi ſteterunt pedes eius. Pſal'o .131.

Poſtremo cõmendatur à ſpiritu veritatis,vt perducen
« te ad cõprehẽdendum cũ gaudio.Et hoc cũ dicitur : (Et
« cum inducerent puerũ IESVM parentes eius.) Scilicet
in templum,ſecundũ illud. Mala.3. Statim veniet ad tẽ= Mala.3.a.
plum ſuũ dominator quẽ vos quęritis & cę.Inducerent,
« inquam.(Vt facerent ſecundum conſuetudinẽ legis pro
« eo.)Quia ſicut dicitur.Phili.2. In ſimtlitudinem homi= Phili.2.b.
« num factus eſt,& habitu inuentus,vt homo. (Et ipſe ac=
« cepit eũ in vlnas ſuas.)Ecce deuotio ſenis ad comprehẽ=
dendum paruulum ,qua CHRISTO expoſuit ſe totũ,
vt poſſet dicere illud ſponſę.Can.1.Faſciculus myrrhę di Cant.1.d
lectus meus mihi,inter vbera mea cõmorabitur. Volebat
enim implere illud.Cã.8.Pone me, vt ſignaculum ſuper Cant.8.b
cor tuũ,vt ſignaculũ ſup brachiũ tuũ.Imo ſuper duo bra
chia tua,vt oſtendat q̃ fortiter cõprehendẽdus eſt.Cã.3. Cant.3.b
Inueni quẽ diligit aĩa mea,tenui eũ:nec dimittã.Oſten=
dit etiã q̃ vtraq; manu , & tota virtute noſtra debemus
dño famulari.Sicut illi qui vna manu pugnabãt, & alia
faciebãt opus.Neh.4.Non ſicut illi,qui imponunt one= Nehe.4.c
ra grauia & importabilia : digito autem ſuo nolunt ea
mouere.Matth.23. Matt.23.a.

« ¶Et benedixit deum,& dixit:)Poſt ſanctitatis meritum,
ſubditur hic veritatis præconium eleuans ad admiran=
dum. Vnde in admiratione concluditur,cum dicitur.Et
erant mirãtes prę magnitudine ſcilicet præconĳ. Huius
aũt pręconĳ excellentia colligitur ex tribus , ſcilicet ex
pręambula benedictione,ex deuota CHRISTI laude
« & magnitudine,ibi: (Nunc dimittis.)In cantico Simeo
« nis.Et ex parentum admiratiõe, ibi.(Et erant pater eius
« & mater.)Præmittitur ergo dicta benedictio,cũ dicitur:
« (Et benedixit deum.)Id eſt, benedicendo ,gr[illegible]s egit,
ita vt diceret cum Pſalm : Benedic anima mea domino Pſal'o.102
& omnia quæ intra me ſunt noĩ ſancto eius.2.Mach.10. 2Mac.10.g
In hymnis & cõfeſsionibus benedicebant dñm, qui ma
gna fecit in Iſrael. Et Eccl'ci.32.Benedicito dñm qui fecit Eccl'i.32.c
te,& inebriantem te ab omnibus bonis ſuis.

M.E.C.D. 2017

Nũc dimittis &c.)Hic ſubditur deuota Chriſti magnifi » »
catio facta à Simeone impleto ſpũ ſancto. Et primo in
hoc cantico pręmittitur ſpiritualis cõſolatio ſenis. Secũ»
do ſubditur ſublimis cõmendatio infantis, ibi: Quia vi»
derũt oculi mei. Oſtendit igitur Simeõ ſenex ſe conſola»
tum in pręſentia Chriſti ex ratione triplici. Propter di» »
gnationẽ maieſtatis propter quam dicit: (Nunc dimittis »
ſeruum tuum dñe.) Quia dominus venerat ad ſeruũ. 2.
2.reg.24d Reg. 24. Quid cauſę eſt, vt veniat dñs rex ad ſeruũ ſuum?
Pſal'o. 143 Pſal. Quid eſt homo quia innotuiſti ei, aut filius homi»
nis quia reputas eũ? Propter impletionem veritatis, pro
pter quam dicit. (Secundum verbũ tuũ,) Verbum ſcilicet »
Iſaię.55.c. promiſſum. Iſa. 55. Verbum meũ quod egredietur de ore
Pſal'o .114 meo, non reuertetur ad me vacuũ. Et ideo illud. Pſalm.
dicere poterat: Bonitatẽ feciſti cũ ſeruo tuo domine, ſe»
cundum verbum tuũ. Propter adeptionẽ trãquillitatis
propter quã dicit: (In pace.) Iam enim adueniente illo, »
Ioan.16 d qui dicit: In me pacem habebitis. Ioan. 16. Iuſtus dicebat
ſe in pace mori. Iam pro vera conſolatione poterat dice
Geñ.46 d re illud quod dixit Iacob ad Ioſeph. Geñe. 46. Iam lætus
moriar, quia vidi faciem tuã, & ſuperſtitem te relinquo.
Tobi.3.a. Et hoc petebat Tobias. Tob. 3. Et nunc Dñe ſecundum
volũtatẽ tuã fac mecũ, & pręcipe in pace recipi ſpiritũ me
um. Hoc iam pręſtiterat ipſi Simeoni, ſicut promiſerat.
Pſal'o. 4. Vnde poterat dicere illud Pſalm. In pace in idipſum dor
miam & requieſcam. Quia nihil aliud expectabat.

Quia viderunt oculi mei & cę.) Hic ſecundo additur »
CHRISTI magnificatio ſecundum triplicem excellen»
tiam, pietatis, ſapientiæ, & maieſtatis. Ex pietate, & clæ»
mentia venit ſalus. Ex ſapientia, fulget lux. Ex maieſta»
te gloria & laus. Salus ſcilicet omnibus populis. Lux gẽ
tibus: Gloria Iſraelitis. Quantum ad ſalutem clæmen»
tiæ, dicitur: (Quia viderunt oculi mei ſalutare tnum.) »
Iob.33. d. Vnde p[illegible]erat dici Simeoni illud. Iob. 8. Videbis faciem
Baruc.3 d eius in iubilo. Et Baruch. 3. Poſt hæc in terris viſus eſt, &
cum hominibus conuerſatus eſt. Hæc autem ſalus non
erat particularis, ſed vniuerſalis. Et ideo ſubdit: (Quod »
paraſti ante faciem omnium populorum.) Secundum »
Iſaię.52.c. illud Iſaiæ quinquageſimoſecũdo. Videbunt omnes fi»
nes

nes terræ ſalutare dei noſtri. Iam verificatum videbant illud. Pſal. Notum fecit dominus ſalutare ſuum in conſpectu gentium. Sequitur: Viderunt omnes fines terrę ſalutare dei noſtri. Iſai. 49. Parũ eſt, vt ſis mihi ſeruus ad ſuſcitandas tribus Iacob, & feces Iſrael conuertendas. Dedi te in lucẽ gentiũ, vt ſis ſalus mea vſq; ad extremũ terrę. Pſal'o. 97. Iſaię. 49 b

Et quantum ad lucem ſapientiæ, propter quod addit:
« (Lumen ad reuelationem gentium:) Iſa. 9. Habitantibus in regione vmbrę mortis, lux orta eſt eis. Et hoc lumen gentibus reuelauit gloriã dei. Iſa. 40. Reuelabitur gloria dñi, & videbit oĩs caro pariter quod os dñi loquutũ eſt. Dañ. 2. Ipſe reuelat profunda, & abſcondita: & nouit in tenebris conſtituta, & lux cum eo eſt. Iſaię. 9. a. Iſaię. 40 a Dani. 2. d.

« Quantum ad ſublimitatem glorię, ſubditur: (Et glo-
« riã plebis tuæ Iſrael.) Quia de Iſrael natus eſt ſecundum carnem. Iſa. 4. Erit germen dñi in magnificentia & gloria, & fructus terrę ſublimis, & exultatio his qui ſaluati fuerunt de Iſrael. Et tunc impletũ eſt illud quod dicitur. Eſter. 8. Iudęis noua lux oriri viſa eſt gaudiũ & honor, & tripudiũ. Magnificatur ergo CHRISTVS ſub ratiõe ſalutis omnium, lucis gentiũ, & gloriæ Iudęorum. Primũ clęmentiam, ſecundũ ſapientiã, tertium verò potentiam manifeſtat ſub ratione pacis, ex conſolatione ſenis. Vnde laudatur in hoc cantico vt pax, vt ſalus, vt lux, vt gloria. Pax eſt quia mediator. Salus, quia redemptor. Lux, quia doctor. Gloria, quia pręmiator. Et in his quatuor conſiſtit perfecta CHRISTI commendatio & magnificentia. Imo totius euangelicæ hiſtoriæ quædam breuiſsima comprehenſio, quantum ad incarnationem in pace: prædicationem in luce: redemptionem in ſalute, reſurrectionem in gloria. Et quia canticum illud ſic continet laudis CHRISTI plenitudinem, & ſenis mortis conſolationem. Ideo ſub ſero diei cantatur in completorio. Vnde iſta tria cantica ſunt ordinata MARIAE Zachariæ & Simeonis in eccleſia decantanda. Primum veſperi, ſecundũ manè, tertium ſero: quia ſequens incipit vbi terminatur præcedens. Significatur etiam in hoc, quòd de incarnatione omnis ſtatus debet laudare Deum, ſcilicet virginum, coniugatorum, & viduarum. Iſaię. 4. a. Eſter. 8. d

M.E.C.D. 2017

Contemplatiuorum,prælatorum,actiuorum, laici, cle-
rici,& religioſi,qui etiam domino debent eſſe cõſecrati.

Et erant pater eius & mater & c.) Hic tertio ſubditur ex hoc conſurgens parentum admiratio,cum ſubditur. (Et erant pater eius & mater mirantes ſuper his quæ di-cebantur de illo.)Scilicet ſuper quatuor prędictis.Nam CHRISTVS admirabilis eſt, ſecundum quod media-
Eſter.15.d tor. Eſther. 15. Valde mirabilis es domine , & facies tua plena eſt gratiarum . Admirabilis etiam ſecundũ quod
Pſal'o. 67. ſaluator in clementia,propter quod in Pſal.dicitur:Mi-rabilis Deus in ſanctis ſuis . Quoniam gratia & miſeri-cordia in ſanctos eius,& reſpectus in electos illius.Sap.
Sapi.4 .c. 4.Admirabilis ſecũdum quod doctor in ſapientia: Pſal.
Pſal'o .138 Mirabilis facta eſt ſcientia tua &c.Admirabilis ſecundũ
Pſal'o .92. quod triumphator,in potentia,ſecundum illud pſalm.
Exo.15.b. Mirabilis in altis dominus.Et Exo. 15. Quis ſimilis tui in fortibus domine? quis ſimilis tui? magnificus in ſan-ctitate, terribilis atq; laudabilis, faciens mirabilia. Et ideo nõ eſt mirum,ſi pater putatiuus,& mater vera mi-rabantur ſuper his quæ dicebantur.

¶Et benedixit illis Simeon & c.)Poſt teſtificantis meri-tum,& teſtificationis pręconium,ſubiungitur,hic tertio pręconiũ temperamentum,humilians ad compatiendũ,
Pſal'o.74. vnde in compaſsione terminatur,Pſal. Etenim calix in manu domini vini meri plenus miſto . Ideo poſt Chri-ſti dignitatem ſubiungit infirmitatem . In hoc autem temperamento, primo præmittitur prophetice benedi-ctionis ſolatium. Deinde additur dominicæ paſsionis myſterium . Tertio ſubiungitur maternæ compaſsio-nis martyrium.

Quantum ad ſolatium benedictionis prophetice prę-mittitur:(Et benedixit illis Simeon.) Id eſt, benedictos prædicauit: MARIAM, quia concepit & Ioſeph , quia
Pſal'o .113. educauit. Vnde poterat eis dicere illud Dauidicum: Be-
1.reg.2.d. nedicti vos à domino,qui fecit cœlum & terram. Bene-
¶Cur Si-meõ parẽ dicuntur enim parentes in filio & pro filio , ſecundum
tibꝰ Ieſu illud,1.Reg.2.Benedixit Heli Elcanæ ,& vxori eius,ſcili-
benedixe cet, proSamuele optimo puero. Nota q̃ prędmittitur hic
rit. benedictio tum ad conſolationem,tum ad confortatio-

nem,

M.E.C.D. 2017

nem,tum etiam ad commendationem.Ne paſsio prędi-
cenda turbet,ne terreat,ne credatur culpa proximorum
parentum eſſe in cauſa.Vel ideo benedixit, vt ſignaret,
quòd in illo impletæ ſunt benedictiones patrum. Geñ.
12.Benedicam benedicentibus tibi.Vel ideo, vt inſinuet Geneſ.12.
per paſsionem CHRISTI,nos ab omni maledicto li-
beratos.Gal.3.CHRISTVS nos redemit de maledicto Gala.3.b.
legis,factus pro nobis maledictum.

Quantum ad myſterium dominicæ paſsionis, addi-
" tur:(Et dixit ad MARIAM matrem eius: Ecce poſitus
" eſt hic in ruinam,& in reſurrectionem multorum in Iſ-
" rael.)Et hoc diuino iudicio.Ioan.9. In iudicium ego in Ioan.9.g
hunc mundum veni,vt qui non vident, videant: & qui
vident cæci fiant.Et Iſa.8.Erit vobis dominus in ſancti- Iſaiç.8.c.
ficationem.In lapidem autem offenſionis,& petrã ſcan-
dali duabus domibus Iſrael, & in laqueum, & in ruinã
habitantibus Ieruſalem.Et ideo dicitur poſitus,ſcilicet,
diuino iudicio.1.Pet.2.Vobis igitur honor credentibus 1.Pet.2.b.
non credentibus autem, lapis quem reprobauerunt ędi
ficantes,hic factus eſt lapis offenſionis, & ſcandali, his
qui offendunt verbo.Et hoc pro culpa ipſorum.2. Cor.2 2.Cor.2.d
Simile dicitur de apoſtolis:CHRISTI bonus odor ſu-
mus Deo,alijs quidem odor mortis in mortem, alijs au-
tem odor vitæ in viram. Et ratio huius eſt contradictio
" erroris, propter quod additur .(Et in ſignum cui con-
" tradicetur.)Thre.3.Tetendit arcum ſuum, & poſuit me Thre.3.b
quaſi ſignum ad ſagittam. Hoc dicitur propter contra-
dicentes. Heb.12.Recogitate eum qui talem ſuſtinuit à Heb.12.a.
peccatoribus aduerſum ſemetipſum contradictionem.
Et iſta contradictio fuit occaſio ruinæ, & cauſa in mul-
tis.Iſa.41.Peribunt viri qui contradicunt tibi. Et ideo Iſaiç.41.c.
dicitur.Eccleſiaſtici.4. Non contradicas verbo veritatis Eccl.4.d.
vllo modo.

Quantum ad martyrium maternæ compaſſionis, di-
" citur:(Et tuam ipſius animam pertranſibit gladius.) Id
eſt tui ipſius gladius compaſsionis. Vnde ipſi competit
illud.Pſal. Ferrum pertranſijt animam eius. Dolores Pſalo.104
quos pariens effugit tempore paſsionis ſuſtinuit. Vnde
Bern.Dum perforatur lancea ille tuus IESVS, omniũ Bernard.

M.E.C.D. 2017

quidem,ſed ſpecialiter tuam ipſius animam mundã gla-
dius pertranſiuit,quia iam ille expirauerat,vnde te plus
Hierony. quàm martyrem prædicamus.Et Hierony.Quia mente
paſſa eſt,plusquàm martyr fuit.Vnde quia ipſa veraciter
diligebat ex affectu intimo vehementer compatiebatur
Alij verò qui corde non diligebant exultabant.Et ideo
additur.(Vt reuelentur ex multis cordibus cogitatiões) 39
Vt eſt hic conſecutum,quia hoc conſecutum eſt ad paſsi
onem CHRISTI,quia videlicet Iudæorum carnalium
Oſeę.7.a. & hypocritarum,fuit cordis iniquitas reuelata.Oſeæ.7.
Cũ ſanare vellem Iſrael, reuelata eſt iniquitas Ephraim
Mat.10. c & malitia Samariæ.Quia ſicut dicitur Matth.10.Nihil
eſt opertum quod non reueletur,& occultum quod non
1. Cor.4 a ſciatur.Hoc autem maximè erit in iudicio.1.Corinth.4.
Nolite ante tẽpus iudicare,quoadusq; veniat dominus,
Nota. qui & illuminabit abſcondita tenebrarum,& manifeſta
¶ Exme- bit conſilia cordium &c.Nota ſpiritualiter quòd ex con
ditatiõe ſideratione paſsionis CHRISTI,debet triplex gladius
paſsionis ſpiritualis animã pertranſire.Primus gladius eſt diſcreti
dñicę, tri onis rectę fidei,Ephe.6.Et gladium ſpiritus quod eſt ver
plex gla- bum dei.Secundus gladius eſt diſcretionis ſeueri iudicij
dius aĩm Apocalyp.1. De ore eius gladius vtraq; parte acutus exi-
noſtram bat.Tertius eſt gladius diuiſiõis humani deſiderij.Mat.
penetrari 10.Non veni pacem mittere ſed gladium. Pertranſit aũt
debet. animas primus gladius per veram fidem.Hebrę.4.Viuus
Ephe.6.c. eſt ſermo dei & efficax & penetrabilior omni gladio an-
Apoc.1.c. cipiti, & pertingens vſq; ad diuiſionem animæ ac ſpiri-
Mat.10.d tus,compagum quoq; ac medullarum &c.Secundus per
Heb.4. c. rigorem pœnitentiæ.Pſal.Gladij ancipites in manibus
Pſal.10.149 eorum.Tertius per ardorem beneuolentiæ. Cant.3.En
Cant.3.c. lectulum Salomonis.Et poſt. Omnes tenentes gladios,
¶ Gladius Alius eſt gladius ſpiritualis etiam triplex, ſed peſsimus,
malus. Primus eſt gladius rancoris.1.Reg.31. Arripuit Saul gla-
1.reg.31.b dium ſuũ.& irruit ſuper eum. Secũdus detractionis.Pſalm
Pſal.56. 56.Filij hominũ,dẽtes eorũ arma & ſagittæ:& lingua eo-
rũ gladius acutus.Tertius hæreſis,qui eſt diuiſio a b vni
Prou.5 a. tate fidei. Pro.5. Sub metaphora meretricis. Nouiſsima
illius amara quaſi abſynthiũ, & lingua eius acuta quaſi
Pſal.63. gladius biceps.Et Pſal.Gladiũ euaginauerũt peccatores

Sequitur

M.E.C.D. 2017

Sequitur, vt trucidẽt rectos corde. Primus gladius ſpũalis eſt emẽdus. Luc. 22. Qui nõ habet, vẽdat tunicã ſuã, & emat gladiũ. Alius verò eſt in vaginã remittẽdus. Mat. 26 Cõuerte gladiũ tuũ in locũ ſuũ, & ratio huius eſt, quia primus occidit vitã carnalẽ, ſecũdus verò vitã ſpũalem. Lucę. 22, d Mat. 26, e.

« ¶ Et erat Anna prophetiſſa & cæ.) Poſt teſtimoniũ ſexus virilis, ſequitur hic teſtimoniũ ſexus muliebris, decebat em̃ Chriſti aduentũ teſtimoniũ habere ab oĩ genere perſonarũ, vt inexcuſabiles ſint qui nõ credũt euangelio. Vñ Chriſtus habuit teſtimoniũ angelicũ & humanũ, & iterũ quantũ ad ſimplices, & quantũ ad perfectos, & iterũ perfectorum in vtroq; ſexu, vt oſtendatur q̃ vterq; ſexus ad redemptionem ſpectabat, ſicut vterq; ceciderat. Vnde vt nihil deſit ad firmitatẽ teſtimonij. Chriſtus natꝰ habuit teſtimonium ſeptiforme, ſcilicet à natura cęleſti, videlicet ſtellã. Mat. 2. Vidimus ſtellã eius in oriente. A ſuperçeleſti ſcilicet angelica: Supr. eodẽ. Facta eſt cũ angelo multitudo cęleſtis exercitus &c. A natura ſubcęleſti ſcilicet virili ſimplici, vt erãt paſtores, Supr. eodẽ. Et reuerſi ſunt paſtores &c. A virili ſapiẽte, ſicut Mat. 2. Ecce magi ab oriẽte venerũt &c. Senili in ſexu maſculino, ſicut erat Simeõ Supra. eodẽ. Et hic venit in ſpũ in tẽplũ. Senili in ſexu feĩeo vt hic. Et erat Anna ꝓphetiſſa &c. Infãtuli, qui nõ loquẽdo, ſed moriẽdo cõfeſsi ſũt. Mat. 2. Mittẽs, occidit oẽs pueros &c. Et tũc impletũ eſt illud. Pſa. Ex ore ĩfantiũ & lactãtiũ pfeciſti laudẽ: & ſic oĩs natura: oĩs ſexꝰ, oĩs ætas Chriſto naſcenti teſtimoniũ perhibuit, quia ipſe debebat reparare oĩa. Vnde & pueris in templo clamantibus, & Phariſęis reclamantibus dictũ eſt. Infra. 19. Si hi tacuerint lapides clamabũt. Ad huius aũt teſtimonij fidẽ aſtruendã tria inducũtur. Primũ eſt prophetãtis authoritas. Secundum eſt teſtificantis ſanctitas, ibi. Et vixerat cũ viro ſuo &c. Tertiũ eſt teſtimonij celebritas, ibi, Et hęc ipſa hora ſuperueniens & c. Authoritas autem prophetantis colligitur ex duobus ſcilicet, ex munere prophet[illegible], & origine naturali. Ratione muneris prophetalis, dicitur: (Et « erat Anna prophetiſſa.) Anna interpretatur gratia, in quo oſtenditur quòd rectè decebat hanc mulierem prophetare, quæ erat habitaculum gratiæ. Prouerbior. 11.

¶ Christꝰ natus teſtimoniũ habuit ſeptiforme Matt. 2. a. Suprà eodem. b. Suprà eodem. c. Mat. 2. a. Suprà eodem. d. Suprà eodem. e: Matt. 2. c. Pſal'o .8. Infrà. 19. f

¶ Annein ſpretatio Prou. 11. b

Mulier

M.E.C.D. 2017

Mulier gratioſa inueniet gloriam, vnde ipſa poterat dici
1.Cor.15b cere illud.1.Corin.15.Gratia dei ſum id quod ſum. Ideo
Sapi.7.d. non eſt mirum,ſi Anna erat prophetiſſa, quia Sapien.7.
Dicitur de ſapiẽtia, quòd in animas ſanctas ſe transfert
& amicos dei,& prophetas conſtituit. Ratione vero ori
ginis naturalis additur. (Filia Phanuel de tribu Aſer.) »
Et ſic erat de genere Iſrael, de cuius genere erant reges,
ſacerdotes,& prophetæ,& CHRISTVS dominus. Ro.
Rom.9.a 9.Dicitur de Iſraelitis. Quorum adoptio eſt filiorum,&
gloria,& teſtamentum,& legiſlatio, & obſequiũ, & pro-
miſſa,quorũ patres ex quibus eſt CHRISTVS,ſecundũ
carnẽ & cæ.Et ſpecialiter erat de tribu Aſer. Cui data eſt
Deut.33.d benedictio in filijs.Deut.33. Benedictus in filijs Aſer, ſit
placens fratribus ſuis.Sicut dies iuuentutis tuæ,ita & ſe
nectus tua.Et hoc ſpecialiſsimè dicitur de filia Phanuel
qui interpretatur facies domini. In quo oſtẽditur quòd
erat de genere illorum ad quos dicitur, quærite faciem
eius ſemper.Nihil ergo deerat ratione originis ex parte
dignitatis parentum neq; ratione antiquitatis dierum,
quæ facit ad dignitatem, & authoritatem quantum ad
Prou.16d populum.Prouerb.16. Corona dignitatis ſenectus,quæ
in vijs iuſtitiæ reperietur.Et ideo ſubditur:(Et hæc præ- »
Iob.16.c. ceſſerat in diebus multis.)Iob.29.In nidulo meo moriar »
& ſicut palma multiplicabo dies.

Et vixerat cum viro ſuo & c.)Hic ſecundo deſcribitur »
teſtificantis ſanctitas quantum ad perfectionẽ vitę acti-
uæ,Et cantemplatiuæ. Quãtum ad vitam actiuam,quæ
conſiſtit in regimine domus propriæ,dicitur: (Et vixe- »
rat cum viro ſuo annis ſeptem à virginitate ſua.) Et ſic »
fuit virgo antequã cognoſceretur à marito. Et hæc erat
vidua vſq; ad annos octogintaquatuor.Et ita habuit cõ
tinentiam virginalem,vidualem, & coniugalem pro lo-
co & tempore. Vnde laudabilis fuit in cuſtodia corporis
Iudit.15.d propter quod ei competebat illud.Iudith.15.Feciſti viri-
liter, & confortatum eſt cor tuum, eò quòd caſtitatem
amaueris,& poſt virum tuum, alterum neſcieris.Et ideo
1.Tim.5 a vidua honoranda,ſecundum illud.1. Timoth.5. Viduas
Ibidem b honora,quæ verè viduæ ſunt.Et iterum: Vidua eligatur,
non minus ſexaginta annorum, quæ fuerit vnius viri
vxor,

M.E.C.D. 2017

vxor,in operibus bonis teſtimonium habens: Talis fuit Anna, in qua apparet quod habebat perfectionem vi tæ actiuæ.

Quantum ad perfectionem vitæ contemplatiuæ, di« citur. (Quæ non diſcedebat de templo.) Tota viuebat in contemplatione deuotè.Gloſſa.Exemplum datur vi= Gloſſa. duis quæ ſunt in eccleſia, vt dicant cum Pſalm. Hæc re= Pſal.131. quies mea in ſeculum ſeculi.Contra illas viduas de qui= bus dicit Apoſtolus.1.Timo.5. Quòd otioſę diſcunt cir 1.Tim.5b cuire domos:& non ſolum otioſæ, ſed & verboſæ,& cu= rioſæ,loquentes quæ non oportet. Vacabat etiam offi= « cioſè,vnde & additur:(Ieiunijs & obſecrationibus ſerui= « ens.)Sicut illa bona vidua Iudith.8. Quæ in ſuperiori= Iudit.8.a bus domus ſuę fecerat cubiculum ſecretum, in quo cum puellis ſuis clauſa morabatur : habẽs ſuper lumbos ſuos cilicium,ieiunabat omnibus diebus vitę ſuæ.Et hoc op timè,quia ſicut dicitur ad Timotheum.5. Vidua quæ in 1.Tim.5a delicijs eſt,viuens mortua eſt: & bene iungit ieiuniũ, & orationem,quia ieiunio ſanantur peſtes corporis· & o= ratione.peſtes animæ.Tobię.12.Bona eſt oratio cum ie= Tob.12.b iunio,& eleemoſyna & cę. Vacabat etiam continuè,vnde « dicitur:(Die ac nocte.)Secundum formam apoſtoli.Pri= mę Tim.5.Quę verè vidua eſt & deſolata: ſperat in Deo, 1.Tim.5.a & inſtat obſecrationibus & orationibus die ac nocte.

« Et hæc ipſa hora & c.)Hic tertio deſcribitur teſtimonij celebritas,tũ ratione temporis congruentis, tũ ratione multitudinis conſentientis.Ratione temporis congru= « entis,dicitur:(Et hæc ipſa hora ſuperueniens,confiteba « tur domino.)In quo apparet,quod diuino inſtinctu fa= ctus eſt iſte concurſus,& ideo feſtum purificationis dici tur feſtum obuiantium. Quia Simeon & Anna obuia= uerunt Ioſeph & MARIAE ſine aliqua conuocatione. Et ideo in die illo vniuerſaliter fit proceſsio. Vnde ſicut eodem ſpiritu venit quo Simeon,ita & eodẽ ſpiritu pro= phetauit,& impletũ eſt Illud Iohelis.2. Et prophetabunt Iohe.2.g. filij veſtri & filiæ veſtræ : ſenes veſtri viſiones videbunt, & cęt. Attamen Simeonis teſtificatio explicitè deſcribi= tur, & per modum prędicationis : Annæ vero implicitè, & per modum confeſsionis:quia docere in eccleſia non

eſt mu

M.E.C.D. 2017

1.Tim.2 d est mulierum,sed virorũ.1.Tim.2.Docere aũt, mulieri nõ permitto in ecclesia,neq; dñari in virũ,sed esse in silẽtio Et nota q̃ de Christo ,pphetauerat Simeõ & Zacharias & Maria virgo,&Elizabeth copulata cõiugio,& ideo cõ gruũ q̃ ,pphetaret&vidua,ne aliq̃ ,pfessio desit aut sexꝰ

Ratione vero multitudinis cõsentientis subditur: (Et loquebatur de illo omnibus qui expectabant redẽptionẽ Israel.)Illi eñ libenter audiebant, vnde dicebant illud:Isai.25.Ecce Deus noster iste,expectauimus eũ, & saluabit nos.Iam poterat decãtare: Redeptionẽ misit dñs populo suo.Oĩbus loquebatur,quia in hoc pendebat salus omniũ.Isa.49.Et sciet oĩs caro, quia ego dñs saluans te,& redemptor tuus fortis Iacob.

Isaiç.25. c

Psal'o.110

Isaiç.49 g

Et nota hic spiritualiter q̃ in oblatiõe dñi,quatuor personę offerunt,scilicet, Ioseph, Maria, Simeon, & Anna: quia aĩa quę verum sacrificium vult offerre Deo , debet habere comitatũ quatuor virtutũ cardinalium. Per Simeonẽ nanq; qui interpretatur audiens,intelligitur prudentia,Prou.1.Audiens sapiens,sapientior erit . Per Annam verò quæ interpretatur gratia , intelligitur temperantia.Heb.13.Optimũ est gratia stabilire cor, non escis, & c.Per Ioseph virum iustum,qui interpretatur augmentum, intelligitur iustitia.2.Corin.9. Multiplicabit semẽ vestrum, & augebit incrementa frugum iustitiæ vestræ. Per MARIAM quæ interpretatur dominatrix,intelligitur fortitudo.Pro.16.Melior est patiens viro forti.De his quatuor virtutibus.Sapie.8.In laudem sapientiæ scribitur:Prudentiam docet,& iustitiã,& virtutẽ.Et hæc designantur per quatuor prophetissas mulieres , de quibus fit mentio in scriptura . Quorum prima est Maria soror Moysi.Exo.15.Delbora.Iudicum.5. Holda.4. Regum.22. Et Anna sicut hic.Per Annam(sicut dictum est)intelligitur temperantia.Per Holdam, quæ interpretatur discretio intelligitur prudentia.Per Delboram, quæ interpretatur apis habens aculeum,intelligitur iustitia,quãtum ad seueritatem & clęmentiam.Per Mariam,quę interpretatur dominatrix & amarum mare, intelligitur fortitudo,quantum ad magnanimitatem & patientiam.Et hæ quatuor virtutes intelliguntur per quatuor filias Philippi pro-

Prou.1 .a

Heb. 13.b

2.Cor.9.c

Prou 16 d

Sapi.8.b.

Exo.15 .e.

Iudit.

4.reg.22.c

M.E.C.D. 2017

pī prophetissas. Actu. 21. Huic erant quatuor filię virgines prophetantes. Per Philippum qui interpretatur os lampadis, intelligitur sapientia, quæ docet & generat quadruplicem virtutem prędictam. Actu. 1.b

¶ Et vt perfecerunt &c.) Postquam descripta est CHRISTI humiliatio secundum legis prędceptū, & clarificatio per veritatis testimonium, sequitur vltima particula huius partis. In qua describitur prædictorum consummatio, & hoc primo respectu legalis præcepti. Deinde respectu prophetalis vaticinij, quantum ad legalis præcepti consummationem dicitur: (Et vt perfecerunt omnia, secundum legem domini.) Quia secundum quod dicitur. Matth. 5. Non veni legem soluere, sed adimplere. Et Matt. 5.b rursus: Iota vnū aut vnus apex nō prędeteribit à lege, donec Ibidem omnia fiant. Quantum autem ad prophetalis vaticinij cōpletionē, subditur: (Reuersi sunt in Galilęā in ciuitatē suā Nazareth.) Matthę. 2. Admonitus in somnis, secessit Matt. 2.d. in partes Galilęę. Et veniens habitauit in ciuitate, quæ vocatur Nazareth: vt adimpleretur quod dictum est per prophetas: Q m̄ Nazaręus vocabit. & Isai. 9. Aggrauata Isaię. 9.a. est via maris trans Iordanem Galilææ: Sed hoc non cognouerunt Scribę qui dixerunt. Ioan. 7. Scrutare scriptuIoā. 7.g. ras, & vide, quia à Galilæa propheta non surgit. Et nota quod secundum Augustinum in libro secundo de consensu euāgelistarum. Puer IESVS ante perlatus est à Iudæa in Aegyptum, q̄ descenderet in Galilęam, quia propter persecutionem Herodis descenderunt in Aegyptum & propter timorem Archilai secessit in partes Galilææ, rediens de Aegypto. Augusti. Matt. 2.c. Ibidem d

¶ Puer aūt crescebat &c.) Suprà descripsit euāgelista qualiter saluator factus est sub lege cęremoniali, hic describit qualiter factus est sub lege morali. Sed qm̄ tota morū ordinatio principaliter attēditur circa tria, s, circa cultū maiestatis, & studiū veritatis, & officiū pietatis, qa primū tribus ab subijcit homo suo creatori. Per secūdū doctori, & tertiū genitori. Ideo pars ista habet tres partes. In quarū prima oñdit q̄liter Christus factus est sub lege morali, quātū ad maiestatis cultū. In secūda q̄liter factus est sub lege morali, quātum ad veritatis studiū ibi. (Et fctm̄ est post triduū) ¶ Vniuersorū disciplīa,

In ter-

M.E.C.D. 2017

In tertia qualiter factus est sub lege morali quantum ad pietatis obsequium, ibi (Et dixit mater eius ad eum &c.)

¶ Ad perfectũ dei cultũ duo

Ad perfectam descriptionem cultus diuini duo introducuntur. Primum est excellentia virtutis proprię. Secundum est reuerentia maiestatis diuinæ, ibi. (Et ibant parẽtes eius per omnes annos &c.) Excellẽtia autem virtutis in CHRISTO ostenditur ex parte mentis, quamuis esset defectus ætatis ex parte carnis: propter quod præmittit profectum ætatis in carne, & subiungit perfectionem virtutis in mente.

Quantum autem ad profectum ætatis in carne dicitur. (Puer autem crescebat.) scilicet in corpore, sicut exponit Beda, in quantum puer erat, id est, homo fragilis, crescere poterat sicut cæteri homines, non in quantum verbum. Quantum autem ad perfectionem virtutis in mente, subditur. (Et confortabatur spiritu.) Perfectio autem virtutis mentalis consistit in tribus: scilicet in vigore potentiæ respectu irascibilis, in splendore sapientię respectu rationalis, & feruore gratiæ respectu concupiscibilis. Quantum ergo ad vigorem potentiæ irascibilis dicitur. (Et confortabatur spiritu.) Ezech. 3. Manus domini erat mecum confortans me. Philip. 4. Omnia possum in eo qui me confortat. Quantũ ad splendorem sapientiæ in rationali subditur. (Plenus sapientia.) Colos. 2. Nam in ipso sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ abscondiți. Isai. 11. Et requiescet super eum spiritus domini, spiritus sapientiæ & intellectus, Quantum verò ad feruorẽ gratiæ in concupiscibili, subditur (Et gratia dei erat in illo.) Eccl'. 24. In me gratia omnis vitæ & veritatis, in me omnis spes vitæ. Ioan. 1. Et vidimus gloriã eius, gloriam quasi vnigeniti, à patre, plenum gratiæ & veritatis.

Beda.

¶ Perfecti o virtutis mentalis tribus cõsũmatur.

Ezec. 3. c.

Phili. 4. c:

Colos. 2. a

Isaię. 11. a.

Eccl'. 24. b

Ioanni. 1.

Et ibant parentes eius &c.) Hic describitur reuerentia maiestatis diuinæ, quæ consistit in cultu religionis, & ostendit in CHRISTO secundum parentum ducatũ, & secundum proprium instinctum. Quantum ad parentum ducatum dicitur. (Et ibant parentes eius per omnes annos in Ierusalem.) Nam ita mandatũ erat in lege. Exo. 23. Tribus vicibus per singulos annos mihi festa celebrabitis. Et credendum est, quòd etiam ducerent IESVM, quia

Exo. 23. c.

quia ibidem ſubditur: Ter in anno apparebit omne maſculinum tuũ coram domino Deo, & hoc in Ieruſalem, ſecundum prçceptum. Deu.12. Ad locum quem elegerit dominus Deus veſter, de cunctis tribubus veſtris venietis. Et iſte locus erat Ieruſalem, ſecundum quod dicitur. 2.Paral.7. Elegi, & ſanctificaui locum iſtum, vt ſit nomen meum ibi in ſempiternum. Et iſtum cultum maxime in paſchate faciebant, & ideo ſubditur, In die ſolenni paſchæ. Exo.12. Habebitis hunc diem in monumentum. & celebrabitis eam ſolennem domino in generationibus veſtris cultu ſempiterno. Ibidem d Deut.12.a 2Para.7.c Exo.12.c.

Quantum autem ad proprium inſtinctum etiam diuino cultui vacabat puer IESVS, quantum ad hoc dicitur: (Et quum factus eſſet annorum duodecim.) In quo oſtenditur, quòd puer IESVS diuino cultui vacabat, ſine parentum conſortio, ſine conſilio, ſine complacito. Sine conſortio quidem: quia licet eò cum conſortio parentum aſcenderit: tamẽ ſine eis remanſit, propter quod dicitur: (Aſcendentibus illis Ieruſalem, ſecundum conſuetudinem diei feſti.) Scilicet ad orandum, ſicut infrà. Luc.18.b. .Duo homines aſcendebant in templum, vt orarent. Et Actuum.3. Petrus & Ioannes aſcendebant in templum. Actu.3.a. (Conſummatisq; diebus cum redirent.) Scilicet ad propria, ſecundum illud. Iudith.16. Celebrata feſtiuitate, vnuſquiſq; redit ad ſua. Et cum omnes redirent, non tamen IESVS. Vnde ſubditur: (Remanſit puer IESVS in Ieruſalem.) Et ita ſolus, ſine parentum conſortio. Huius figura præceſsit in puero Samuele, de quo dicitur. 1. Regu.2. Quòd abiit Elcana in domũ ſuã: puer autẽ erat miniſter in cõſpectu domini. Vnde ſolus remanſerat, vt melius orationi vacaret. Threnor.3. Sedebit ſolitarius, & tacebit. Et ita remanſit proprio inſtinctu, ſine parentum conſortio. Iudith.16.d 1.reg.2.c. Thre.3.d

Remanſit etiam ſine conſilio, vnde ſubditur (Et non cognouerunt parentes eius.) Cuius figura præceſsit in Samſone, qui noluit patri & matri indicare, quòd mel de corpore leonis aſſumpſerat. Iudith.14. In quo etiam præbuit exemplum, quod in diuino obſequio faciendo non eſt à parentibus carnalibus conſilium requirẽdum Iudic 14b

Deut.

M.E.C.D. 2017

Deut.33.b Deut.33.Qui dixerit patri ſuo,& matri ſuæ neſcio vos:& fratribus ſuis ignoro illos:hi cuſtodierunt eloquium tuum,& pactum tuum ſeruauerunt.Et ne putes, quòd iſta ignorantia fuerit ex negligentia,propter quam eſſet reprehẽſibilis MARIA,ſubdit cauſam. (Exiſtimãtes autẽ illum eſſe in comitatu,venerunt iter diei.)Quia cum viri irent cum viris : & mulieres cum mulieribus ſeorſum. Probabile erat patri , quòd puer eſſet cum matre:& probabile matri,quòd eſſet cum patre.Et ideo fuerunt decepti:Non erat puer de genere illorũ de quibus dicit.Iob. Semen eorum permanet coram eis, propinquorum turba,& nepotum in cõſpectu eorum erat , ſicut ille de quo in pſalm. Conſiderabam ad dexteram , & videbam: & non erat qui cognoſceret me.Et ſic remanſit ſine parentum conſilio.

Iob.21.a.

Pſal'o.141

Remanſit etiam ſine cõplacito,quia cum dolore quẽrebant quem amiſerant,vnde ſubditur:(Et requirebant cum inter cognatos & notos.)Et tñ non inuenerũtquia tales elongantur ab ipſoIob.19.Noti mei quaſi alieni receſſerunt à me:& ideo ſequitur.(Et non inuenientes eũ regreſsi ſunt in Ieruſalem.)Sed quem nõ poterant inuenire in conſortio cognationis, inuenerunt in loco orationis,ſecundum illud Pſalm . Ecce audiuimus eam in Ephrata:inuenimus eam in campis ſyluæ.Et poſt:Introibimus in tabernaculum eius.(Reuerſi ſunt inquam, requirentes eum.)Secundum illud.Cant.3.Surgam,& circuibo ciuitatem, quæram quem diligit anima mea : Ita dicebat virgo MARIA.Et iterum Can.5.Quæſiui,& nõ inueni illum:vocaui , & nõ reſpondet mihi.Adiuro vos filiæ Ieruſalem,ſi inueneritis dilectum meum,vt nuncietis ei, quia amore langueo. In hoc autem admonemur, vt ab ipſa infantia diuino cultui mancipemur.1.Reg.2. Samuel autem miniſtrabat ante faciem domini , puer accinctus Ephot lineo.Et maxime ab anno duodecimo quia tunc incipit tempus diſcretionis conuertendi ad bonum.Vnde de ſancto Martino legimus,quòd cum eſſet annorum duodecim eremum concupiuit . Similiter dicitur de beato Benedicto.Ideo euangeliſta hanc ætatem exprimit. Admonemur etiã,vt nullatenus propter amo-

Cant.3.a.

Can 5 b c

1.reg.2 d.

M.E.C.D. 2017

amorem parentum diuinum cultum intermittamus.
Vnde Hieronymus. Licet paruulus ex collo pendeat ne- Hierony.
pos, licet sparso crine & scissis vestibus vbera quibus te
nutrierat mater ostẽdat. Licet in limine pater iaceat. Per
calcatum perge patrem, siccis oculis ad vexillum crucis
euola. Solum pietatis genus est, in hac re esse crudelem
Dicitur enim Matt. 10. Qui amat patrem aut matrẽ plus Matth. 10
quàm me, non est me dignus.

« Et factum est post triduum &c) Superius ostendit euã
gelista, qualiter CHRISTVS dominus factus est sub
lege morali, quantum ad cultum diuinę maiestatis. Hic
secũdo ostendit qualiter factus est sub eadem, quantum
ad studium veritatis. In quo primo describit euangelista ¶ Christi
eius humiliationem in assumendo discipuli formam. discipuli
Secundo verò eius clarificationem in aperiendo sapien
tiæ prærogatiuam. ibi. (Stupebant autem &c.) Formam
autem discipuli ostendit saluatorem assumpsisse, cum di
« citur. (Et factum est: Post triduum inuenerunt illum in
« templo sedentem.) Sessio designat quietem & humilita-
tem. Sciebat enim quòd melius est sedere in angulo do- Prou. 21 b
matis, quàm cum muliere litigiosa, & in domo cõmuni.
Sedentem inquam in medio doctorũ. Eccl'c. 15. In medio Eccl'. 15. b
ecclesiæ aperuit os eius, & adimpleuit illũ spiritu sapien
tiæ & intellectus &c: Sciebat enim scriptũ esse Prouer. 13. Prou. 23 d
Qui cũ sapientibus graditur, sapiens erit: amicus stulto
rũ similis efficietur. Et in hoc docet consortium studen-
tium diligendũ & auscultandũ, non ad litigandum, sed
conferendum, propter quod subditur. (Audientẽ illos &
« interrogantẽ.) Hoc enim est exercitiũ addiscentis, vt au-
« diat & interroget de dubijs. Eccl'ci. 32. Audi tacẽs, & pro Eccl'. 32. b.
reuerẽtia accedet tibi gratia bona, quia auris bona au- Eccl'i. 3. d.
diet cũ omni concupiscentia sapientiã. Et ideo dicitur
Ioã. 8. Qui ex deo est ẏba dei audit. Et quia audire solũ Ioan. 8. f.
« nõ sufficit, ideo subditur. (Et interrogantẽ.) Iob. 8 Inter- Iob. 8. b.
roga generationẽ pristinã, & diligenter inuestiga patrũ
memoriã. Et in deute. 32. Interroga patrem tuũ & annun Deut. 32. b
ciabit tibi &c. Interrogabat aũt nõ vt doceretur, sed ma-
gis vt doceret. Hiero. Duodecim annos saluator imple- Hierony.
uerat, & in tẽplo sacerdotes interrogãs magis docet dũ

M.E.C.D. 2017

prudenter interrogat. In hoc autem ſpiritualiter eſt intelligendum, quòd CHRISTVS docet nos, quòd ante
Eccl. 18.c debeamus diſcere quàm docere, ſecundum illud Eccl. 18. Antequàm loquaris, diſce. Et ideo voluit in medio doctorum inueniri, & in templo, quia in ſcripturarum lectione, & in oratione veritas inuenitur. Vnde nota quòd
¶Variis in locis inuentus eſt Chriſtus CHRISTVS inuentus eſt in præſepio, ſuprà eodem. Et hoc vobis ſignum, id eſt, in ſtudio ſacræ ſcripturæ: quia
Suprà eodem.b. ſecundum quod dicitur Prouer. 14. Vbi non ſunt boues, præſepe vacuum eſt. Boues ſunt prædicatores, teſte Paulo. 1. Corin. 9. ſcribẽte. Non alligabis os boui triturãti &c
Prou. 14a Inuẽtus eſt in domo. Mat. 2. Intrãtes domũ, id eſt, in ſcru
1. Cori. 9a tinio cõſcientię quietę, Sapi. 8. Intrans domũ meã, cõqui
Matt. 2. b. eſcã cũ illa. Inuẽtus eſt & in tẽplo, ſicut hic. Id eſt in cõſor
Sapiẽ. 8. c tio ſanctę eccleſię, quia dominus in tẽplo ſancto ſuo. Si
Pſal. 10. cut dicit pſal. Nõ enim inuenitur in monumẽto doctrinæ
Luc. 24. a erroneę. Luc. 24. Mulieres venerũt ad monumentũ, & nõ inuenerũt corpus domini IESV. Nec etiã in lectulo cõ
Can. 3. a. ſcientię inquietę. Cant. 3. In lectulo meo per noctes quęſiui quẽ diligit anima mea: quęſiui illũ & nõ inueni. Nec
Iob. 28. b. inuenitur in cõſortio vitæ mũdanę. Iob. 28. Sapiẽtia vbi inuenitur? Et poſt. Nõ inuenitur ĩ terra ſuauiter viuẽtiũ

Stupebant aũt &c.) Hic poſt humiliationẽ, ſubiungit clarificationẽ, cũ dicitur. (Stupebant aũt omnes qui eũ audiebant ſuper prudẽtia & reſpõſis eius.) Pro eo quòd prudentiſsimè reſpõdebat ſupra ęſtimationẽ. Stupor eſt
Iere. 5. g. enim ex inſolita & magna imaginatione. Iere. 5. Stupor
Iob. 12. c. & mirabilia facta ſunt ĩ terra. Iob. 12. Adducit cõſiliarios in ſtultũ finem, & iudices in ſtuporẽ. Et ſic impletum eſt
Sapi. 8 cd illud Sapi. 8. Habebo per hanc claritatẽ ad turbas, & honorem apud ſeniores iuuenes & acutus inueniar in iudicio, & in cõſpectu potẽtiũ admirabilis ero, & facies principũ mirabũtur me. Hoc in CHRISTO nũc impletũ eſt
3. reg. 10. a Huius figura præceſsit 3. Reg. 10. vbi dicitur quòd videns regina ſapientiã Salomonis nõ habebat vltra ſpiritum propter nimiam admirationem. Et non ſolùm illi extranei ſtupebant, ſed etiam parentes. Vnde ſubditur
Matt. 7. d (Et videntes admirati ſunt.) Matthę. 7. Et admirabantur turbæ ſuper doctrina eius. Et verè mirabile, quod reſpondebat

M.E.C.D. 2017

debat,quæ non dedicerat.Ioann.7,Mirabantur Iudęi di Ioann.7.
centes:Quomodo hic literas ſcit,cum non dedicerit.

Et dixit mater eius & cæte.) Hic tertio oſtendit, qua-
liter factus eſt ſub lege morali,quantum ad officium pie
tatis. In quo præmittitur primo humiliatio, & ſubditur
clarificatio, ibi: (Et mater eius conſeruabat omnia ver-
ba hæc, & cæte.) Humiliatio autem oſtenditur hic in ¶ Chriſti
duobus,ſcilicet, in ſubiacendo corripienti, & in obſe- humili-
quendo præcipienti. Subiecit enim ſe CHRISTVS tas.
« matri corripienti, propter quod dicitur. (Et dixit mater
« eius ad illum:Fili,quid feciſti nobis ſic.)Ipſa fiducialiùs
loquitur, & interrogat cauſam dimiſsionis, quum ſciat
ſe honorari debere ab eo,ſecundum illud. Exod.20.Ho- Exo.20.b
nora patrem tuum & matrem tuam.Et Prouerb.6.Con- Prou.6.c
ſerua fili mi præcepta patris tui,& ne dimittas legem ma
tris tuæ. Sed tu inquit, conturbaſti nos. Vnde ſubdit:
« (Pater tuus & cæte.)Scilicet putatiuus, vel adoptatiuus
« ſiue educatiuus. (Et ego dolentes quærebamus te.) Si-
mul dicẽtes illud Tobię.10.Heu heu me fili mi,vt quid te Tob.10.b
miſimus peregrinari,lumen oculorum noſtrorum,bacu
lum ſenectutis noſtrę,ſolatiũ vitæ noſtræ & c. Sequitur.
Omnia ſimul in te vno habentes, te non debuimus di-
mittere ire à nobis. Et nota, quòd ad quæſtionem re-
« ſpondet humiliter, & ſapienter. Vnde & ſubditur, (Et
« ait ad illos :Quid eſt, quòd me quærebatis?) Quaſi
abſentem,cũ ego eſſem vobis præſens.Ieremię vigeſimo- Iere.23.e
tertio. Nunquid non cœlum, & terrã ego impleo?Et hic
oſtendit: quia filius erat æterni patris. Vnde ſubditur:
« (Neſciebatis, quia in his quæ patris mei ſunt, oportet
« me eſſe?) Ioannis ſexto.deſcendi de cęlo, non vt faciam Ioann.6.
voluntatem meam, ſed voluntatem eius qui miſit me.
Vnde non debetis mirari, ſi vos dimiſi propter æter-
num patrem.Quia ſic dicitur Actu.5. Obedire oportet Actu.5.e.
Deo magis q̃ hominibus.Et quia verbum erat occultũ:
ideo ſubditur:(Et ipſi non intellexerunt.)1. Corin.2.Lo- 1.Cor.2.b
« quimur Dei ſapientiã in myſterio,quę abſcondita eſt. Et
Tob.12.Sacramentũ regis abſcondere, bonũ eſt. In hoc Tob.12.b
autem quòd correptus humiliter ſe excuſauit, & inui-
tatus eſt à matre,vt miraculum faceret, reſpondit durè:

M.E.C.D. 2017

Dedit nobis exemplum & formam humilitatis, vt magis mus corripi quàm laudari. Eccl'ci.7. Melius est à sapiente
Eccl's.7.a. corripi, quàm stultorum adulatione decipi. Etiam hic insinuat, quòd pietas ad Deum præferenda est pietati respectu parentum.

Subiecit se etiam dominus præcipienti, propter quod subditur: (Et Descendit cum eis, & venit Nazareth.) Modo impletum est illud. Baruch.3. Post hæc in terris visus
Baruc.3.d est, & cũ hominibus cõuersatus est. Descẽdit inquã quod
Cant.6.d est signum humilitatis. Canticor.6. Descendi in hortum
Psal'o.137 meum, vt viderem poma conuallis, id est humiles. Quia excelsis dominus, & humilia respicit, scilicet de propinquo: & alta à longe cognoscit, ideo subditur: (Et erat subditus illis.) Bern. Quis quibus? Deus hominibus. Deus, inquam se hominibus, subdit. Et tu dominari gestiens, tuo te pręponis creatori? Quoties enim hominibus prę-
esse desidero, toties Deum meum præire contendo, vt tale mihi aliquid dominus respondeat, Vade post me Sa-
Mat.16.d tana: quia non sapis ea quæ dei sunt. Vnde ipse verè di-
1.Cor.9.c cere poterat illud. 1. Corin. 9. Cum essem liber & cç. Omnibus, omnium me seruum feci. Et nos omnibus, amore
1.Petri .2. ipsius debemus esse subiecti. 1. Pet. 2. Subiecti estote omni humanę creaturæ propter dominum.

¶Et mater eius & c.) Hic describitur eius clarificatio. Et hoc per duo, scilicet per matris testimonium, & per propriæ virtutis indicium. Quantum ad matis testimoniũ dicitur. (Et mater eius cõseruabat oĩa verba hæc.) Vt pro loco & tempore testimonium perhiberet, sicut dicit Be-
Beda. da in glossa. Sic dictum est. Daniel.12. Tu autem Daniel
Dani.12.b claude sermones, & signa librum vsq; ad tempus statutũ Et quia hoc intelligebat, ideo dicitur. (In corde suo.) Se-
Ecc[illegible].a cundum illud Eccl's.8. Tempus ad responsionem cor sa-
Marc.9.b pientis intelligit. Et. Mar.9. Dicitur de transfiguratione domin[illegible] quòd discipuli verbum continuerunt apud se. Nondum enim venerant apostoli, quibus datũ erat nos-
Matt.13.b se mysterium regni dei, sicut dicitur. Matth.13. Qui etiã
Gala.1.a. mutuò conferrent, secundum illud. Galat.2. Contuli cũ illis euangelium quod prædico in gentibus.

Quantum autem ad proprię virtutis indiciũ subditur (Et

(Et IESVS proficiebat ætate.)Scilicet ex parte corporis
Sicut Samuel.1.Reg.2.Puer Samuel proficiebat,atq; cre 1.Reg.2.f.
scebat,& placebat tã deo quàm hominibus. Et iste pro-
fectus erat secundum exemplar, sed interior profectus
" erat secundum euidentiam de quo dicitur.(Et sapiẽtia,)
" Scilicet in intellectu.(Et gratia.) In affectu.(Apud deũ.)
" Scilicet honorandum.(Et homines.)Aedificandos.Nec
est contrarium ei quod dicitur supra proximo capite: Supra eo
Quòd erat plenus sapientia. Vnde Gregorius. Proficie dem.f.
bat sapientia, non per accessum temporis, accipiendo,
quod non habebat, sed dona gratiæ, & sapientiæ, quæ
habebat,cæteris pandendo,& hoc ad ædificationẽ alio-
" rum.2.Corin.8.Prouidemus bona,non solum corã deo, 2.Corin 8
sed etiam coram hominibus. Vnde adnostram ędificatio
nem,sapiẽtiam ad tempus abscondit,vt ostendat, quòd
nos debemus tacere vsq; ad tempus, secundum illud. Ec
cli.20.Est tacens non habens sensum loquelæ, & est ta- Eccl'.20.a
cens,sciens tempus apti temporis. Homo sapiens tace-
bit vsq; ad tempus. Iasciuus autem & imprudens nõ ser-
uabit tempus.Etiam ad nostram salutem ostendit, secũ-
dum illud.Eccl'.4.Ne retineas verbũ in tempore salutis. Eccl'i.4.c.
Vnde quia nõ quęrebat gloriam suam sed dei.non suum
commodum.sed nostram salutem.Ideo coram deo & ho
minibus gratiam inueniebat.Primũ erat iustitiæ,secun-
dum misericordię propter quod dicitur. Prou.3. Miseri- Prou.3.a.
cordia & veritas te non deserant, & inuenies gratiam &
disciplinam bonam coram deo & hominibus.

Ex prædictis igitur colligere possumus, qualiter in- ¶Cõclusi
tendere debemus cultui diuinæ maiestatis, studio veri-
tatis,& obsequio pietatis. Nam cultus diuinæ maiesta-
tis præoccupari debet ab infantia, præferri debet cæte-
ris pro reuerentia diuina. Studium veritatis debet esse
cum debita societate.scilicet peritorum, & debito ordi-
ne,vt prius sit discipulus quàm magister. Obsec[illegible]ũ pie-
tatis attenditur in hoc quòd subijciamur patri spiritua-
li,siue corripienti,siue præcipienti. Et si hoc seruamus,
tunc sequitur illud quod vltimo ponitur, quòd profici-
mus apud deum & homines.

M.E.C.D. 2017

CAPVT TERTIVM.



NNO autem quintodecimo imperij &c.) Suprà agit euãgelista de mysterio incarnationis CHRISTI quantum ad natiuitatẽ in vtero, & ex vtero. Hic quantum ad natiuitatem extra vterum, secundum illud Ambrosii, qui dicit illum renatũ esse sacramẽtis, scilicet, quando baptizatus est. Et hęc habet tres partes, in quarum prima agit de baptismo & prędicatiõe Ioãnis in generali respectu totius populi. In secũda vero in speciali respectu specialiũ personarũ, ibi: (Et interrogabãt eũ &c.) In tertia in singulari, respectu CHRISTI. (Et factũ est dũ baptizaret.) Et ordo patet, quia gñrale dirigit ad speciale, speciale ad singulare. Quantũ ad primũ notandũ q̃ doctrina & prędicatio Ioãnis cõmẽdatur à tribus. Primo à tẽporis opportunitate: secũdo vero ab officij authoritate. ibi (Factũ est verbũ dñi &c.) In tertio vero à zeli solicitudine, ibi. (Dicebat ergo ad turbas &c.) Primũ respicit q̃d est extrà, secũdũ quod suprà, tertiũ quod est intrà. Et sic per oẽm modũ est eius prędicatio & doctrina pfecta. Quantũ ad primũ nota q̃ opportunitas temporis colligitur ex tribus. s. ex vnione imperij Romani, & ex partitiõe regni Iudaici, & ex diuisiõe sacerdotij Leuitici. Ex quibus colligit opportunitas tẽporis q̃ illũ annunciabat Ioãnes, qui synagogã Iudęorũ dispgebat, & gentiũ varietates in vnitatẽ ecclesię cõgregabat. Quantũ ad vnionem imperij dicitur.

Ambrosi.

¶Diuisio

¶Anno quintodecimo imperij Tyberij Cęsaris:) In quo scilicet iã erat tẽpus aduẽtus Christi: quia. s. ante Tyberiũ fuit Iulius & Põpeius: & Iulius cõtriuit Pompeiũ, & post hos successit Tyberius. Et ita iã verificatũ erat illud Dañ. 2 De quarto regno. s. Romanorũ, quod fuit ex parte solidũ, & ex parte cõtritũ: & ideo erat tẽpus verificationis illius q̃d sequitur ibidẽ. In diebus regnorũ illorũ suscitabit deus cęli regnũ q̃d inęternũ nõ dissipabit, & potestas eius alteri populo nõ tradet. Quantũ aũt ad partitionẽ regni

Dani. 2. f.

Ibidem g

Iudaici

M.E.C.D. 2017

Iudaici,ſubditur:(Procurãte Pontio Pilato Iudeã:) Sub quo.ſ.dñs eſt crucifixus, ſecundũ q̃ narrat hiſtoria oĩm euãgeliſtarũ.(Tetrarcha aũt Galileę Herode)Iſte fuit ſub quo etiã dñs crucifixus eſt.Luc.23.Et qui interfecit Ioan nẽBaptiſtã,ſecundũ q̃d dicit.Marc.6.Qui dicebat ei:Nõ licet tibi habere vxorẽ Philippi fratris tui,de quoPhilippo additur(Philippo aũt fratre eius Tetrarcha,Ituręę & Trachonitidis regiõis)Et ita iã verificatũ illud erat.Iſa.1.Regionẽ veſtrã corã vobis alieni deuorãt. Et Prou.28. Propter peccata terrę multi prĩcipes eius.Et ideo ſubditur.(Et Lyſania Abilinę Tetrarcha.)Id eſt,alterius regionis,quę erat quarta pars regni,dicit em̃ à tetra, quod eſt quatuor, & archos quod eſt princeps.Archilao em̃ filio Herodis magni, ꝓpter ſuperbiã ſuã in exiliũ apud Lugdunum deportato:regnum in quatuor tetrarchias eſt diuiſum,vt ſic minueret ſuperbia Iudęorũ.Vñ.Bed.Tres tetrarchias regebant tres filij Herodis magni,ſub quo dñs natus eſt.Pilatus verò ꝓcurator erat alterius tetrarchiæ Et nota q̃ fuerunt duo Lyſanię.Alter filius Hirchani de quo Ioſephus.Alter Herodis,de quo Bed.loquit:Quãtũ vero ad diuiſionẽ ſacerdotij ſubdit:(Sub principibus ſacerdotũ,Anna &Caipha.)qui ambitiõe moti,vt dicit Beda,ſummũ ſacerdotiũ emebãt à Romanis.Vñ quia iã ſecundũ Bedã & Ioſephũ,ſacerdotes nõ inſtituebãtur per vnctionẽ,ſed per terrenã poteſtatẽ:ideo ceſſauerat vnctio ſacerdotalis,&vnctio regalis.Iã ergo tẽpus aduenerat,vt CHRISTVS aduenirẽt,ſecundũ illud.Geñ.49.Nõ auferet ſceptrũ de Iuda &c.Itẽ iã ceſſauerat vnctio ſacerdotij Leuitici,& ideo tẽpus erat vt veniret ſacerdos ſecundũ ordinẽ Melchiſedech, vt impleretur illud.Iſa.22. Quod dictum eſt de ſacerdotio Leuitico,& ſacerdotio CHRISTI. Expellam te de ſtatione tua, & de miniſterio tuo deponam te. Et poſt de CHRISTO ſub figura Eliacim. Et erit in die illa, vocabo ſeruum meum Eliacim, & induã illum tunica tua. Et infra: Et dabo clauẽ domus Dauid ſuper humerũ eius.In quo oſtẽditur q̃ iſte Eliacim debet eſſe rex & ſacerdos,q̃d ſolũ in CHRISTO eſt impletũ, qui fuit ſacerdos ſecundum ordinẽ Mechiſedech,qui ſimul rex & ſacerdos fuit,ſecundum illud Hebræ.ſeptimo

Lucę.23.a
Marc.6.c.
Iſaię.1.b.
Prou.28.a
Beda.
Ioſephus
Beda
Ioſephus
Geñ.49.b
Iſaię.22.e.
Ibidem.f
Ibidem
Hebr.7.a.
Hebr.7.c.

M.E.C.D. 2017

Translato enim sacerdotio necesse est, vt & legis translatio fiat. Iam erat tempus euangelium prędicandi, & in tali tempore à prędicatione Ioannis debuit euangeliũ inchoari ac prędicari. Patet ergo quã sufficienter secũdum scripturas constituit euangelista opportunitatem in aduentu CHRISTI, & prædicatione præcursoris, quod
Iere .8 .c. Iudæi cæci non viderunt. Ideo Iere. 8. Miluus in cęlo cognouit tempus suũ: turtur, & irundo, & ciconia custodierunt tempus aduentus sui. populus aũt meus nõ cogno
Infrà.12.b uit iudicium domini. Et Infra. 12. Hypocritæ, faciẽ cœli & terræ nostis probare, hoc autẽ tempus quomodo non probatis? Poterãt autẽ hoc tempus cognoscere nõ solũ per scripturas, sed etiam per ipsas res in temporibus ge-
Gregori. stras, secundum quod dicit Gregorius. Liquet quòd ad finem Iudęa venerat, quæ tot regibus diuisa subiacebat, & cum iam subditi essent alieno imperio, iam tẽpus erat vt dominus regnum Israeliticum reuelaret, quod promiserat omnimodo stabilire in sempiternum. Patet etiã q̃ rationabiliter euãgelista, licet de sacerdotio CHRISTI intẽdat, tamen regũ & sacerdotũ tẽpus enunciet, vt ostẽdat CHRISTI sacerdotiũ simul & regnũ esse coniunctũ, & per vtrũq; probat tẽpus aduẽtus eius, & simul regnũ eorũ. i. Iudęorũ & gentiũ, qa vtrũq; simul venerat copulare in vnũ. Itẽ hoc id est, Iudęorũ, diuisã, & illud id est gentiũ vnum: quia gentiũ plenitudo debebat intrare, & Iudęorũ multitudo dispergi propter peccatum incredulitatis.

¶Factum est verbum & c.) Hic cõmendatur Ioannis prę- »
dicatio ab officij authoritate, quam primo commendat euangelista ex se ipsa. Secundo vero ex attestatione prophetica, ibi (Sicut scriptum est & cæt.) Quantum ad primum, notandum quòd authoritas Ioanni commissa cõmendatur à tribus, scilicet à dono cęlestis gratiæ. A ministerio humilis obædientiæ. Et à signo sacramẽtalis medicinæ. Quantũ ad donũ cælestis gratiæ, dicitur: (Factũ »
est verbum dñi super Ioannem Zachariæ filium in deser- »
to.) Factum est scilicet per inspiratione supernã, & ideo
2.Pet.1.d. dicitur. (Super Ioannẽ.) Quia 2. Pet. 1. Spiritu sancto inspirati, loquuti sunt sancti dei hoĩes. Vnde superfignat
Isaię.61.a. authoritatẽ, secundũ illud. Isa. 61. Spiritus dñi super me,

ad an-

M.E.C.D. 2017

ad annunciandũ manſuetis miſit me. Et ad hoc erat di-
" gnus ratione doni diuini muneris. Ideo dicitur: (Super
" Ioannẽ.) In quo ſcilicet eſt gratia quia. Sapie. 7. dicitur: Sapiẽ. 7. d
Quod ſapientia in aĩas ſanctas ſe transfert. Dignus etiã
" ex merito patris, & ideo dicitur: (Zachariæ filiũ.) Vnde
poterat ei dicere illud. Tobi. 7. Bñdictio ſit tibi fili mi: qa Tob. 7. b.
boni & optimi viri filius es. Dignus etiã ex merito pro-
" priæ virtutis. Vnde dicitur: (In deſerto.) In loco aſpero &
duro. Deut. 32. Inuenit eũ in terra deſerta, in loco horro- Deut. 32. b
ris &c. Et Oſe. 13. Ego cognoui te in deſerto, in terra ſoli Oſeç. 13. b
tudinis, In qua terra cõſueuit fieri verbũ dei ad hominẽ
Sicut ad Moyſen. Exo. 3. Vocauit eũ de medio Rubi &c. Exo. 3. a.
Quando minauit gregẽ ad interiora deſerti. Oſe. 2. Ad- Oſeç. 2. c.
ducam eam in ſolitudine: & loquar ad cor eius.

Quantum ad miniſteriũ humilis obẽdientiç, ſubditur
" (Et venit in omnẽ regionem Iordanis.) Vnde Chriſoſt. Chryſoſt.
Venit Ioannes quaſi magni regis prẽparator & nuncius
fidelis. Et tunc impletũ eſt illud Malac. 3. Ecce ego mitto Macha. 3.
angelum meũ, & præparabit viam ante faciẽ meã. Et ſi-
" gnanter dicit: (In omnem regionem.) Vt ſignetur vera
obẽdientia, quæ nihil excipit: ſed ad omnia eſt prompta
Ierem. 1. Ad omnia quæ mittam te, ibis & cç. Iere. 1. b.

Quantum autem ad ſignum ſacramentalis medicinç,
" ſubditur: (Prædicans baptiſmum pœnitentiæ.) Sicut di-
citur. Actu. 19. Ioannes baptizauit baptiſmo pœnitentiæ Actu. 19. a
populum. Propterea baptiſmũ pœnitentiæ vocat, quia
ad pœnitentiam informabat. Matt. 3. Exibat ad eum Ie- Matt. 3. b.
roſolyma, & omnis Iudæa, & omnis regio circa Iordanẽ
& baptizabantur ab eo in Iordane, confitentes peccata
ſua. Sed licet ad pœnitentiam informaret, tñ remiſſio-
nem peccatorum nõ faciebat, ſed ad baptiſmum illum
" præparabat. Et ideo ſubditur: (In remiſſionem peccato-
" rum.) Id eſt in baptiſmum CHRISTI, in quo eſt remiſ-
ſio. Vnde Actu. 2. Baptizetur vnuſquiſq; veſtrum in no- Actu. 20. f
mine IESV CHRISTI in remiſſionem peccatorum
veſtrorum. Et de hoc dicebat Zacharias. 13. Erit fons pa- Zacha. 13
tens domui Dauid, & habitantibus Ieruſalem, in ablu-
tionem peccatoris, & menſtruatæ. Et Ezec. 36. Effundam Ezec. 36. e
ſuper vos aquam mundam, & mundabimini ab omni
bus

M.E.C.D. 2017

bus inquinamentis veſtris & cætera.

¶ Sicut ſcriptum eſt & c.) Hic commendatur authoritas Ioannis ex atteſtatione propherica, in qua Ioannes prædicans oſtenditur habere officium excitandi, commonendi, & conſolandi. Oſtenditur inquam primo habere officium excitandi per exclamationem, & ideo dicitur: (Sicut ſcriptum eſt in libro ſermonum Iſaiæ prophetæ: »
Iſaię.40 a Vox clamantis in deſerto.) Hoc enim ſcribitur.40. cap. »
Dicitur autem Ioãnes vox: quia ſicut vox verbum præit
¶ Ioãnes vox cur dicatur ſic Ioannes CHRISTVM. Et vox clamantis, quia excitat dormientes, vt ad lucẽ euigilent, ſecundum illud Iſa.
Iſaię.58. a 58. Clama, ne ceſſes, quaſi tuba exalta vocem tuã. Et Iob.
Iob .38.a. 38. Tonabit voce magnitudinis ſuæ, & non inueſtigabi-
Pſal'o. 28. tur, cum audita fuerit vox eius. Hæc eſt vox, de qua in
Ioan. 1.a. Pſalmo. Vox Domini ſuper aquas, Deus maieſtatis intonuit Dominus ſuper aquas multas, vox domini in virtute, vox domini in magnificentia, vox dñi confringẽtis cedros & c. Vnde Ioannis primo. Reſpondet quęrẽtibus. Ego vox clamantis in deſerto, dirigite viam domini, ſicut dixit Iſaias propheta. Vox igitur eſt ſignum expreſſiuum verbi. Vnde prophetiæ aliorum fuerunt quaſi nutus reſpectu CHRISTI, ſed Ioannis fuit, quaſi vox reſpectu verbi, quia ipſum viſibiliter oſtendit.

Oſtenditur ſecundo habere officium cõmonendi per excitatiõem, cum ſubditur. (Parate viam dñi.) Perobſer- »
Pſal'o .118 uantiam ſcilicet, madatorum. Pſal. Viam mandatorum
Baruc.2 b tuorũ cucurri. Et Baruch.3. Si in via Dei ambulaſſes, habitaſſes vtiq; in pace ſuper terram. (Rectas facite ſemitas »
eius.) Per obſeruantiam conſiliorum. Prouerbi.4. Viam »
ſapientiæ monſtraui te: & duxi te per ſemitas æquitatis:
quas quum ingreſſus fueris, non artabuntur greſſus tui,
Prou.4.b & currens non habebis offendiculum. Iſaiæ.26. Semita
Iſaię.26.b iuſti recta eſt, rectus callis iuſti ad ambulandum. Pſal. Dirige m[illegible]n ſemita mãdatorum tuorum. Prouerbior.3. In omnibus vijs tuis cogita illum: & ipſe diriget greſſus tuos, ne ſis ſapiens apud temetipſum. Time Dominum
Pſal'o. 118 & recede à malo. Et ſequitur: Viæ eius, viæ pulchræ, &
Prou.3.a. omnes ſemitæ eius pacificæ. Et Pſalm. Vias tuas domine demonſtra mihi, & ſemitas tuas edoce me & cæt.

Rectas

M.E.C.D. 2017

Rectas facit scilicet,

Intentiones. Iob 1. Et erat vir ille simplex, & rectus, ac timens Deum. Iob .1. a.

Cogitatiões. Psal. Innocẽtes & recti adhęserũt mihi. Et Eccl's. 7 Hoc inueni quòd fecerit deus hominem rectum. Psal'o. 24. Eccl's. 7. d

Affectiões. Cã. 1. Recti diligũt te. Et psal. Quã bonus Israel Deus his qui recto sunt corde Can. 1. a. Psal'o. 72.

Locutiones. Pro. 8. Iusti sunt omnes sermones mei, recti sunt intelligentibus. Prou. 8. a

Actiones Pro. 20. ex studijs suis intelligit puer si mũda & recta sint opera eius. Iob. 8. Si mũdus & rectus icesseris, statim euigilabit ad te Prou. 20 b Iob .8. b.

Passiões. Iob. 4: Recordare obsecro te, quis vnquã innocẽs perijt? aut qñ recti deleti sunt. Iob. 4. b.

Retributiones. Pro. 11. Iustitia rectorum liberabit eos. Prou. 11. a

Est eñ Iustitia secundũ Tulliũ, constans & perpetua voluntas, ius suum vnicuiq; tribuẽs. Qui per has rectitudines incedunt, intelliguntur per illa animalia de quibus Ezech. 1. Pedes eorum recti & c. Tullius ¶ Iustitia quid. Ezec. 1. b.

Ostenditur tertio habere officiũ consolandi per promissionẽ, cum subditur. (Oĩs vallis & c.) In quo prædicit effectũ aduentus CHRISTI respectu humiliũ iustorũ, respectu peccatorũ, & respectu vniuersorũ: quia exaltabit humiles, propter quod dicitur: (Oĩs vallis implebitur:) Id est humilis. Psal. Valles abundabũt frumẽto. Suprà. 1. Exaltauit humiles. Infra. 18. Oĩs qui se humiliat exaltabitur. Hoc figuratur. 4. Re. 4. Vbi Eliseus impleuit vasa vacua. Humiliauit superbiẽtes, propter quod subditur. (Et oĩs mons & collis humiliabitur.) Isa. 45. Ego ante te ibo, & glorioso terrę humiliabo. Iob. 40. Respiciens omnẽ arrogantẽ humilia. Rectificabit deuiãtes, propter quod addit. (Et erunt praua in directa.) Beda, Id est malorum corda per iniustitiã distorta, erũt in directa, id est, ad regulam iustitię dirigentur. Pro. 16. Reuela dño opera tua & dirigentur cogitationes tuę. Hoc aũt est contra hypocritas qui à domino abscondunt consilia sua. Secunda ad Thessalonic. 2. Dominus autem diriget corda vestra, & cæte, Mitigabit tumultuantes, propter quod dicit: Psal'o. 64. Suprà. 1. e Infrà. 18: c 4. reg. 1. a. Isaię. 45. a Iob. 40. a Beda. Prou. 16 a 2. Thes. 2 a

Et aspe

Et aſpera in vias planas.) id eſt mentes iracundæ ĩ mã
Iſaiç. 11.b ſuetudinem conuertentur. Iſaiç. 11. Habitabit lupus cum agno: & pardus cũ hœdo accubabit: vitulꝰ & leo, & ouis ſimul morabuntur: Illuminabit omnes accedentes, ideo adiungit. (Et videbit omnis caro ſalutare dei.) id eſt de omni carne, vt fiat diſtributio pro generibus ſingulorũ,
Pſal'o.97. ſecundum illud pſalmi. Viderunt omnes fines terræ ſalutare dei noſtri. Iſaiç. 40. Et videbit oĩs caro pariter quod os domini locutum eſt. Item. 52. Videbunt omnes fines terre ſalutare dei noſtri. Et nota, quòd idem ipſe, qui eſt os vel verbum patris, ſecundum deitatem, eſt ſalutare ſecundum humanitatem.

¶Dicebat ergo ad turbas &c.) Hic commendatur prædicatio Ioannis à zeli ſeueritate. Et quia ſeueritati debet adiungi pietas, ideo præmittitur increpatio. Secundo verò adiungitnr exhortatio, ibi: (Facite ergo dignos fructus pœnitentiæ.) Tertio verò ſubinfertur comminatio ibi. (Iam enim ſecuris ad radicem &c.) Increpatio eſt culpę: Admonitio pœnitentię: ſed comminatio pœnalis vindictæ. Increpatio autem eſt de duobus, ſcilicet de certa malitia culpæ, & de ignorantia ſiue inconſideratione pœnæ. Increpat igitur de certa malitia culpæ ſub metaphora viperæ, cum dicitur: (Dicebat ergo ad turbas quę exibãt vt baptizarent ab ipſo: Genimina viperarũ & c.)

¶ Viperæ proprietates.

Nota quòd viperis eos comparat ob triplicem proprietatem: vipera enim cum momorderit hominem, ſtatim curit ad aquam. Sic iſti peccata mortifera confitentes curebant ad aquam baptiſmi. Contra quos dicitur Eccl'.34
Eccl'.34.d Qui baptizatur à mortuo, & iterum tangit mortuum, quid proficit lauatio illius? Item genimina viperarum, rumpendo viſcera materna naſcuntur, ſic iſti perſequendo prophetas, materna viſcera violabant. Matt.23. Teſti-
Matt.23.... monio eſtis vobiſipſis, quia filij eſtis eorum qui prophetas occid[illegible]nt. Et vos implete menſuram patrum veſtrorum. Serpentes genimina viperarum, quomodo fugietis à iudicio gehennæ? Item foris ſunt ſpecioſæ & quaſi pi-
Matt.23.c ctæ, ſed intus veneno repletæ. Sic & iſti Matthæi. 23. Similes eſtis ſepulchris dealbatis, quę foris parent hominibus ſpecioſa, intus verò plena ſunt oſsibus mortuorũ.

Increpat

M.E.C.D. 2017

Increpat etiam de inconsideratione pœnę,cum addit
(Quis ostendit vobis fugere à ventura irā?)Gregorius. Gregori.
Ventura ira est animaduersio vltionis extremę quamtūc
peccator fugere non valet, qui hic ad lamenta pœniten
tiæ non recurrit.1.Thess.5. Tunc repentinus eis superue 1.Thes.5a
nit interitus,sicut dolor in vtero habentis, & non effu-
gient.Item Apoca.6.Dicunt montibus:cadite super nos Apoca.6.
& abscondite nos à facie sedentis super thronum ,& ab
ira agni.Iere 25.Facta est terra eorum in desolationē à fa Iere.25.b.
cie iræ columbæ,& à facie iræ furoris domini,propterea
Iob.19.Fugite à facie gladij.Psal. Quo ibo à spiritu tuo Iob.19.d.
& quo à facie tua fugiam? Non in tharsis cum Iona.Io- Psal'o. 138
nę.1. Tharsis enim interpretatur exploratio gaudij.Sed Ionę. 1.a.
cum propheta in deserto pęnitētię.Psa.Elongaui fugiēs Psal'o.54.
mansi in solitudine.Matth.24. Tunc qui in Iudæa sunt, Mat.24.b
fugiant ad montes. Orate autem vt non fiat fuga vestra
in hyeme vel sabbatho.

¶Facite ergo fructus dignos pęnitentię &c)Hic ponitur
exhortatio de duobus,scilicet de humilitate satisfactio-
nis,& de cautela præsumptionis. Quantum ad humili-
tatem satisfactionis dicit.(Facite ergo fructus dignos pę
nitentiæ.)vt sit satisfactio condigna.Rom.6.Sicut exhi- Rom.6.e
buistis membra vestra seruire immunditiæ & iniquitati,
ad iniquitatem,ita nunc exhibete membra vestra seruire
iustitiæ,in sanctificationem . Quia dicitur Deute.25. Deut.25.a
Pro mensura peccati,erit &plagarum modus.VndeGre. Gregori.
Non est par fructus boni operis eius qui parum aut ni-
hil peccauit,& eius qui grauiter cecidit.Necesse est enim
vt tanto maiora sibi quis inferat lamenta per pœnitenti
am,quanto grauiora sibi intulit damna per culpam.

Quantum autem ad cautelam præsumptionis subdi
tur. (Et ne cœperitis dicere: patrem habemus Abrahã.)
Secundum illud Ioan:8.Semen Abrahæ sumus,& nemi
ni seruiuimus vnq̄.Rom.9.Neq; qui semen Abrahę sunt Ioan. 8.d
omnes filij,nisi etiam patrem imitentur.Ioann.8. Si filij Rom.9 b
Abrahæ estis,opera Abrahæ facite.Isaię.51. Attendite ad Ioan.8.e.
Abraham patrem vestrum, & ad Saram que peperit vos. Isaię.51.a.
Et rationem reddit cum ait.(Dico enim vobis quia po-
tēs est deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahę.)Ad

litteram

M.E.C.D. 2017

Sapĩ.n.c. literam potens quia ſapi.n. Subeſt tibi cũ volueris poſſe
Gregori. Vel de lapidibus,id eſt,de gentibus.Greg. Lapides rectè
Pſalo.113. dicũtur gẽtes quia lapides colũt,iuxta illud pſal.Similes
Ambroſi illis fiant qui faciunt ea.Ambro.Cõparat gentes lapidi-
bus,quia deformes ad vſum, nudi ad ornatũ, ſteriles ad
fructũ,irrationabiles ad profectũ.Et ex his ſuſcitati ſunt
Gala.3.d. filij Abrahę.Gal.3.Si aũt vos CHRISTI ſemẽ,ergo Abrahę
Rom.9.b eſtis.Roma.9. Nõ qui filij carnis,hi filij Dei, ſed qui filij
ſunt promiſsionis, æſtimãtur in ſemine. Tales imitãtur
Ioan.1.b Abrahã per fidẽ.Ioan.1. Dedit eis poteſtatẽ filios Dei fie
Mat.8.b. ri. Et ideo propter fidẽ Cẽturionis gẽtilis,dicitur Mat.8.
Multi ab oriente & occidente veniẽt,& recũbẽt cũ Abra
ham & Iſaac & Iacob in regno cœlorũ.
¶Iam eñ ſecuris ad radicẽ arboris poſita eſt.)Hic tertio
ſubditur cõminatio que duplex eſt,ſcilicet de preſenti &
de futuro.Quãtũ ad cõminationẽ de preſẽti dicitur.(Iã »
eñ,ſecuris ad radicẽ arboris poſita eſt.)Vnde gloſſ.Secu »
ris eſt ſeueritas iudiciaria ad penitus exſtirpãdas infru-
ctuoſas arbores,inquãtũ infructuoſe ſunt.In Canonica
Iudæ.7. Iude.Arbores autũnales infructuoſe,bis mortue.Et tales
Mat.21.b. deſignati ſunt per illã ficũ, quã arefecit dñs. Mat.21. vbi
dicit q̃ maledixit ficui,& cõtinuo aruit,& ratio huius fu
it,q̃a nõ iuenit in ea fructũ.Et tñ dicit alius euãgeliſta.ſ.
Marc.11.b Marcus,q̃ nõ erat tẽpus ficorũ. In quo inſinuat,q̃ oĩ tẽ-
Gala.6.b pore requirit dñs fructũ à nobis. Gala.6.Bonum aũt fa-
cientes non deficiamus: tempore enim ſuo & cætera.
Quantum aũt ad cõminationem de futuro additur.
(Omnis arbor non faciens fructũ bonũ)id eſt,omnis ho »
Prou.6.d mo inutilis ſine acceptione perſonę.Prou.6. Zelus & fu
ror viri nõ parcet in die vindictę,nec acquieſcet &c.(Ex- »
Infrà 13.b cidetur.)per mortẽ.Infrà 13. Succide illã vt quid etiã terrã »
Dani.4.a occupat? Et Dani 4.Succidite arborẽ,& preſcidite ramos »
eius,excutite folia eius,& diſpergite fructus eius. Arbor
ergo ſuccidit̃ nõ ſolũ ,ppter defectũ fructus,ſed etiã bo
ni fructus.(Et in ignẽ mittet.)ſ. per ęternã damnationẽ. »
Ioan.25. Io.15.dicit de palmite infructuoſo.Colligẽt eũ,& in ignẽ
Mat.25.d. mittẽt &c.Mat.25.Diſcedite à me maledicti in ignẽ ęternũ
Iſaię.66.g Et Iſa.66.Vermis eorũ nõ morietur,& ignis eorũ nõ extiguet
¶Et interrogabant eũ turbę)Poſtq̃ commendauit euan-
geliſta

M.E.C.D. 2017

gelista prædicationē præcursoris in generali, hic commē dat in speciali secundū eruditionem respectu specialium personarū populi. Commendatur autem doctrina eius in parte ista. Primo in cōparatione ad exigentiam populi in administrādo doctrinam sanam. Secundo in cōparatione ad excellentiā CHRISTI in vitando gloriā falsam, ibi. (Existimāte autem populo &c.) Tertio in cōparatione ad perfidiā tyranni in sustinendo pœnam inflictam, ibi. (Multa quidem & alia.) In primo commēdatur Ioānis prudētia. In secūdo Ioannis innocētia. In tertio patiētia. Quantū ad primū notandū, quòd secundū triplicē differentiā personarū audientiū, diuersas instructiones administrat: Primo ad turbas quæ gerūt personā subditorū. Secūdo ad publicanos, qui gerūt personā ministrorū. Tertio ad milites, qui gerūt personā rectorum siue præpositorū. Et in qualibet istarū partiū primo præmittitur quæstio, deinde additur responsio.

Primo ergo turbis interrogātibus dat documētū de eleemosynis faciendis, ppter q̄d dicit. (Et interrogabant eū turbę dicētes: Quid ergo faciemus?) Ex quo necesse est dignos fructus pœnitētiæ facere, igitur doce nos. Solicitī erant simplices addiscere magis q̄ mūdi sapientes. Vnde Ioan. 7. Nunquid ex principibus aliquis credidit in eū? Sed turba hæc quę non nouit legē maledicti sunt. Licet aūt ab hominibus reputentur maledicti & reprobi, non tamen apud Deum. Vnde dicitur Matth. 11. Abscondisti hęc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis Et Prou. 3. Et cū simplicibus sermocinacio eius. Tales interrogabant Ioannem tanq̄ prophetam magnū. Deut. 32 Interroga patrem tuū, & annunciabit tibi &c. Et quia humilem proponunt interrogationem ideo vtilem audiunt responsionem, cum subditur. (Qui habet duas tunicas, det vnam nō habenti.) Optimum consilium, quia sicut dicit saluator infrà 11. capite. Date eleemosynam: & ecce omnia munda sunt vobis. Sic faciebat Iob. 31. Si despexi pretereūtē, eò q̄ non habuerit indumentū, & absq; operimento pauperem, si non benedixerunt mihi latera eius, & de velleribus ouium mearum calefactus est. Et nota, quàm discretè docet, (vt qui habet duas tunicas.)

Ioan. 7. g.

Mat. 11. d.

Prou. 3. d.

Deut. 32. a

Infrà. 11. f.

Iob. 31. b.

Id est

M.E.C.D. 2017

Id eſt,alteram neceſſariam,alteram ſuperfluam: quod ſi bi eſt ſuperfluum,donet alteri cui eſt neceſſarium.Vnde
Beda. Beda de duabus tunicis diuidendis datur præceptum, quia ſi vna diuidatur,nemo veſtitur, nam nudus remanet & qui dedit & qui accipit.Quod autem dixit de veſtimento reſpectu defectus extrinſeci dixit.De alimento verò reſpectu intrinſeci:vnde ſubdit.(Et qui habet eſcas »
Iob.31.b. ſimiliter faciat.) Scilicet,ſi habet vltra neceſsitatem. Sic »
Tobi.4.c Iob.31.Si comedi buccellam meam ſolus.Et Tobias.Pa-
Iſaię.58.c nem tuum cum eſurientibus & egenis comede.Et de duobus prædictis ſimul habetur Iſaiæ.58.Frange eſurienti panem tuum &c.Et poſt:Cum videris nudum operi eũ. Et nota hic quòd per tunicã & eſcam intelliguntur oĩa,
Hierony. de quibus debet & poteſt fieri eleemoſyna. Vnde Hiero. Quicquid corpori noſtro ſufficere poterit,&humanę imbecillitati ſuccurrere,vna tunica appellẽda eſt:nos enim nudos natura profudit: & quicquid in præſentibus alimentis neceſſarium eſt,hoc vnius diei victus appellatur
¶Eleemoſyna. Nota etiam quòd in modo docendi exprimit, qualiter danda ſit eleemoſyna, & quales conditiones debeat habere. Prima eſt, vt ſit de propria ſubſtantia,propter
Prou.3.b quod dicit:(Qui habet.) Prou.3. Honora dominum de » tua ſubſtantia &c.Secunda eſt:quòd ſit de re aliquantulum neceſſaria,nõ omnino ſuperflua.Et ideo dicit:(Du- »
Beda. as tunicas.)Vnde Beda.Per hoc quòd tunica plus eſt neceſſaria vſui noſtro,quàm pallium,ad fructum dignę pœnitentiæ pertinet,vt non ſolum exteriora quæq; , & minus neceſſaria, ſed ipſa valde nobis neceſſaria diuidere cum proximis debeamus,ſcilicet vel eſcam, qua carnaliter viuimus,vel tunicam qua veſtimur.Vnde laudatur il
Mar.12.d. la vidua paupercula.Mar.12.Quæ de penuria ſua omne quod habuit miſit in gazophylaciũ, ſed alij ex eo quod eis abundabat.Tertio nota quod debet eſſe gratuita, ꝙ
Tob.4.b notatur in hoc quod dicitur:(Det vnam.) Tob.4.Si mul
Mat.10:a. tum tibi fuerit,abundanter tribue. Et Matth.10. Gratis accepiſtis,gratis date. Quarto notatur quòd ſit indigẽti tribuenda,cũ additur:(Det nõ habenti.)Infra.14 Cum
Infrà.14.c facis conuiuium,voca pauperes & cę. Et nota quòd verbum præmiſſum à quibuſdam expoſitoribus dicitur »
eſſe

M.E.C.D. 2017

esse præceptum,à quibusdam esse consilium:& hoc quia superfluum(quod notatur in altera tunicarum) duplex est. Prius respectu naturæ, sed non personæ, & hoc dare perfectionis est & consilij. Alterum est superfluum naturæ & personæ,& hoc dare,cum locus & tempus adest, & videt hominem egentem, nisi reseruet magis egenti, est præceptum,secundum illud. Ioannis.3. Qui viderit fratrem suum necessitatem habere & c. 1.Ioan.3 c

Secundo verò Publicanis quærentibus doctrinam, dat documentum de legibus seruandis,cum ait: (Venerunt autem & Publicani, vt baptizarentur.) Publicani autem dicebantur illi,qui publica vectigalia exigebant siue qui conductores erant vectigalium fisci: vel rerum publicarum. Vel qui vectigalia regia accipiebant ad summam. Et isti iam veniebant ad Ioannem,quasi desiderantes salutem magis quàm Scribæ. Mat.21. Publicani & meretrices præcedent vos in regnum Dei. Et exprimitur eorum diligentia,quum subditur quæstio.(Et dixerunt ad illum:Magister,quid facicmus?) Bene quidẽ, In hoc faciebant secundum consilium Isaiæ.1.Quiescite agere peruersè:Discite benefacere. Et secundum illud Ierem.6.State super vias, & videte, & interrogate de semitis antiquis,quæ sit via bona, & ambulate in ea. Et quia discretè quærunt,ideo fructuosè erudiuntur,quum subditur:(At ille dixit ad eos:Nil amplius quã quod constitutum est vobis,faciatis.) Constitutum inquã secundum legem diuinam.Deuteron.4. Non addetis ad verbum quod vobis loquor,neq; auferetis ex eo: custodite mandata domini Dei vestri.Sic respondit dominus adolescenti diuiti.Matthæ.19.Si vis ad vitam ingredi, serua mandata,Quia secundũ illud.Psal.In custodiendis illis retributio multa Eccl's.8.Qui custodit prçceptum, non experietur quicq; mali. Et nota prudentiã ipsius qua vnicuiq; præcipit secundum posse suum, videns etiam illos infirmos:Non apponit grauia, sed quantũ potest, mitigat sarcinam,secundum illud Rom.14.Infirmum autem in fide, assumite. Vnde Ioannes qui sibi erat rigidissimus, Publicanis infirmis factus est benignus, vt posset dicere illud apostoli.Primo Corinthio.9. Factus sum

Matt.21. c

Isaiæ.1. c.

Ioan.6.d.

Deut.4. a

Matt.19.c

Psal. 18.

Eccl.8.a

Rom.14 a

1.Corin.9

M.E.C.D. 2017

infirmis infirmus,vt infirmos lucrifacerem. Oĩbus omnia factus ſum & c. Et nota quòd hic Ioannes videbatur publicanorum officiũ ſuſtinere,cum tamen, Infrà quinto de Matthæo publicano inſinuetur officium illud infame,& propterea intelligendum eſt quod ad hoc quod tirbuta debitè exigantur, requiritur debita authoritas, debita cauſa,& debita menſura,& hoc notat, quum dicit:(Nihil amplius.)Ecce menſura.(Quàm quod conſtitutum eſt:)Ecce authoritas.(Vobis.) Id eſt ad vtilitatem cõmunitatis,ecce cauſa. Et quia hæc raro conſeruantur, ideo tales conſueuerunt eſſe peccatores & infames,non quia nullo modo bene poſsit fieri officium illud: ſed quia difficile, & rarum eſt vt non excedat conſtitutum.

Infrà.5.f.

¶Quæ requirãt ad hoc vt tributa debitè exigantur

Tertio verò, militibus percunctantibus dat documentum de rapinis vitandis, cum ſubditur: (Interrogabant autem eum & milites,dicentes: Quid faciemus & nos?) Et rectè ſecundum conſilium. Tobiæ quarto. Conſilium ſemper à ſapiente perquire. Et in hoc magna apparet virtus in Ioanne prędicante, Quòd ad ſe trahat homines, qui maximè videntur mundani. Vnde gloſſa. Magna vis in ſermone Ioannis, qui & Publicanos & milites ad conſilium ſuæ ſalutis cogit. Et nota, quòd quærunt. (Quid faciemus.)Secundum illud adoleſcentis. Infrà decimooctauo. Magiſter quid faciens,vitam æternam poſsidebo? Non ſic Phariſæi: ſed curioſè requirunt. Ioannis primo. Miſerunt Iudæi ab Ieroſolymis ſacerdotes & Leuitas ad Ioannem, vt interrogarẽt eum Tu quis es? Et poſt: Qui miſsi fuerant, erant ex Phariſæis, & interrogauerunt eum: Quid ergo baptizas? Et quoniam ſalutare conſilium quærebant, & verbum in tempore ſalutis non eſt retinendum: Ideo reſponſum ſalutiferum audierunt,quum ſubditur: (Et ait illis:) In quo documento illicita prohibet, quum ait: (Neminem concutiatis:) Id eſt, per vim potentiæ, (Neque calumniam faciatis.) Sub ſpecie iuſtitię. Leuitici decimonono. Non facies calumniam proximo tuo, nec vi opprimes eum. Nam ediuerſo. Malis malum commina-tur dominus. Iſaię tertio. Rapina pauperis in domo veſtra,quare atteritis populum meũ,& facies pauperũ commolitis

Tobię.4.

Gloſſa.

Infrà.15.d

Ioã.1.c.d.

Leui.19.c

Iſaiæ.3.c.

M.E.C.D. 2017

molitis? Per rapinam consueuerunt milites peccare, & ideo illam docet tanquam illicitam cauere: sed ne hoc videatur eis graue, ideo licita concedit, quum subdit: (Et contenti estote stipendijs vestris.) Stipendijs, id est, pro defensione rei publicæ statutis à superioribus vestris: quia talis miles Deo acceptus est. Ezechiel. 18. Vir si fuerit iustus, & hominem non contristauerit, pignus debitori reddiderit, per vim nihil rapuerit & cæt. Vita viuet. Talis enim contentus est stipendijs suis. Sed non sunt tales exactores de quibus. Isaiæ 3. Populum meum exactores sui spoliauerunt. Et ideo Augustinus de verbis Augusti. domini ait: Quisquis militiæ suæ cingulo vtitur, & stipendia sibi publicè decreta consequitur, si amplius quærit, tanquam calumniator est & concussor. Ideo enim militibus stipendia constituta sunt, ne dum quæstus quæritur, prædo grassetur. Et nota, quòd videtur beatus Ioannes hic militare officium approbare, cũ tñ videatur repugnare mãdatis de quibus pręcipit dñs, vt nullo modo se vindicet quis, nec propellat iniuriam, imò dicitur Mat. 5. Si quis te percusserit in dexteram maxillam tuã, prębe illi & alterã. Et ideo nota q̃ vsus militię potest esse licitus & illicitus. Ad licitũ aũt vsum militię oportet, q̃ cõcurrat conueniẽs persona, & causa. Persona scilicet indicẽtis bellum in qua requiritur, q̃ habeat potestatem. Itẽ persona agentis bellum, quę bebet esse laicus & secularis, nõ clericus vel religiosus. Item persona patiẽtis bellum, quę talis sit insolentię, vt per bellum sit cõpescenda. Causa aũt conueniẽs est, cũ est pro tutela patriç, vel pacis. vel fidei. quãdo ergo hæc cõcurrunt, tunc licitum est militare: sed quando deficit aliquod horũ: vtpote, quia defectus est ex parte personę, vel causę: vtpote cum, vel clericus vel vir religiosus (qui debet esse perfectus) vult bellum gerere, vel quando propter gloriam hominum vel vindictam, tunc est illicitum. Quod autem obijcitur de mandato euangelico, dicendum quòd intelligitur de patientia habenda in animo, non de corporali exhibitiõe. Sicut Augustinus ostendit in sermone domini in mõte. Vel dic, quòd illud dictum est perfectis. Quorum non est vinci à malo, sed vincere in bono malum.

Ecclꝰ. 18 b

¶ An militia probanda.

Matt. 5. f.

¶ Ad hoc vt militię vsus sit licitus quę requirãt.

Augusti.

M.E.C.D. 2017

Dictum est etiam subditis, non prælatis vel principibus & eorum officialibus, quia cum ipsi sint ministri legis, non ipsi puniunt vel occidunt, sed lex.

¶Aestimante autem populo &cæ.)Commendata est prę dicatio Ioannis in comparatione ad exigentiam popu li. Hic secundo commẽdatur in comparatione ad excel lentiam CHRISTI, in hoc quòd gloriam CHRISTO debitã non vsurpat. Vnde sicut suprà administrabat do ctrinam sanam, ita hic vitat gloriam nõ suam. Ad quod explicandum tria introducuntur. Primum est falsitatis existimatio in plebe. Secũdum est veritatis confessio in Ioanne. Tertium est sublimitatis commendatio in salua tore. Quãtũ ad existimationẽ falsitatis in plebe dicitur

Existimante autem populo & cogitantibus omnibus » in cordibus suis.) Existimatione falsa & cogitatione er- » ronea. (De Ioanne, ne forte ipse esset CHRISTVS.) in »
Ioan.1.c. lege scilicet promissus. Nec tantum existimantibus, sed & quærentibus exteriùs. Ioan.1. Miserunt Iudęi ab Ie rosolymis sacerdotes & leuitas ad Ioannem, vt interroga rent eum: Tu quis es. Et hoc, quia suspicabantur eũ esse
Suprà.1.f CHRISTVM. Vnde suprà. 1. capit. Quis putas puer iste erit? Nõ autem debebant eũ existimare CHRISTVM,
2.Cor.4.a sed eius ministrum, secundũ illud.1:Corin.4. Sic nos ęsti met homo, sicut ministros CHRISTI &c. Et ideo in
Beda. tali cogitatione errabant. Vnde Beda: Mira cæcitas Iudę orum, quòd in Ioanne sponte credebãt, hoc in saluatore tantis signis & virtutibus approbato, & ipso etiam Ioan
Matt,15.b ne attestante, non credere. Vnde non immeritò cæci, &
Isaiæ.5.e. duces cæcorum vocantur. Matt.15. Quia ponebant tene
Ioan.1.a bras lucẽ, & lucẽ tenebras. Vnde Ioan.1. Nõ erat ille lux.

Quantum ad veritatis confessionem in Ioanne sub- ditur. (Respondit Ioannes dicens omnibus.) id est pub- » licè: qua omnes errabant. (Ego quidem aqua baptizo »
Ambrosi. vos.) tantum (sicut dicit Ambrosius) corpora tingo. Ac » per hoc non sum saluator animarum, quem vos me arbi
Ioan.51.e tramini esse. Vnde ipse dixit Ioannis primo ca. Qui mi sit me baptizare in aqua, ille mihi dixit: Super quem vi deris spiritum descendentem, & manentem super eũ, hic est qui baptizat in spiritu sancto. Vnde cum quęreretur

à Iudęis

M.E.C.D. 2017

à Iudæis quis esset, (secundum quod dicitur Ioannis.1) Ioan.1.c.
Confessus est & nõ negauit. Et cõfessus est: quia nõsum
ego CHRISTVS. Et ideo poterat dicere illud.2.Corin 2.Cor.12.b
12. Parco autẽ: ne quis me existimet supra id quod videt
in me, aut aliquid audit ex me. Et nota quod est baptis- ¶Triplex
mus fluminis flaminis & sanguinis. Baptismus fluminis baptismo
est duplex: Quidam in aqua tantum, vt beati Ioannis.
Actuũ.19. In quo baptizati estis? Qui dixerunt in Ioan- Actu.19.a
nis baptismate. Quidam in aqua & spiritu vt baptis-
mus CHRISTI. Ioannis tertio. Nisi quis renatus fue- Ioan.3.a.
rit ex aqua & spiritu sancto &c. Baptismus flaminis simi
liter duplex est. Quidam in dono gratiæ. Actuum pri-
mo. Ioannes quidem baptizauit aqua, vos autem bapti Actu.1. a.
zabimini spiritu sancto. Quidã in verbo doctrinæ. Cã
ticorum quarto. Dentes tui, sicut greges tonsarũ, quę as- Cant. 1. a
cenderunt de lauacro, per quas prædicatores intelligi-
mus. Et Ioannis decimo quinto. Vos mundi estis pro- Ioan.15.a
pter sermonem quem locutus sum vobis. Baptismus san
guinis etiam duplex est. Quidam in tribulatione. Isaię
quarto. Si abluerit dominus sordẽ filiarum Sion, & san- Isaię.4. a.
guinem Ierusalem lauerit de medio eius in spiritu iu-
dicij, & spiritu ardoris. Quidam in morte. Lucæ duo Luc.12.g.
decimo: Baptismo habeo baptizari, & quomodo coar-
ctor vsq; dum perficiatur.

Quantum autem ad commẽdationem sublimitatis
" in saluatore subditur: (Venit autem fortior me.) Commẽ
dat autem Ioannes CHRISTVM quantum ad myste-
rium incarnationis, quantum ad sacramentum repara-
tionis, & quantum ad iudicium retributionis. In primo
est nostræ salutis initium. In secundo incrementum. In
tertio complementum. Quantum ad mysterium incar
" nationis dicit. (Venit autem fortior me.) Fortior, digni-
or, & excellentior. Isaiæ nono. Vocabitur nomen eius Isaię.9.b.
admirabilis. Quia primo Corinthiorum primo quod 1.Cor.1.d
infirmum est Dei, fortiùs est hominibus. Et hoc quidem
" non modicum, sed incomparabiliter, ideo subditur. (Cu
" ius non sum dignus soluere corrigiam calceamentorum
" eius.) Ad literam potest hoc esse, vt tantum se humiliet,
quòd non sit dignus seruire ei in humillimo ministerio

M.E.C.D. 2017

Matt.3.c. Vnde etiam & in Matthæo.3.ca. Cuius non ſum dignus calceamenta portare. Vel ſpiritualiter per calceamentum intelligitur humana natura aſſumpta, ſecundum illud
Pſal.59. Pſal. In Idumæam extendam calceamentum meum, per corrigiam intelligo ipſam vnionem. Eſt ergo ſenſus ſecũ
Beda. dum Bed. (Cuius nõ ſum dignus &c.) id eſt incarnatiõis »
Apoa.5.b myſterium explicare: quia dicitur Apoc.5. Nemo inuẽtus eſt dignus aperire librum, & ſoluere ſignacula eius, niſi ſolus agnus. Aliter intelligitur tertio modo ſic. (Nõ ſum » dignus &c.) id eſt euangelicam prędicationem per mun- »
Beda. dum portare. Vnde Beda: Calceamentum nuptiale, eſt
Ephe.6.c euangelica prędicatio, qua calceati fuerũt apoſtoli Eph. 6. Calceati pedes in præpararionem euangelij pacis. Aliter etiam quarto modo exponitur, vt ſit ſenſus: (Nõ ſum » dignus ſoluere.) id eſt, ipſum ſecundum morem legis diſ »
Ioan.3.d. calciare, & vxorem eius mihi copulare. Vnde Ioan.3. Qui habet ſponſam, ſponſus eſt: amicus autem ſponſi ſtat &c Sed ſecundum primum ſenſum maius videtur habere teſtimonium. In quo mira exprimitur beati Ioannis humilitas: cum enim reputatur à Deo maximus, ipſe reputat
Eccl'i.3.c. ſe minimum: ſecundum illud Eccleſiaſti c.3. Quanto magnus es, humilia te in oĩbus, & corã Deo inuenies grãm
Quantum ad ſacramentum reparationis, ſubditur.
Actu.1.a. (Ipſe vos baptizabit in ſpiritu ſancto.) Actuũ primo. Io- » annes quidẽ baptizauit aqua, vos autem baptizabimini
Ioan.3.a. ſpiritu ſancto. Alioqui. Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu ſancto, non poteſt introire in regnum Dei. Et hoc quidem erat interius. (Et igni.) Hoc dicitur quantũ »
Actuũ .2. ad ignum exterius. De quo dicitur Actuum ſecundo. quòd apparuerunt illis diſpartitę linguę tanquam ignis
Et hoc quia ſpiritus ſancti amor rectè per ignẽ deſigna-
Is[illegible]12.f tur: ſecundum quod dicitur infrà duodecimo. Ignem ve ni mittere in terram &c. (Vel igni.) ſcilicet tribulationis »
Soph.3.b purificantis à ſequela peccati: ſecundum illud Sophonię tertio. In igne zeli mei deuorabitur omnis terra. (Vel » igni.) ſcilicet purgatorio, in quo purgabitur ſcoria pecca »
1.Cor.3.c ti. Primo Corinthiorum tertio. Ipſe autem ſaluus erit,
Pſal'o.16. ſic tamen quaſi per ignẽ. (Vel in igni.) tentationis. Pſal. » Igne me examinaſti, & non eſt inuenta in me iniquitas.

Quantũ

M.E.C.D. 2017

" Quantum ad iuſtitiam retributionis,ſubdit.(Cuius
" ventilabrum in manu eius.) Hic autem iuſtitia retribu-
tionis commendatur quantum ad tria,ſcilicet quantum
ad iudicium diſcretiuum meritorum: quantum ad præ-
miationem bonorum: & quantum ad punitionẽ repro-
borum.Quantum igitur ad iudicium diſcretiuum,dici
" tur.(Cuius ventilabrum in manu eius.) Hoc dicit ad po
teſtatem iudiciariam,qua diſcernuntur boni à malis: ſi-
cut per ventilabrum purgantur frumenta à ſcoriis. Iere-
miæ decimo quinto. Diſpergam eos ventilabro in por- Iere.15.b.
" tis terræ.Et dicitur.(In manu eius.)id eſt,plenaria pote
ſtate:ſecundum illud Ioannis quinto. Pater omne iudi- Ioan.5.d.
cium dedit filio. Et ideo dicitur primo Petri quinto.
Humiliamini ſub potenti manu Dei, vt vos exaltet in 1.Pet.5.b.
tempore viſitationis. Malachiæ tertio. Ecce venit dicit Mala.3.a
dominus exercituum, & quis poterit cogitare diem ad-
tus eius?Et quoniam poteſtatis iudiciariæ eſt ſequeſtra-
re bonos à malis, vt bonos glorificet & malos affligat.
Ideo quantum ad diſcretionem & ſequeſtrationem,dici
" tur.(Et purgabit aream ſuam.)Iohelis vltimo.Mundabo Iohel.d.
ſanguinem eorum,quos non mundaueram:&dominus
commorabitur in Sion.Quia verò boni permixti ſunt
modo malis occultis.Ideo dicitur in Pſalmo:Ab occul- Pſal.18.
tis meis munda me: in perſona eccleſiæ. Hoc fiet,quan-
do implebitur illud Eſaiæ vigeſimoſexto. Tollatur im- Iſaiç.26.b
pius, ne videat gloriam Dei. Et alibi. Foris canes, & Apoc.22.c
venefici & impudici, & homicidæ, & idolis ſeruientes.
Et nota, quòd eccleſia militans intelligitur per areolam
propter arctitudinem humiliratis. Canticorum ſexto.
Dilectus meus deſcendit in hortum ſuum ad areolam Can.6.a.
aromatum. Sed per aream eccleſia triumphans, pro-
pter latitudinem charitatis.Iudicum ſexto.Ponam hoc Iud.6.h.
vellus lanæ in aream & cætera. Hæc mundatur in fine,
ſecundum illud Matthæi decimotertio. Sic enim erit in Matt.13.g
conſummatione ſeculi,exibunt angeli, & ſeparabũt ma-
los de medio iuſtorum,

Quantum autẽ ad præmiationem bonorum dicitur:
" (Et congregabit triticum in horreum ſuum.) Et hoc eſt,
quando ſancti in gloria in vnũ reducũtur.Iſa.56.Hęc ait Iſaiç.56.c

M.E.C.D. 2017

dominus Deus, qui congregat diſperſos Iſrael. Adhuc
Iſaię.56.c. congregabo ad eum congregatos meos. Et rectè electi
ratione fructuoſitatis comparantur tritico, ſecundum il
Ioan.12.d lud. Ioann.12. Niſi granum frumenti cadens in terram,
Iob. 5.d. mortuum fuerit & c. Iob.5. Ingredieris in abundantia
ſepulchrum, ſicut infertur aceruus tritici in tẽpore ſuo.

Quantum vero ad punitionem reproborum, ſubdi-
tur: (Paleas autẽ comburet igni inextinguibili.) Paleas »
Iere. 23.f. reprobos vocat, quia ſunt materia combuſtionis. Iere.23.
Iob .21. c. Quid paleis ad triticum, dicit dominus? Vnde Iob.21.
Erunt ſicut paleæ ante faciem venti, & ſicut fauilla quã
Pſal'o.82. turbo diſpergit. Pſal. Deus meus pone illos vt rotam, &
ſicut ſtipulam ante faciem venti. Et ita paleæ ſunt in pa-
bulum ignis ſempiterni, qui nec extinguitur nec extin-
Iſaię.66 g guit. Et ideo. Iſai. vltimo. Vermis eorum non morietur,
Deut.32.d & ignis eorum non extinguetur. Et Deut.32. Ignis ſuccẽ-
ſus eſt in furore meo, & ardebit vſq; ad inferni nouiſsi-
¶ Triplex ma. Hæc autem palearum aduſtio longe erit à tritico cõ
eſt bono gregato, quia iſti erunt in inferno, boni autem in paradi
rũ cõgre- ſo, in qua congregabuntur in gloria, quia hic congrega
gatio. ti fuerunt in gratia. Ideo intelligẽdum, quòd triplex eſt
Eccl'i.51.d congregatio, ſcilicet ad ſtudiũ veritatis. Eccleſi.51. Appro
piate ad me indocti, & congregate vos in domum diſci-
Iohe.2.d. plinæ. Ad exercitium virtutis. Iohelis.2. Canite tuba in
Sion, ſanctificate ieiunium, vocate cętum, congregate
populum, ſanctificate eccleſiam & c. Ad præmium fęlici-
Pſal'o.46. tatis. Pſalm. Principes populorum congregati ſunt cum
Deo Abraham. Ad exercitium virtutis, videlicet in ora-
Actuũ 4 f tione. Actu.4. Cum oraſſent, motus eſt locus in quo erãt
Actuũ 1 d congregati. In prædicatione. Actuũ.1. Oportet ex his vi-
ris qui nobiſcum ſunt congregati, (Et poſtea) teſtem re-
ſurrectionis eius nobiſcum fieri vnum ex iſtis. In cõuer-
Matt.18.c ſatione. Mat.18. Vbi ſunt duo vel tres congregati in no-
mine meo, ibi ſum in medio eorum. Ad ſtudiũ veritatis,
Deut.4.b ad cog[illegible]ſcendũ diuina præcepta. Deut.4. Congrega ad
me populũ, vt audiãt ſermones meos. Ad cognoſcẽdum
Pſal'o.49 diuina ſacramenta. Pſalm. Congregate illi ſanctos eius:
qui ordinãt teſtamẽtum eius ſuper ſacrificia. Ad cogno-
Geñ.49 a ſcendum diuina promiſſa. Geneſis.49. Congregamini
ad me

M.E.C.D. 2017

ad me filij Iacob,vt annunciem quæ ventura ſunt vobis
Ad præmium fęlicitatis per cohærentiam pacis. Mat.24. Mat.24.c.
Mittet filius hominis angelos ſuos.Et poſtea·Et cõgre
gabunt electos eius à quatuor ventis &c. Per refulgen=
tiã lucis.Iſa.60.Oẽs iſti cõgregati ſunt,venerũt tibi.Per Iſaię.60 a
cõſonãtiã laudis.Pſa.Saluos nos fac dñe deus noſter,& Pſal'o.105
cõgrega nos de nationibus, vt cõfiteamur noī ſctõ tuo.
¶Multa quidem & alia exhortans euangelizabat &cet.)
Suprà commendauit prędicationem Ioannis in compa
ratione ad exigentiam populi, & excellentiam CHRI=
STI. In hac parte commendat in comparatione ad per=
fidiam tyranni.In qua laudatur eiuſdem patientia:quia
Prouer.19.Doctrina viri per patientiam noſcitur.In hac Prou.19b
ergo parte primo introducitur Ioannes, exhortans po=
pulum obedientem.Secundo corripiens principem prę=
uaricantem.Tertio ſuſtinens aduerſariũ perſequentem.

Quantum ergo ad exhortationem populi obedien=
" tis dicitur(Multa quidem & alia exhortans euangeliza=
" bat populo.) Sed tamen omnia erãt ad bonum.2.Cor.6.
Adiuuantes exhortamur, ne in vacuum gratiam Dei 2.Cor.6.a
recipiatis &c.Et.1. Theſſal.2. Exhortatio noſtra non de 1.Theſ 2a
errore,neq; de immunditia,neq; in dolo. ſed ſicut pro=
bati ſumus à deo,vt crederetur nobis euangelium.Et ra
" tio ſubditur.(Euangelizabat.)id eſt,bona annunciabat.
Iſa.52.Qꝫ pulchri ſuper mõtes pedes annũciãtis & prędi= Iſaię.52.b
cãtis pacẽ: annũciantis bonũ, prædicantis ſalutem &c.

Quantum ad correptionem principis præuaricantis
" ſubditur.(Herodes autem Tetrarcha.) de quo habitum Suprà eo
" eſt ſuprà. (Cũ corriperetur ab illo de Herodiade vxore dem.a.
" fratris ſui.)Mat.14.Dicebat enim illi Ioannes:Non licet, Mat.14.a
" tibi habere eã &c.(Et de oĩbus malis quę fecit Herodes)
Et ita non parcebat ei.Eccl'i.10. Gloria diuitũ,& hono= Eccl'i.10 c
ratorũ, & pauperũ,timor Dei eſt: non deſpicere hominẽ
iuſtum pauperẽ, & non magnificare virũ peccatorẽ di=
uitem.Vnde ſibi cõperit illud quod dicitur de [illegible]ſeo Ec=
cl'i.48. In diebus ſuis non pertimuit principẽ, & potẽtia Eccl'i.48b
nemo vicit illũ, nec ſuperauit illũ verbũ aliquod. Et qa
publicè peccabat, publicè arguebat,ſecũdũ illud.1.Tim. 1.Tim.5 c
5.Peccantes corã omnibus argue,vt & cæteri timorẽ ha=
beant

M.E.C.D. 2017

Titũ.2.d. beant. Et hoc quidem audacter. Ad Titum.2. Hæc loqu[re] re & exhortare, & argue cum omni imperio.

Quantum ad tolerantiam aduersarij persequentis, subditur de Herode (Adiecit & hoc super omnia, & inclu »
sit Ioannem in carcerem.) Et sic verificatum est illud Ec- »
Eccl'i.3.d. clci.3. Cor nequam grauabitur in doloribus, & peccator adijciet ad peccandum. Et hoc iusto Dei iudicio. Apo.22
Apoc.22 c Qui in sordibus est, sordescat adhuc. Et sic verificatum
Amos.5.c est illud Amos.5. Odio habuerunt corripientẽ in porta.
3.regũ.22. Sicut Achab Michæam.3.Regũ.22. Sicut Sedechias Iere-
Iere.32.a. miam trigesimosecundo. Sicut alius Herodes Petrum.
Actu.12.a Actuum.12. Propter quod ad Hebræos vndecimo. Alij
Hebr.11 g ludibria & verbera expreti, insuper & vincula & carceres se cti sunt &c.

¶ Factum est autem cũ baptizaretur & c) Postquam commendauit euangelista præcursoris prædicationẽ, & officij executionem in generali & speciali, hic commendat in singulari respectu CHRISTI, ad quẽ principaliter tota prædicatio ordinata fuit. Sicut enim dicit ipse bap-
Ioan.1.d. tista Ioannis.1. Vt manifestetur in Israel, propterea venĩ ego in aqua baptizans. Describitur ergo hic spiritualis regeneratio CHRISTI, quæ principaliter intẽta est in toto capitulo. Habet aũt hæc pars duas. In prima determinatur CHRISTI regeneratio sacramentalis. In secũ
Supra eo da vero CHRISTI genealogia temporalis, ibi: Et ipse IESVS erat incipiens & c.) Quantum ap primum duo introducuntur. Primum est humiliatio per susceptionẽ sacramenti in assumpta humanitate. Secundum est clarificatio per exhibitionem testimonij à tota trinitate, ibi:
Ibidem (Apertum est cœlum &c.) Circa susceptionem sacramẽti in forma serui, notandum quòd triplex designatur humiliatio in CHRISTO. Prima respectu populi associatis: secunda respectu ministri baptizantis. tertia respectu
¶ Christi humilitas. Dei exaudientis. Humiliatio autem respectu populi associantis notatur cum dicit:

Factum est autem cum baptizaretur omnis populus) »
Per populũ plebs humilis intelligitur, inter quos CHRISTVS humilis esse non dedignatur: quoniam secundũ psalmistam. Excelsus dominus, & humilia respicit. Ratione

M.E.C.D. 2017

one cuius humilitatis dicitur infrà.22.Ego autem in me= Infrà.22.c
dio veſtrum ſum ſicut qui miniſtrat.Et Ioannis 1.dicitur Ioan.1.d.
Medius autem veſtrum ſtetit quem vos neſcitis.Et nota
quòd(oīs populus)idem eſt quod multi de populo,quia
infrà.7.dicitur. Phariſæi autem & legiſperiti conſilium Infrà.7.d
dei ſpreuerunt in ſemetipſos,non baptizati ab eo. Et ſic
accipitur Matth.3. Exibat ad eum Ieroſolyma & omnis Matt.3.d.
Iudæa,& omnis regio circa Iordanem,& baptizabantur
« ab eo.(Et IESV baptizato.)ſcilicet à Ioanne: quę fuit
mera humilitas, vt dominus vellet baptizari baptiſmo
ſerui.Vnde dicitur Matth.3.quòd Ioannes dixit:Ego à te Matt.3.d.
debeo baptizari. Et ſequitur ſine modo: ſic enim decet
nos implere omnem iuſtitiam,id eſt perfectam humilita
tem,qua non tantū ſuperiori & pari,ſed & inferiori ſub=
iecit ſe.Baptizatus autem eſt CHRISTVS,non vt ſan=
ctificaretur baptiſmo,ſed vt vim regeneratiuā aquis con
ferret. Vnde Chryſoſtomus. Peccatorū remiſsionem nō Chryſoſt
accepit, ſed aquas baptizandis omnibus ſanctificauit. ¶Cur
Baptizari etiam voluit,vt aliīs exemplum & formam da Chriſtus
ret,quia ſecundum quod dicitur Actu.1. Cœpit IESVS baptizari
facere & docere. Vt etiam ſuo baptiſmo innoteſceret,ſi= voluerit.
cut dicitur Ioan.1.Vt manifeſtetur in Iſrael &c.Baptiza= Actu.1.a.
tus eſt etiam, vt baptiſmum præcurſoris approbaret, & Ioan.1.d.
oſtenderet Phariſæis,quòd Ioannis teſtimonio creden=
dum erat ſicut cœleſti.Ad quos Matth.21. Baptiſmus Io= Matt.21.c
annis vnde erat,è cœlo an ex hominibus?

Humiliatio autem reſpectu Dei exaudientis notatur,
« cum dicitur.(Et orante.)ſcilicet ad dominum,ſecundum Pſal.36.
illud Pſal. Subditus eſto domino,& ora eum. Hebræ.5. Hebr.5.b.
Preces, ſupplicationeſq; ad dominum offerens exaudi= Ioan.11.f.
tus eſt pro ſua reuerātia.Vnde Ioan.11.Pater gratias ago ¶ Sēp &ī
tibi,quoniam exaudiſti me: ego autem ſciebā,quia ſem= oīb⁹actis
per me audis, ſed propter populum qui circunſtat, dixi: ſuis Chri
vt credant quia tu me miſiſti.In omnibus inuenitur do= ſto oraſſe
minus orans,ſiue in baptiſmi ſuſceptione:ſiue in prædi= legitur.
catione: ſiue in miraculorum operatione: & paſsione:&
ſacramenti diſpenſatione, vt oſtendat illud, quod infrà
dicitur decimo octauo:Oportet ſemper orare & non de= Luc,18.a.
ficere.

Orauit

M.E.C.D. 2017

In baptiſmi ſuſceptione, ſicut hic. (Et factum eſt IESV baptizato, & orante.) vt daret formam orandi accedẽtibus ad baptiſma.

Lucę.5.d. In deſerti ſolitudine. Infrà.5. cap. Ipſe ſecedebat in deſertum, & orabat, vt formam daret contemplantibus.

Lucę.6.b In prædicatione. Infrà.6. Factum eſt autem in diebus illis · exĩt in montẽ, vt oraret: vt formã daret prędicatoribus.

Ioan.11.f In miraculorum operatione. Ioã.11. Pater gratias ago tibi & cæ. vt daret formam operantibus.

Orauit enim Chriſtus,

Mat.26.d In paſsione. Mat.26. Progreſſus cecidit in faciem ſuam, vt formam daret ſuſtinentibus,

Infrà.22 b In corporis adminiſtratione. Infrà.22. Accepto calice gratias egit, vt formam daret ſacerdotibus.

Infrà.23.f In ſpiritus commẽdatione infra.23. Pater in manus tuas commendo ſpiritũ meũ: & hęc dicens expirauit, vt formã daret morientibus. Et ſic omnibus eſt orandum.

¶Apertum eſt cœlnm &c.) Poſt humiliationem in ſuſceptione ſacramenti, ſubditur clarificatio in exhibitione teſtimonij. Et vt teſtimoniũ ſit firmum, ideo oſtenditur eſſe trium perſonarum omni acceptione maiorum, id eſt perſonæ filij, & ſpirituſſancti, & patris, adeſt enim lux, columba, & vox. Lux ad ſignificandum perſonam filij: columba ſpirituſſancti: vox verò perſonam patris æterni. Ad ſignificandam igitur filij perſonam dicitur. (Apertũ eſt cœlum.) In qua ſcilicet apertione fulgor magnus apparuit. Ioan.8.b. Ioan.1.b. Hebr.1.a. Pſal'o.18. Ipſe enim filius dicit de ſe Ioann.8. Ego ſum lux mundi. Ioan.1 Erat lux vera. Et ad Hebræ.1. Qui cũ ſit ſplendor gloriæ, & figura ſubſtantiæ eius. Dum ergo cœli aperti dant ſplendorem, verificatur illud pſalmiſtæ. Cœli enarrant gloriam Dei, id eſt, filij, qui eſt ſplendor. In hoc enim deſignatũ eſt quod virtute baptiſmi CHRI

STI

M.E.C.D. 2017

STI aperitur ianua cœli ad intrandũ baptiſatis,ſecũdũ illud pſalmiſtæ.Notas mihi feciſti vias vitę &c.Apparuit etiã ipſe filius in natura aſſumpta.Ad Tit.;.Benignitas& humanitas apparuit ſaluatoris noſtri Dei: non ex operibus iuſtitiæ quæ fecimus nos.Seqtur vt iuſtificati gratia ipſius hæredes ſimus ſecũdũ ſpem vitę ęternę. Quia enim nemo aſcendit in cœlum,niſi qui deſcendit de cœlo,id eſt,niſi ſit membrum CHRISTI qui deſcendit de cœlo, nec hoc fieri poteſt,vt ſit membrum CHRISTI, niſi per ſacramentum regenerationis: ideo in baptiſmo aperti ſunt cœli.Et ſicut per Adæ carnalem generationẽ clauditur cœlum,ita per regenerationem ſpiritualẽ aperitur. Et ſicut propter concupiſcentiæ ardorem poſitus eſt flammeus gladius ad cuſtodiam ligni vitæ,ſicut dicitur Geneſis.;. Sic per humorem gratiæ mitigantis concupiſcentiam, in baptiſmo amouetur romphæa, & aperitur porta.Danie.;.Angelus domini deſcendit in fornacem, & fecit medium fornacis quaſi ventum roris flantem.Et hic eſt angelus de quo Ioannis quinto.Angelus domini deſcendebat ſecundum tempus in piſcinam, & mouebatur aqua,& ſanabatur vnus. Pſal'o :15. Titũ.;.b Ioan.;.b. Geñ.;. d. Dani.;.e. Ioan.5.a.

Rurſus ad deſignandam ſpiritus ſancti perſonam ad-
« ditur.(Et deſcẽdit ſpititus ſanctus corporali ſpecie ſicut
« columba in ipſum)Ioan.1.Super quem videris ſpiritum deſcendentem & manentem ſuper eum, hic eſt qui baptizat &c.Deſcendit autem in ſpecie columbæ,ratione ſignificationis, quia ſicut dicit Chryſoſtomus. Auis iſta præ omnibus cultrix eſt maximę charitatis.Vnde apparuit CHRISTO in perfecto animali: ſed diſcipulis in linguis,vt ſignificetur quod in CHRISTO fuit, ſecundum omnimodam plenitudinem:in aliis per partes.Vnde dicitur Ioannis tertio. Non ad menſuram dat Deus ſpiritum.Apparuit etiam ſuper diſcipulos in igne,ſed ſuper CHRISTVM in columba.qnia ſicut dicit Gregorius:CHRISTVS nos per manſuetudinem venit colligere,& ideo ſuper ipſum apparuit in columba:ſed ſuper diſcipulos in igne,ad quos, ad conſumendam rubiginẽ quam in ſemetipſis habebant,& vt eos accenderet, veniebat. Et optime competit baptiſmo apparitio ſpiri- Ioan.1.e. Chryſoſt. Actu.2. a. Ioan.;.d. Gregori. Marc.1.a.

tus

M.E.C.D. 2017

tus ſancti in columba, propter innocentiam quã baptiſ-
Geñ.8.b. ſmus reſtituit. In cuius rei ſignũ, dicitur. Geñ. 8. Quòd co-
lumba poſt diluuiũ attulit virentis oliuæ ramũ. Per illud
1.Pet.3.d. diluuium ſicut dicitur. Primę. Pet. 3. In quo paucę, id eſt,
octo animę ſaluę factę ſunt per aquã &cę. intelligitur ba-
ptiſmus. Vnde per columbam reducentẽ ad arcam ramũ
virentis oliuæ, intelligitur innocentia manſuetudinis,
¶ Spiritꝰ cũ gratia vnctionis. Et nota, ꝙ ſpiritus ſanctus apparuit
ſanctus in triplici ſpecie, ſcilicet, in columba in baptiſmo. In nu
in triplici be in transfiguratione. Mat. 17. In igne ſuper diſcipulos.
ſpecie ap Actu. 2. Et reſpondent hæc tribus ſtatibus. Incipientibus
paruit. enim illabitur, vt columba, quia reddit eos gementes, &
Mat.17.a. meditantes. Iſa. 59. Quaſi columbę meditãtes, gememus
Actu.2.a. Et. 38. Sicut pullis hirundinis, ſic clamabo, & meditabor,
Iſaię59.c. vt colũba. Proficientibus vt nubes: quia conamine men-
Et.38.c. tis facit eos ſurſum aſcẽdere, de virtute in virtutẽ, vſque-
quo eleuet ad cœlũ, vt ibi videatur Deus deorum in Siõ
Pſal'o.83. Pſalm. 83. Perfectis in igne, quia illos inflammat, vt ſur-
ſum tendant per deſiderium. Et etiam proximos accen-
Lucę.12.f. dant per benefacta. Infrà duodecimo. Ignem veni mit-
tere in terram, & quid volo, niſi vt accendatur? In cuius
4.reg.2.b. rei ſignum dicitur, quarti Regum ſecũdo. Quod Elias
aſcendit in cœlum in curru igneo. De quo igne. Thre-
Thre.1.d norum primo. De excelſo miſit ignem in oſsibus meis,
& erudiuit me.

Poſtremo ad ſignificandam perſonam patris, ſubdi-
tur: (Et vox de cœlo facta eſt.) Et tunc verificatũ eſt il- »
Pſal'o.28. lud Pſalmiſtę. Vox domini ſuper aquas, Deus maieſtatis
Deut.4.f. intonuit. Et illud Deutero. 4. De cœlo te fecit audire vo-
cem ſuam. Et quòd hæc vox eſſet in perſona patris, oſtẽ-
ditur, quum adiungitur: (Tu es filius meus.) Scilicet, »
Pſal'o.2. vnigenitus, ab æterno genitus. Pſalmiſta. Dominus di-
xit ad me: Filius meus es tu. Et in hoc perhibuit ei pater
Ioan.8.c. teſtimonium, ſecundum illud. Ioannis octauo. Ego ſum
qui teſtimonium perhibeo de meipſo, & teſtimonium
perhibet de me, qui miſit me, pater. Vnde Primę Ioannis
1.Ioã.5.b quinto. Si teſtimonium hominum accipimus: teſtimo-
niũ Dei maius eſt, quod teſtificatus eſt de filio ſuo. (Tu.)
Ergo hic diſcretiuè accipitur: quia nullus alius. Vnde »
vnige-

M.E.C.D. 2017

vnigenitus diciur Ioãnis primo. Deum nemo vidit vn- Ioan.1.c.
quam: vnigenitus Dei filius, qui est in sinu patris, &
cætera. Quia secundum illud Psalm. Ex vtero ante lu Psal.109.
ciferum genui te. Et quia istum summè diligit, ideo addi
tur: (Dilectus.) Per quem & alij odiosi diliguntur. Eph.1. Ephe.1.b.
Gratificauit nos in dilecto filio suo. Et iterũ. Collossen- Coll.1.b.
sium primo. Transtulit in regnum filij dilectionis suæ.
" Et ad maiorem expressiõem, additur. (In te complacuit
" mihi.) Omne scilicet, quod placet, & hoc propter perfe-
ctissimũ nexũ amoris, qui est inter patrem & filiũ. Pro.3. Prou.3.b.
Quasi pater in filio complacet sibi. Collo.1. In ipso com Colloc.1.
placuit plenitudinem omnem inhabitare, pacificans per
sanguinem crucis eius, siue quę in terris, siue quę in cęlis
sunt: & ideo dicitur. Ioannis.8. Qui misit me, mecum Ioan.8.c.
est, & non reliquit me solum: quia quæ placita sunt ei,
facio semper. Sic ergo perhibitum est testimoniũ CHRI ¶ Cõclu-
STO in voce à patre, à spiritu sancto in columba, à fi- sio.
lio in luce, & sic firmum est testimonium: quia in ore triũ
testium stare debet omne verbum. Et sic verificatum est
illud. 1. Ioannis quinto. Tres sunt qui testimonium dãt 1.Ioã.5.b.
in cœlo, pater, verbum, & spiritus sanctus, & cæt. Et nota
quod Matthæi tertio, dicitur de hac voce: Hic est filius Matt.3.d.
meus dilectus in quo mihi complacui: sed Marc.1. Tu es Marc.1.a
filius meus dilectus, in te complacui. Lucas hic: Tu es
filius meus dilectus in te complacuit mihi. In his autem
non est contrarietas, quia nõ sonum verborum, sed sen
tẽtiam exprimũt, sicut dicit Augustinus in libro de con- Augusti.
cordia euangelistarum. Ideo autem fit differenter, quia
vox ista patris, est significatiua, quòd CHRISTVS
sit verbum patris simillimum & expressum: & ideo pla-
cidissimum. Quoniam pater se dicit verbo in se, & in no
bis, per quod se alijs declarat, dicit etiã oĩa verbo, quę cũq;
dicit, & hoc perfectissimum est. Et quia non poterat no-
bis hoc simplici verbo euãgelista exprimere, licet illa vox
cęlestis totum hoc insinuaret: ideo euangelistæ expres-
serunt diuersimode, ita quod Matthæus insinuat com- Matt.3.d.
placentiam patris, respectu verbi, in quantum dicit se
in se. Et ideo dicit: (In quo mihi complacui). Lu- Lucę.3.c.
cas respectu verbi, in quantum pater verbo omnia dicit:

Et ideo

M.E.C.D. 2017

Et ideo ait: In te cõplacuit mihi, generaliter ſcilicet quie
Eccli.20a quid placet. Marcus reſpectu verbi in quantũ pater ver-
bo ſe dicit nobis: & complacet alijs, & ideo dicit, in te
complacui.

¶Et ipſe IESVS erat & cæte.) Poſt regenerationem ſa-
cramentalem, in qua etiam declarauit generationẽ ęter-
nalem, ſubiungit hic genealogiam temporalem, circa
quam tria introducuntur conſideranda. Primum eſt tẽ-
pus procedentis ad excludendum intellectũ fantaſticũ.
Secundũ eſt modus procedẽdi ad excludendũ intellectũ
carnalem. Tertiũ eſt proceſsionis gradus, ſiue ,pgreſſus
ad fortificandum intellectum fidelem. Primo igitur inſi
nuat tempus ætatis vt illi conuincantur, qui credunt
CHRISTVM verũ hominem non fuiſſe, propter quod
dicit. (Et ipſe IESVS erat incipiens quaſi annorũ tri- »
ginta.) Incipiens ſcilicet alijs ſe manifeſtare & prędicare »
Dicit autem quaſi annorum triginta quia ſecundñ quoſ
dam erat viginti nouem annorum & tredecim dierum:
ſecũdum alios habebat triginta annos & tredecim dies
In quo etiam præbuit exemplum vt nullus debeat doce
re ante ætatem adultam quantamcunq; habeat ſapien-
Eccli.20 a tiam. Vnde Eccli.20. Homo ſapiens tacebit vſq; ad tem-
Eccli.32.b pus. Et ideo dicitur. Eccli.32. Adoleſcens loquere in tua
Num.4.c cauſa vix cum neceſſe fuerit. Vnde Numer.4. Filij Ger-
ſon nõ niſi à triginta annis vſque ad quinqnaginta nu-
merabantur ad portandum onera tabernaculi. Licet au
Iere.1.b. tem ita ſit de lege communi: tamen aliquando aliter fa-
Dani.13.e cit dominus de priuilegio ſpeciali, ſicut legitur de Iere-
Sapi.10.d mia.1. Noli dicere: Puer ſum. Et Dani.13. De quo dicitur:
Quòd ſuſcitauit Deus ſpiritum pueri iunioris. Ideo di-
Pſalm.8. citur. Sapien.10. Quòd ſapientia aperuit os mutorum, &
Sapi.4.b. linguas infantium fecit diſertas. Et in Pſalmiſta. Ex ore
infantium & lactentium perfeciſti laudem. Attamen
priuilegia paucorum non ſunt trahenda ad conſequen-
tiam, nec diuinæ operationi & gratiæ eſt lex imponen-
Sapi. 4.c. da: quia ſicut dicitur. Sapien.4. Cani ſunt ſenſus homi-
nis, & ætas ſenectutis, vita immaculata. Et iterum. Con-
ſummatus in breui expleuit tempora multa.

Deinde ſcribit modum proceſſus, quum dicit: (Vt puta-
batur

M.E.C.D. 2017

batur filius Ioseph. In quo ostendit ꝙ secundum generationẽ tẽporalem non habebat patrem verũ, sed putatiuũ quia de virgine natus. Ioseph nãq; putabãt hoies eius patrẽ secundũ quod dicitur. Infra. 4. Nonne hic est filius Ioseph? Sed ex hoc videt, ꝙ genealogia sequens nihil facit ad CHRISTVM, secundũ veritatẽ. Ad quod respõdet Bed. per Hieronymũ, ꝙ nõ est cõsuetudinis scripturarũ, vt mulierũ in generationibus ordo taxatur. Deinde & Ioseph & MARIAM ex eadẽ tribu dicit esse generatos Vnde & lege tenebatur eã accipere vt propinquã. Cuius etiã signũ est, ꝙ simul in Bethleẽ cẽsentur: sicut habetur suprà. 2. cap. Et ideo generationis series vnius, ad alterũ pertinet: ex quo apparet, q̃ parũ in scriptura de MARIA sit sermo: si enim de ipsa non fiat sermo in CHRISTI genealogia propter seruãdũ morẽ scripturarũ, cũ tñ videat quasi necessarium, multò minùs fieri debet circa, pprios actus. Nõ fit aũt sermo de mulieribus in ordine genealogiarũ: tũ propter defectũ ex parte naturę, qa fœmina est vir vel mas occasionatus. Tũ propter defectũ ex parte significatię, quia nõ CHRISTVM sed eccleſiã significat nõ superiorẽ portionẽ rationis, sed inferiorẽ. 1. Cor. 11. ca. Tũ propter defectũ ex parte officiꝫ, quia nec docere nec prę̃sidere eis cõpetit Tũ propter defectũ ex parte remediꝫ quia ei cõpetit nõ remediare, sed remediari. Tũ propter defectũ principiꝫ, quia non vir ex muliere est, sed mulier ex viro. Tũ propter memoriã primi peccati. 1. ad Timo. 2 Adã nõ est seductus: mulier aũt &c. Et hac ratione nõ fit decursus p mulieres, nec est mos in scripturis, nec fit mentio magna de MARIA, quia euãgelia inceperũt à prę̃cursore. Mar. 1. Initiũ euãgeliꝫ IESV CHRISTI &cæ. Et etiã propter prædictas rationes: scriptũ tamẽ in veteri testamẽto fuit, quod esse poterat figura virginis in aliquibus mulieribus, quę MARIAE & ecclesię figurã gesserũt

Tertio adiũgit gradus processionũ, cum addit: (Qui fuit Heli &c.) Sed huic videtur cõtrairi illud Matt. 1. vbi dicitur quòd Iacob genuit Ioseph qui descẽdit per Salomonẽ. Si ergo impossibile est, quòd aliquis simul à duobus generetur, aut ista genealogia, aut illa Matthæi est omnino erronea. Ad cuius rei euidẽtiã est notãdũ, quòd

Lucę. 4. d

Beda. Hierony.

Supra. 2 a

¶ Cur in genealogiis sacris nulla fiat mulierũ recensio.

1. Cor. 11 a
Ibidẽ. 14 f
1. Cor. 11 b
1. Tim. 2 d

Marc. 1. a.

Matt. 1. b.

M.E.C.D. 2017

Matthat qui deſcẽdit à Dauid per Nathan. Et Matthan, qui deſcẽdit à Dauid per Salomonẽ habuerũt ſucceſsiue vnam & eãdem vxorem, ex qua Matthan genuit Iacob, & Matthat genuit Heli. Et ita Heli & Iacob fuerũt duo
Deut.25.b fratres vterini. Heli aũt accepta vxore mortuus eſt ſine liberis, & ideo ſecundũ legẽ Iacob frater eius, illã accepit, vt ſuſcitaret ſemẽ fratri ſuo, & ex illa genuit Ioſeph virũ MARIAE. Ioſeph ergo ſecundũ carnem fuit filius Iacob qui deſcẽdit per Salomonẽ, ſed ſecundũ legem fuit Heli, qui deſcendit per Nathan. Et quoniã ad perfectè ſcribendam genealogiã ſaluatoris, oportuit eam ſcribi & ſecundũ legẽ, & ſecundũ naturã, ideo ſpiritus ſanctus hoc fecit
Matt.1.a. per duos euangeliſtas: quia Matthæus ſcripſit carnalẽ & Lucas legalẽ. Hoc aũt non eſt factum ſine cauſa rationabili. Matthęus nanq; proſequitur CHRISTI regnũ & humanitatẽ ſecundũ quod ſucceſsit Dauid loquitur eñ
Geñ.22.d de deſcẽſu eius ad noſtrę carnis ſnſceptionẽ. Et quia hæc ſuſceptio fuit primo promiſſa ipſi Abrahę, & repromiſſa
Pſal.o.88. ipſi Dauid, ideo incipit genealogiã ſaluatoris ab Abrahã deſcendendo per Dauid & Salomonẽ, qui ſucceſsit ei in regno. Hinc eſt etiã quod deſcendẽdo ſolũ quadraginta intermedias generationes ponit, quia per illũ numerum vniuerſitas temporis deſignatur, ſecundũ quod dicit Au
Auguſti. guſtinus in libro de concordia euangeliſtarũ: generatur enim ſi denarius ducatur per quaternariũ. Vel ſecundũ aliũ modũ cõputãdi, interſerit quadraginta duas generationes, ſecũdũ quadraginta duas mãſiones filiorũ Iſrael,
Num.33.a numerorũ.33. Ita quod Iechonias bis cõputetur, ad deſignandũ lapidẽ angularẽ CHRISTVM. Et generat hic numerus ex ſenario ducto per ſeptenariũ. In quo deſignat
ac deinceps. preſentis tẽporis ſtatus. Et quia CHSISTI generatio
M[illegible].a. ſecundũ carnem deſcribitur per Matthęũ, ideo ponitur in principio libri. Lucas autem proſequitur ſacerdotium CHRISTI, per quod in adoptionẽ filiorũ recõciliamur à ſtatu peccati: quod quidẽ fit per ſacramentalẽ regenerationẽ: ideo proſequitur filiationem CHRISTI adoptiuam ſiue legalem, aſcendendo vſq; ad Deum. Et hoc per ſeptuaginta ſeptẽ gradus, quia per illum numerũ (vt dicit
Auguſti. Auguſtinus) peccatorũ vniuerſitas deſignatur, generatur enim

enim per vndenarium ductum per ſeptenarium. Ideo etiam genealogiam iſtam, non in principio libri, ſed poſt baptiſmum CHRISTI ponit, quoniam igitur finis imponit neceſsitatem his quæ ſunt ad finem, & Lucas principalis intentionis oculum dirigebat ad CHRISTI ſacerdotium, Matthæus verò ad CHRISTI regnũ: hinc eſt quòd genealogiã CHRISTI aliter atq; aliter ſunt proſecuti, quam à ſpiritu ſancto ducti, non caſu contrario atq; fortuito, ſed varietate quadam conſona, & articulata deſcripſerunt.

Ex his apparet cauſa ſeptiformis differentiæ inter Lucam & Matthæum

¶ In quib⁹ differãt Lucas atq; Matheus dũ Chriſti deſcribũt genealogiam.

Scilicet,

In perſonis per quas, propter duplicẽ modũ paternitatis ſecũdũ naturã .ſ. & legẽ, primũ Matthęus, ſecundũ Lucas: primo modo per Salomonẽ, ſecũdo per Nathã

In progreſſu, quia Matthęus deſcẽdendo, Lucas verò aſcendẽdo: & hoc quia natura eſt principiũ propagandi, ſed gratia reducendi.

In modo, quia Matthęus dicit, genuit: Lucas, qui fuit, qa ille generationẽ naturalẽ, hic diriuationẽ legalem.

In tempore, quia Matthæus ab exordio. Lucas ab anno triceſimo, quia ille exordiũ naſcendi, hic reconciliandi.

In ſitu quia Matthęus à principio, Lucas à baptiſmo, quia ille generationem, iſte regenerationem principaliter attendit.

In ſtatu, quia Matthęus vſq; ad Abraham Lucas ad Deũ, quia ille naturam, iſte gratiam quę filios ſanctificat.

In numero quia Matthęus in ſeptuaginta duabus generationibus, & quadraginta perſonis, vna bis computata ad deſignandũ vniuerſitatem peregrinationis, ad quam deſcendit. Lucas ſeptuaginta ſeptem, per numerũ trãſgreſsionis, quã CHRISTVS per baptiſmũ expiauit.

M.E.C.D. 2017

Spiritualiter notandum quòd omnia nomina quę exprimuntur in genealogia saluatoris, aliquid mysterij important, quod valeat ad salutem. Propter vitandū tamē fastidium & curiositatē, attendenda sunt loca dūtaxat insigniora & principaliora in his gradibus designata: scilicet, primus, septimus, decimus, decimus septimus, septuagesimus, septuagesimus sextus, & vltimus. Et ita septem loca insignia. Ita vt in primo sit nostræ salutis initium In vltimo cōplemētū: & ī intermedio ꝓfectus incremētū

Primo loco ponitur IESVS, qui interpretatur saluaMatt.1.d. tor. quia saluat & liberat à seruitute peccati. Matth.1. Et vocabis nomen eius IESVM, ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum. Et hoc est initium nosPsal.33. strę salutis, à malo recedere. Psalmista. Quis est homo qui vult vitā, & diligit dies videre bonos. Diuerte à malo &c. Septimo loco Ianne, qui interpretatur dextera, quia peccato remisso transferimur de sinistra ad dextram. AdCollo.1.b collossen.1. Eripuit nos de potestate tenebrarum, & transtulit in regnum filij dilectionis suæ, id est, de sinistra adMatt.25.c dextram. Matt.25. Statuet oues à dextris suis, hœdos aūt à sinistris. Decimo loco Amos, qui interpretatur onerās, quia translati in gratiam inuitamur ad onera legis portMat..11.d tanda. Matt:11. Venite ad me omnes. Sequitur Tollite iugum meum super vos &c. De quo iugo & onere dicitur Thre.3.d Threnorū .3. Bonum est viro cum portauerit iugum ab adolescentia sua &c. Decimoseptimo loco Ioseph, qui interpretatur augmentum, quia seruādo & portādo onus legis augmentamur in gratia. Ephe.4. Veritatem faciēEphe.4.c tes in charitate, crescamus in illo per omnia &c. Et Col-Collo.1b lo.1. Ambuletis dignè deo, per omnia placentes, in omnī opere bono fructificantes. Septuagesimo loco Enoch, q interpretatur dedicatio, quia proficiendo in merito & charitate peruenimus ad mētis quietem, in qua habitat deus, sicut in templo dedicato. Ioan.14. Siquis diligit meIoan.14.c sermonem meum seruabit, & pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus Et hoc templum sursum formatur in cœlo per contemGeñ .5.c. plationē: sicut Enoch, de quo Genes.5. Ambulauit cum Sapi.4.b. Deo, & non apparuit: quia tulit eum Deus. Et Sapien. 4.

Placens

M.E.C.D. 2017

Placens deo &c. Dein: Raptus est, ne malitia mutaret animũ eius. Septuagesimo sexto loco Adam, qui interpretatur homo, quia perfectio quietis & contemplationis, reformat in nobis imaginẽ Dei, ad quam factus est homo. Gene. 1. Faciamus hominem ad imaginẽ & similitudinẽ nostrã &c. Hanc reformat cõtemplatio. 2. Corint. 4. Nos verò omnes reuelata facie gloriã domini speculãtes, in eandẽ imaginẽ transformamur à claritate in claritatem. Et postmodũ: Licet is qui foris est noster homo corrũpatur &c. Postremo loco subiũgitur Deus, ad quẽ tẽdimus in quo est quies, & finis oĩm laborũ. Ioã. 17. Hęc est autẽ vita ęterna. vt cognoscãt te, solũ Deũ verũ, & quẽ misisti IESVM CHRISTVM &c. 1. Corin. 15. Deinde finis cũ tradiderit regnũ Deo & patri, cũ euacuauerit omnẽ principatũ & potestatẽ & virtutẽ. Et post: Vt sit Deus omnia in omnibus. Nunc enim est verum illud quod dicitur 1. Corin. 11. Omnis viri caput, Christus est: caput aũt mulieris, vir: caput vero CHRISTI, Deus. Tũc aũt verum erit illud quod dicitur. 1. ad Corin. 3. Oĩa vestra sunt, vos aũt CHRISTI, CHRISTVS aũt Dei. Quoniã ex ipso & per ipsum & in ipso sunt oĩa: ipsi Deo trino & vni, oĩs honor & gloria in secula seculorum. Amen.

Gene. 1. d
2. Cor. 4 d
2. Cor. 4 d
Ioan. 17. a
1 Co 15 c d
1. Cor. 11 a
Ibidẽ. 3. d
Rom. 11 d

CAPVT QVARTVM.



ESVS autem plenus spiritu sancto &c.) Suprà determinauit euangelista de incarnationis mysterio siue de CHRISTI natiuitate. In hac parte agit de prædicationis magisterio siue doctrina. Et quoniam duplex est opus sapientis in docendo, scilicet, non mentiri, de ijs quæ [illegible]uit, & mentientem manifestare posse: ideo pars ista habet duas In prima explicat veritatem. In secunda confutat falsitatem, infrà. 11. Erat IESVS eijciens dęmonium &c. Prima pars in qua explicat veritatem doctrinæ, habet quatuor. In quarum prima doctrina CHRISTI demon-

Infrà. 11 b
¶ Diuisio

M.E.C.D. 2017

ſtratuſ authentica. In ſecunda determinatur diſcipulorũ
Infrà.5:a. vocatio. Infra.5.(Factum eſt,cũ turbę & c.)In tertia voca
Infrà.6.b torũ inſtitutio. Infrà.6.(Factum eſt in illis diebus &c.)In
Infrà.9. a quarta inſtitutorum delegatio. Infrà.9. (Et conuocatis
duodecim apoſtolis,dedit illis &c.) Ordo & ſufficientia
partiũ per ſe apparet. Prima igitur pars in qua agitur de
doctrinę CHRISTI authoramento cõtinet præſens ca-
pitulum. Et habet tres partes:qm̃ doctrina CHRISTI
tripliciter oſtenditur authentica:aut ex ipſo merito vitę
aut ex teſtimonio ſcripturæ, aut ex miraculo potentiæ.
Ibidem e Ideo in prima parte oſtendit authoritas doctrinęChriſti
ex vitę merito. In ſecũda,ex ſcripturę teſtimonio,ibi:(Re
greſſus eſt IESVS in virtute ſpiritus.)In tertia,ex poten
tię miraculo,ibi:(Et deſcendit in Capharnaũ &c.)Vbi de
terminantur miracula. Meritũ autem conſiſtit in victo-
Iob.7.a. ria tentationum: vt dicitur. Iob.7. Quia militia eſt vita
hominis ſuper terrã,Et ideo deſcribit euangeliſta quali-
ter tentationẽ diabolicam ſuperauit. Ad cuius integram
deſcriptionem tria ſunt opportuna, ſcilicet, tentationis
occaſio,tentandi modus,quem tangit ibi:(Dixit autẽ il-
li diabolus:) Et tertium tentationis cõſummatio quã ibi
exprimit.(Et conſummata omni tentatione &c.)Tentã-
¶Vnde anſã diabolus ſũpſerit tentãdi Chriſtum. di autem motiuũ ſumpſit diabolus ex quatuor conſide-
ratis in CHRISTO. Primũ eſt gratiæ plenitudo: Secun-
dũ,loci ſolitudo: Tertiũ eſt ſuſpitio diuinitatis, propter
mirabilem abſtinentiã. Quartũ eſt inſpectio infirmitatis
propter apparentẽ indigentiam. Conſideratio plenitu-
dinis gratiæ per inuidiam mouit diaboli volũtatem ad
tentandũ. Conſideratio ſolitudinis præſtitit tẽtandi ma
lignitatẽ. Suſpicio diuinitatis mouit tentandi curioſita
tẽ. Inſpectio neceſsitatis prębuit tẽtandi opportunitatẽ.
¶Introducit ergo plenitudinẽ gratiæ in CHRISTO, di-
cẽs (IESVS aũt plenus ſpũ ſancto,regreſſus eſt à Iordane) »
Non quia ibi primo impletus fuerit, ſed quia tũc primo
plenitudo eius apparere cępit in alios redundãdo, ſcdm
Ioan.1.b: illud. Ioã.1. Et vidimus gloriã eiꝰ &c. Et poſt: De plenitu
dine eius accepimus oẽs. Plenus inquam, nõ ſolum ſuf-
Collo.1.c ficienter ſed & ſuperabundanter. Vnde Collo.1. In ipſo
Ibidẽ.2.b cõplacuit oẽm plenitudinẽ inhabitare. Et ſecũdo. In ipſo in-

M.E.C.D. 2017

ſo inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter.
Deinde adiungit loci ſolitudinẽ, quia in deſerto. Ideo
« addit:(Et agebatur in ſpũ in deſerto.)A ſpiritu ſcilicet ſan
cto. Agere em̃ benignitatis eſt. Vnde. Ro. 8. Quicũq; ſpi Rom. 8. c
ritu dei aguntur, hi ſunt filij dei. Hinc dicit Grego. Con Gregori.
ueniẽter accipitur, vt à ſpiritu ſancto ductus credatur, vt
illuc eũ ſuus ſpiritus duceret, vbi ad tentandũ malignus
ſpiritus inueniret. Vnde in deſertũ adduxit, vbi conſue-
uit deus animæ familiariter colloqui, ſecundum illud.
Oſe. 2. Ducam eã in ſolitudinem, & loquar ad cor eius. Oſeę. 2. c.
Et ideo in Pſal. Anima ſancta. Ecce elongaui fugiens: & Pſal. 54.
manſi in ſolitudine. Sic & Dauid. 1. Reg. 23. Morabatur in 1. reg. 23 b.
deſerto, manſitq; in monte ſolitudinis. Et determinatur
tempus, ſcilicet. (Diebus. 40.)Vt ſic veritas reſpondeat fi-
guræ. Sic Moyſes. Exo. 24. Sic Elias. 3. Reg. 19. Vt ſic CHRI Exo. 24. d
STI ieiunij tam à lege q̃ à prophetis habeat teſtimoniũ. 3. reg. 19 b
Et ne credas ibi CHRISTVM ad requiem declinaſſe,
« additur. (Et tentabatur à diabolo.) Non interius, ſed ſo
lum exterius. Sicut em̃ dicit Gregor. Mentem eius pecca Gregorĩ.
ti dulcedo non momordit. Ad Hebræ. 4. Non habemus Heb. 4. d.
pontificem, qui nõ poſsit cõpati infirmitatibus noſtris:
tentatum autẽ per omnia pro ſimilitudine abſq; peccato
Et nota ſpiritualiter, q̃ hic dicitur CHRISTVS agi in Matt. 4. a
ſpiritu: & Mat. 4. dicitur duci & Marc. 1. dicitur expelli. In Marc. 1. b
quo ſignificatur, q̃ ad deſertũ pęnitẽtiæ venitur triplici- ¶ Tribus
ter, ſcilicet timore, ſeueritatis, cuius eſt expellere à malo puenitur
ad bonũ. Eccli. 1. Timor dñi expellit peccatũ &c. Splen- ad deſer-
dore veritatis, cuius eſt ducere. Pro. 4 Duxi te per ſemitas tũ pœni-
ęqatis dicit ſapiẽtia &c. Amore bonitatis, cuio eſt agere. tentiæ.
Ro. 8. Quicũq; ſpũ dei agũtur &c. Siue per cõminatiões Eccli. 1. c.
admonitiões, & ,pmiſsiões, quæ tria rñdent in nobis tri- Prou. 4. b
bus vitibus aĩæ, ſcilicet, iraſcibili, ratiõali & cõcupiſcibili Rom. 8. c
« Tertio ĩtroducit mirabilẽ abſtinentiã, cũ adiũgit(Et ni
« hil mãducauit in dieb9 illis.)Scilicet. 40. Ex quo diabol9
eſt ſuſpicat9 eſi deũ, qa ieiunabat ſupra poteſta humanã, q̃ vltra triduũ cõmunit nõ ,pcedit. Vñ. Ma. 15. dicit de Matt. 15. d
turbis per triduũ ieiunãtib9, dimittere eos ieiunos nolo
ne deficiãt &c. Et nota hic, q̃ ſaluator ieiunauit añ tẽta- Infrà. 24. e
tionẽ, & cõedit poſt reſurrectionẽ ad noſtrã inſtructionẽ Actu. 1. a.

M.E.C.D. 2017

Ieiunat enim CHRISTVS ante mortem carnis, quo clamat: abstinete vos à carnalibus desideriis, dum estis in agone. Comedit post resurrectionem, quasi diceret: dum habetis corpus mortale, spe immortaliratis iã pascamini: quia dum viam domini carpimus, & à vanitate seculi ieiunare, & refici debemus promissione futuri, vt
Psal'o. 16. semper dicamus satiabor dum apparuerit gloria tua.

Postremo addit apparentem indigentiam, cum subiũgit. (Et cõsummatis illis posteà esurijt.) Noluit enim am- »
Ambrosi. plius abstinere, ne diabolus posset percipere. Vñ Ambro. Esurit ne innotescat sublimis Deus: fames enim domini pia fraus est, ne caueat tentare diabolus, & impediatur triumphus. Et nota quod esuriuit in tẽtatione, sicut hic
Ioan. 19. f dicitur. Et sitiuit in passione, sicut dicitur Ioã. 19. vt ostẽderet se habere veram humanitatem, & vt inuitaret ad paupertatem, & pœnitentiæ pœnalitatem. Vnde Apostoa. Cor. 11 f lus. 2. Corin. 11. In fame & siti, in ieiuniis multis, in frigore & nuditate. Esuriuit autem & sitiuit non sibi, sed nobis quibus promeruit refectionem spiritualem corporis
Ioan. 6. f. & sanguinis sui, quibus reficimur & potamur. Ionnis. 6. Caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus.

¶Dixit autem illi diabolus & c. Postquam descripsit occasionem tentationis, hic describit modum tentandi, &
¶Cõmutabile bo nũ triplex est, ad q̃d abstrahimur & illicimur, dum peccamus. Infrà eodem. a. Infrà eodem. b. hoc secundum triplex motiuum. Motiuum enim ad peccatum est commutabile bonum, quod est in triplici differentia. Aut enim est inferius, hoc est carnis. Aut exterius & hoc est mũdi. Aut interius, & hęc est excellẽtia aĩ: Ex primo efficitur homo voluptuosus: ex secũdo curiosus: ex tertio præsumptuosus. Primo ergo modo infert tẽtator suggestionẽ per bonũ, inferius quod est carnis, vt alliciat adgula m. Secundo per bonũ exterius, quod est mundi, vt alliciat ad auaritiam, & hoc ibi. (Et duxit eum diabolus in montem.) Tertio verò per bonum interius, quod est excellentia animi, vt alliciat ad pompam siue superbiam, ibi. (Et duxit illum in Ierusalem &c.) Et hæc tria respondent tribus, quibus tentauit & vicit hominem primum, & habent istę tentationes ordinatum processum ab inferiori ad superius, quia per primã, impetitur quãtum ad actum vegetabilis. per secundam, quantum ad

actum

M.E.C.D. 2017

actum sensibilis· per tertiam verò,quantum ad actum ra tionalis.Quantum ergo ad primam tentationem,nota diabolum suggerentem,& deinde dominum respondentem.Suggerentem diabolum introducit,cum ait.

« Dixit aũt illi diabolus:Si filius Dei es,dic lapidi huic vt panis fiat.) Quod dicit vt ipse de eo sumat experientiam,& vt incitet ad gulam.Quia enim homo es esuriẽs dic vt reficiaris.Non quia de refectione CHRISTI aliquid pertinet ad eum.Prouerb.23. Comede & bibe,dicet tibi,& mens eius non est tecum.Sed si filius Dei es,hoc ipsum dicas,nempe lapidi vt panis fiat,vt si fiat,omnipotens cognoscaris.Eccli.8.Omne quod voluerit faciet,& sermo illius potestate plenus est. Vnde nota dolum diaboli in tentando,quia cum videret CHRISTI infirmitatem,& dubitaret de diuinitate,voluit diuinitatem cognoscendo cauere,& humanitatem seducendo deijcere. In quo simul erat fraudulentia &superbia·secundũ illud Iob.41. Omne sublime videt,ipse est rex super vniuersos filios superbiæ.

Prou.23.a

Eccli.8.a

Iob.41.d.

Huic autem tentationi malitiosæ & superbæ obuiat responsio Dei humilis & discreta,quia celat diuinitatem « & vitat carnalitatem,vnde subditur·(Et respondit ad il« lum IESVS.Scriptum est:Quia non in pane solo viuit « homo.) Sapie.16.Non natiuitatis fructus pascunt homines, sed sermo tuus hos qui in te crediderint conseruat. « (Sed in omni verbo quod procedit de ore Dei.)Hoc scriptum est Deutero:8. Afflixit te penuria,& dedit tibi cibũ manna, quod ignorabas tu & patres tui, vt ostenderet tibi,quòd non in solo pane viuit homo,sed in omni verbo quod egredietur de ore domini.Vnde Ioan.6.Verba quæ ego locutus sum vobis,spiritus & vita sunt.Et nota quòd CHRISTVS se defendit per scripturam, in quo celat suam sapientiam, & occultat potentiam,& conseruat iustitiam,& sic diaboli suggestio omnino irritata est quia nec de Deo sumpsit experientiam,nec ho[illegible]nẽ pertraxit ad gulam. Vnde verificatum est illud Iob.26. Prudentia eius percussit superbum, videlicet diabolum, & ex hoc apparet nobilitas scripturæ, qua CHRISTVS in tentatione,velut clipeo se defendit, secundum illud.

Sapi.16.d

Deut.8.a

Ioan.6.g

¶Scriptura [illegible]olus pellit.

Iob.26.d.

Prouer

M.E.C.D. 2017

Prou.30.a Prou.30. Oĩs ſermo dñi ignitus clypeus eſt ſperãtibus in
Ebhe.6.c ſe. Vnde Ephe.6. In oĩbus ſumentes ſcutum fidei, in quo poſitis oĩa tela nequiſsimi ignea extinguere, & galeã ſalutis aſſumite, & gladium ſpiritus, quod eſt verbum Dei. ¶Et duxit illum diabolus & cę.) Hic deſcribitur ſecunda tentatio, circa quam duo ſunt attẽdenda. Primũ eſt diabolica ſuggeſtio: & ſecundũ eſt dñica reſponſio, quę notatur ibi: (Et reſpondens IESVS, dixit illi &c) Circa ſuggeſtionẽ diaboli nota Ductionẽ, Oſtenſionẽ, Promiſsionem, Suaſiouẽ. Ductio aũt fit, quaſi impotẽti, cum tamẽ
Sapi.12.c. dicatur. Sapi.12. Subeſt tibi, cũ volueris poſſe. Vnde dicit:
Et duxit illũ diabolus in mõtẽ excelſum) Duxit inquã tanq̃ infirmũ, nõ tñ inuoluntariũ, ſicut Petrũ, de quo Io
Ioan.21.c ann.21, Cum ſenueris, alius te cinget, & ducet quo tu nõ vis: ſed duxit tanq̃ humiliter permittentẽ ad eum modũ
Iſaię.53.b. quo dicit. Iſaias.53. Sicut ouis ad occiſionem ducetur, & quaſi agnus corã tondẽte ſe obmuteſcet &c. Si ergo hoc ſuſtinuit à mẽbris diaboli: quid mirũ, ſi patiẽter ſuſtinuit à capite malorũ? (Et duxit in montẽ.) Quia cũ ſit ſuper-
Iſaię.14.c bus, ſemper alta petit. Iſa.14. Super aſtra dei exaltabo ſolium meũ, & ſedebo in mõte teſtamenti. Et quia in loco
3.reg.22.c eminente facilè ruit homo. Vnde.3. Reg.22. Vidi cũctum Iſrael diſperſum in montibus.

Oſtenſio fit quaſi ignorãti, cũ in ipſo ſint oẽs theſauri
Collo.2.a ſapientię, & ſcientię abſconditi. Ad Collo.2. Vnde addit: (Et oſtendit illi oĩa regna orbis terrę in momẽto tẽporis) Et nota, q; oſtendiſſe dicitur oĩa regna mundi, nõ ſingulariter, ſed generaliter: vt dicit quidam, id eſt, oẽs partes.
Beda. Vel ſecundũ Bed. Oſtendit oĩa concupiſcibilia mũdi, in
Matt.4.b. quibus hoĩes regnant, vnde ſignãter dicitur Mat.4. Oſtẽdit ei oĩa regna mundi, & gloriã eorũ. Oſtendit aũt non q; viſum ei ampliaret: ſed vanitatem humanę põpæ (quã amabat) quaſi ſpatioſam oſtendẽs, facere volebat amari. Et quia hęc nõ durat, ſed cito tranſit: ideo in breui tẽpore oſten[illegible]t, propter quod adiũgit: (In momento tẽporis,
Beda. Vnde Be. Non eñ tã cõſpectus celeritas indicat, q̃ caducę fragilitas poteſtatis exprimitur. In momẽto eñ cuncta il
Iſaię.40.d la p̃tereũt, & ſępe honor ſęculi abĳt anteq̃ venerit, hęc ille. Vñ. Iſa.40. Ecce gẽtes quaſi ſtella ſitulę, & quaſi momẽ-
ſtateręs

ſtatereæ reputatę ſunt. Quia Sapiẽ. 11. Tanquã momentũ ſtaterę, ſic eſt ante te orbis terrarũ, qm̃ vno momẽto, quæ erat præclarior natio illorũ, exterminata eſt, ſicut dicitur Sapi. 18. Et Pſalm. Vidi impium ſuperexaltatũ & c. Et tranſiui, & ecce non erat. Sapĩ. 11. d Sapi. 18. c. Pſal'o. 36.

Promiſsio verò fit ei quaſi indigenti, cũ tamen eius ſit orbis terrarum, & plenitudo eius, propter quod additur: Pſal'o. 23.

« (Et ait illi: Tibi dabo poteſtatem hanc vniuerſam, & gloriam illorũ &c.) Vt ſcilicet habeas dominiũ poteſtatis, & prędonium laudis: quaſi verò aliquid magni promitteret, cum poteſtas & gloria mũdi, quaſi nulla ſit, ſecũdum illud. Iſaię. 40. Omnis caro fęnum, & omnis gloria eius quaſi flos agri. Et primi Machab. 2. Gloria viri peccatoris, ſtercus & vermis eſt. Et illud Oſeę. 4. Gloriam eorum in ignominiam commutabo. Et vt promiſsioni oſtẽdat

« adhibendam eſſe fidem, adiungit. (Quia mihi tradita

« ſunt, & cui volo do illa) Iob. 9. Terra data eſt in manibus impij, id eſt, terrena poteſtas. Hoc aũt intelligitur permiſſiuè, nõ ſimpliciter, ſed ad tempus. Sicut dicitur. Daĩ. 11. Faciet iuxta voluntatẽ ſuã rex, & eleuabitur, & magnificabitur aduerſus oẽm deũ. Et poſtea. Et muliplicabit gloriã & dabit eis poteſtatẽ in multis, & terrã diuidet gratuito. Et Apo. 13 dicitur: Quòd draco dedit poteſtatẽ beſtię. Hoc autẽ permittit Deus iuſto ſuo iudicio. Qui tranſfert regna, atq; conſtituit, ſicut dicitur. Danie. 2. Vel ſicut dicit Bed. Hoc dicit ex arrogantia, nõ quòd in toto mũdo habeat poteſtatem, vt poſsit oĩa regna dare diabolus Cũ ſolus Dei filius vere dicat: Oĩa mihi tradita ſunt à patre meo. Mat. 11. Et rurſus Mat. vl. Data eſt mihi oĩs poteſtas in cęlo & in terra &c. Sed qa ipſi oĩs inordinatio poteſtatis aſſcribit, ideo, vt ſupbus arrogat ſibi totũ. Vñ oĩs poteſtatis ordinatio à deo eſt, ſicut dicit Ro. 13. Sed iordinatio à diabolo: vñ. 1. Io. 3. Qui facit pęccatũ, ex diabolo eſt

Iob. 9. c. Dani. 11. f &. g. Apoc. 13. a Dani. 2. c. Beda. Matt. 11 d Ibidẽ. 28 d Rom. 13 a 5. [illegible] 3. b.

Quarto vero fit ſuaſio, quaſi appetẽti, cũ tñ ipſe ſit qui

« dat oĩbus affluẽter. Iac. 1. Vnde dicit: (Tu ergo [illegible]ocidẽs ſi

« adoraueris corã me &c.) In qua ſuaſiõe nititur inclinare ad diuinã adorationẽ ob falſam promotionẽ. Vñ illud. Iſa. 51. Incuruare, vt tranſeamus. Non enim poteſt ſuper hominem aſcendere, niſi homo ei procidat voluntariè.

Iacob. 1. c Iſaię. 51. g.

Hono-

M.E.C.D. 2017

Honorem autem adorationis requirebat, contra illud
Exo.34.b Exodi.34. Noli adorare Deum alienum. Et vt pertrahat
ad illicitum obsequium, promittit falsum præmium, cũ
addit.(Erunt tua omnia.)Falsam spondet potentiam,vt »
Ioan.8. d ad veram perrrahat seruitutem,quia Ioann.8. Qui facit
peccatum,seruus est peccati.Et qui seruns est,dominium
sui non habet, ac per hoc non ipsi omnia,sed ipse omni-
8.Pet.2.d. bus est subiectus tãquam seruus.Et.2.Petri.2.A quo quis
superatu s est,huius seruus est.

Et respondens IESVS dixit illi.) Hic post suggestio- »
onem diabolicam,subiungit responsionem dominicam
quæ per testimonium sacræ scripturæ elidit diabolicam
suasionem,cum ait:(Scriptum est, dominum Deum tuũ »
Deut.6.b. adorabis.)Hoc inquam scriptum est Deuter.6.Et merito
scripturę huius recordatur saluator,quia secundum illud
1.Tim.3.d 2.Timo.3. Omnis scriptura diuinitus inspirata,vtilis est
ad docendum, ad arguendum, & corripiendum. Et illa
potissimè in qua docetur diuinus cultus. Vnde & domi
Exo.32. d. nus dicitur scripsisse legẽ digito proprio.Exod.32.in qua
Exo.20. a præceptum adorationis est primum & præcipuũ, & ma-
Baruc.6a ximè in mente habendum.vnde Baruch.6.Visa turba de
retro & ab ante adorantes dicite in cordibus vestris. Te
oportet adorari domine &c.Te scilicet & non alium.Et
ideo additur.(Et illi soli seruies.) scilicet seruitute latriæ »
1.reg.7.a. 1.Regũ.7. Præparate corda vestra domino,& seruite illi
soli. Solus non excludit ibi omnem personam respectu
Gala.5. b cuiuscunq; seruitij,cum dicatur ad Gala.5. Per charitatẽ
spiritus seruite iuuicem, sed excludit quantum ad serui-
tutem latriæ,quæ est cultus soli Deo debitus. Vel exclu-
dit seruitia alijs impensa: non propter Deum,sed contra
Deum,quasi diceret illi soli & nõ idolis:de quo.1.Cor.5.
1.Co.5.d Si is qui frater nominatur inter vos, est fornicator, aut
auarus,aut idolis seruiẽs &c. cum huiusmodi nec cibum
sumere &c. Sic enim seruitur diabolo& etiã peccato.Sed
Rom.6.c aliter iustitiæ.Roma.6. Sicut exhibuistis membra vestra
seruire immunditię & iniquitati ad iniquitatem, ita nũc
exhibete membra vestra &c. Item,illi soli seruies,non vẽ
Rom.16.c tri proprio.Romano.16.Huiusmodi enim CHRISTO
domino nostro non seruiunt, sed suo vẽtri. Item,illi soli
seruies

M.E.C.D. 2017

ſeruies,non mundo, quia infrà.16.dicitur. Non poteſtis Deo ſeruire & mammonæ,ſed ſoli Deo. Vt poſsitis dicere cum Dauid. Quoniam ego ſeruus tuus ſum. Infrà.16.d Pſal'o.14e

¶Et duxit illum in Ieruſalem &c.) Hic deſcribitur tertia tentatio, circa quam etiam duo ſunt attendenda. Primũ eſt ſuggeſtio diaboli. ſecundum eſt reſpõſio CHRISTI ibi (Et reſpondens IESVS dixit.) Circa ſuaſionem diaboli tria attende. Nam primo eligit congruum locũ ſuaſionis. Secundo exprimit ſuaſionem præcipitationis. Tertio per authoritatem pſalmographi excludit timorẽ læſionis. Quantũ ergo ad loci cõgrui electionẽ dicitur.

56 Et duxit illum in Ieruſalem.) tanquam ad locum celebrem & communem. Ductus aũt fuit ex permiſsione, non ex imbecillitate. Vnde Chryſoſtomus dicit, quòd in CHRISTO non fuit infirmitas, ſed potentia. In diabolo verò non eſt virtus, ſed ſuperbia. Et dicit gloſſa ſuper illud Matt.4. quod hæc viſio corporeis ſenſibus eſt complera. Chryſoſtomus verò dicit, quòd diabolus ſic eũ aſſumebat vt ab omnibus videretur, CHRISTVS autem diabolo neſciente, ſic agebat, vt à nemine videretur. Vñ 58 vt melius videri poſsit, ſubditur: (Et ſtatuit eũ ſuper pin- 59 nam templi.) Ille erat locus altus, & celebris, vbi doctores & ſacerdotes conſueuerunt loqui ad plebem. Et ſecũdum aliquos expoſitores erat ſummitas recti tẽpli quod dicitur tabulatum.3. Regum.6. Vel ſecundum alios erat quoddam deambulatorium ſupra portam templi, vbi aſcẽdebatur per gradus. Secundum alios verò dicitur ibi fuiſſe rectum cum quadam oppodiatione muri, quia in Paleſtina domus habent tecta plana, & templum habuit tectum planum, vt tabernaculum, & in talibus conſueuerunt ſtare doctores & prędicatores, ſecundum illud Matthæi.10. Quod in aure auditis, prędicate ſuper tecta Mat.10.e

Quantum ad ſuaſionem prędipitationis ſubditur. (Et dixit illi: Si filius Dei es, mitte te hĩc deorſum.) Quia diabolus deorſum ceciderat, libẽter omnes deorſum trahe- Infrà.10.e ret. Infrà.10, cap. Videbam ſatanam ſicut fulgur de cœlo cadentem. Sed CHRISTVS poterat dicere diabolo & Ioan.3.c. angelis eius, illud quod dixit Iudæis Ioan.8. Vos deorſũ eſtis ego de ſupernis ſum. Vnde non erat eius deſcendere

ſed

3.reg.6.a.

Chryſoſt

Gloſſa.

Chryſoſ.

M.E.C.D. 2017

sed ascẽdere. Sed diabolus hoc suggerebat, vt descẽdẽdo corporaliter faceret eum superbire spiritualiter, vt simul esset ascẽsus vanus, & descensus verus. In quo erudimur, quòd semper coniuncta sunt humiliatio, & exaltatio, se-
Infrà.18 c cũdũ illudinfra.18. Oĩs qui se exaltat humiliabitur & qui
Prou.18 b se humiliat exaltabitur. Et Prouer.18. Anteq̃ conteratur, exaltatur cor hominis, & anteq̃ glorificetur, humiliatur.
Chrysost Et nota suggerendi modũ, cũ dicit. (Mitte te.) Chrysost. »
Nõ impulit, nõ tetigit, nõ appropinquauit, sed tantũ di- »
xit. (Mitte te hinc deorsum.) vt sciamus quia oĩs qui ob- »
Hierony. audit diabolo, ipse se deponit. Et Hiero. Satis est debilis qui nulli nocere potest, ni ipse se deorsũ posuerit. Et ideo
Eccl's.10a sanũ est cõsiliũ. Ecc.10. Si spũs potestatẽ habẽtis ascẽderit sup te, locũ tuũ ne dimiseris, nec p̃sumẽdo, nec desperãdo

Quantũ ad exclusionẽ timoris, adiungit. (Scriptũ est »
enim quòd angelis suis mãdauit de te) Hoc scriptũ est in »
Psal'o.90. Psalmo.90. Ideo scripturam allegat, quia videbat quòd CHRISTVS semper per scripturã se defendebat. Vnde
Leopapa dicit Leo papa. Ibi occasiones tentãdi inuenit, vbi homi nes viderit vehemẽtiùs occupari. Vnde scriptum esse asse rit, vt inducat credulitatẽ, & etiam scripturã inducit quę excludat pusillanimitatẽ propter promissionẽ adiutorij angelici, tã in in prosperis q̃ in aduersis: Propter adiuto-
Exo.23.d. rium in prosperis, dicit. (Vt cõseruent te.) Exo.23. Ecce ego »
mitto angelũ meũ, qui prçcedat te, & custodiat te in via.
Tob.12. a Sic enim custodiuit angelus Tobiã, sicut dicitur Tob.12
Iudit.13.c Sic & Iudith, sicut dicitur 13. eiusdẽ. Sic etiã custodiunt
Hebr.1.d omnes viros iustos, secundũ illud Hebrç.1. Omnes sunt administratorij spiritus: in ministeriũ missi &c. Et totam
Isaiç.62.b ecclesiam, secundũ illud Isai.62. Super muros tuos, Icru- salẽ, cõstitui custodes. CHRISTVS verò nõ indigebat custodia, & ideo diabolus authoritatẽ istã deprauabat, & sinistrè adducebat. Propter adiutoriũ verò in aduersis subiũ[illegible]. (Et qa in manibus tollẽt te) quasi portatores, se »
Dan.14g. cũdũ quod legitur. Angelũ portasse Habacuc. Dan. vlti. (Ne fortè offẽdas ad lapidẽ pedẽ tuũ) id est, vt nulla possis
Iob.5.d. lçsione offendi, sicut dicitur Iob.5. Cũ lapidibus regionũ pactum tuum, & bestiæ terrę pacificæ erunt tibi. Et nota quòd diabolus tanq̃ versutus nõ addidit quod sequitur:

Super

M.E.C.D. 2017

Super aſpidē & baſiliſcū ambulabis, & cōculcabis leonē & draconē: quia hoc erat contra eū. In quo oſtenditur q̄ vitiū diabolicū eſt authoritates truncare, & ad partē ſuā contrahere. Vnde Apoc. vlt. Si quis diminuerit de verbis libri prophetię huius, auferett de⁹ partē eius de libro vitę Pſalo. 90 Apo. 22. d.

Et reſpondēs IESVS &c.) Hic poſt peſtiferā ſuaſionem addit dominicā reſponſionem breuem, & efficacē, cū dicit: (Et reſpondens IESVS, ait illi: Dictum eſt.) Scilicet Deut. 6. (Non tētabis dñm deum tuū:) Et Eccl'ci. 18. Noli eſſe quaſi homo qui tētat deū. Vnde vituperantur filij Iſrael. Nū. 14. quibus dicit dñs. Tentauerunt me iā per decē vices. Tentare aūt deū (Sicut dicit Bed.) eſt, cū homo habet quid faciat, diuinę potentię quęrere experimentū. Et quia nō indigebat CHRISTVS hoc experimēto potētiæ diuinę, nolebat deū tētare, nec diabolo cōſentire, ſed per authoritatem reſpondit authoritati oppoſitę, vt clauus retunderetur virtute claui. Deut. 6. e Eccl'i. 18. c Num 14 d Beda.

¶ Et cōſummata oī tētatiōe &c.) Poſtq̄ deſcripſit author tētatiōis occaſionē & tētandi modū hic deſcribit tertio tētatiōis cōſummationē, circa quā tria inſinuātur. Primū eſt manifeſtatio perfectiōis ex parte Chriſti reſiſtentis, & quantū ad hoc, dicit: (Et cōſummata oī tētatione.) Quia ſicut prius dictū fuit, oīs tentatio reducitur ad tres prędictas. Vnde. 1. Ioā. 2. Oē quod eſt in mūdo concupiſcentia carnis eſt &c. Hāc cōſummauit, quia patiēter tolerando ſuperauit, ſcdm illud. Heb. 2. Decebat eū, qui multos filios in gloriā adduxerat: authorē ſalutis eor̄ per paſſionē cōſummari: quia dicitur Deut. 22. Dei perfecta ſunt opera. 1. Ioan. 2 e Hebr. 2. c, Deut. 22. a

Secundū eſt cōfutatio præſumptiōis, ex parte diaboli recedētis, quantū ad hoc dicit: (Diabolus receſsit ab illo) Secundū illud. Iac. 4. Reſiſtite diabolo, & fugiet à vobis. Receſsit. ſ. cōfuſus, q̄d deſignatū eſt in rege Aſſiriorū. 4. Re. 19. Recedēs, abīit, & reuerſus eſt Sēnacherib rex Aſſiriorū &c. Sēnacherib aūt interp̄tatur, tollēs deſe[illegible]a: quia diabolo maxime, pſequit eos, q̄ viuūt in auſteritate vitę. Iaco. 4 b. 4 reg 19 g

Tertiū vero eſt præfinitio tēporis diſtincti à deo, ppter q̄d addit: (Vſq; ad tēpus.) Scilicet receſsit, quia ille maligno nō poteſt tētare, niſi pro tpe q̄ deus permitrit, licet ſemper malā habeat volūtatē. Eccl'. 19. Si inuenerit tēpus malefacien. Eccl'i. 19 d

M.E.C.D. 2017

malefaciendi malefaciet. Et ideo consilium est Eccli. 4.
Eccli. 4. c
Ephesi. 5. Fili, conserua tempus, & deuita à malo. Et ad Ephesios. 5.
Videte quomodo cautè ambuletis, redimentes tempus,
¶Diabolo tētatdupliciter.
quoniam dies mali sunt. Vnde cum diabolus dupliciter tentet, nempe vt leo & vt draco. Priùs tentauit vt draco ad seducendum: postmodum vt leo ad frangendum scilicet in passione. Priùs enim tentat emollire per blãditias sed post: Videns se modicum tempus habere, tentat fran-
Apo. 12. c
gere per pœnas. Vnde Apocal. 12. Descendit diabolus ad vos, habens iram magnam, sciens, quòd modicum tempus habet. Et ideo ad consummationem tentationis nõ
Luc. 8. b.
peruenerunt illi, de quibus. Infrà. 8. cap. dicitur: quia ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt.

¶Et regressus est IESVS & cæ.) Ostendit supernùs euangelista authoritatem doctrinæ CHRISTI ex merito vitæ. Hic secundo ostendit testimonio scripturæ. Introducit ergo primo testimonium authenticum, ad eruditionem credentium: secundo vero testimonium authenticum ad confutationem detrahentium, ibi: (Et dicebant: Nõne hic est filius Ioseph?) In explicatiõe aũt testimonij prophetici, quatuor introducuntur à beato Luca. Primũ est celebritas in prædicando. Secundum est opportunitas in testificando. (Et venit Nazareth.) Tertium est con-
Ibidem c
Ibidem. c
gruitas in testimonio, ibi: (Spiritus domini super me & cæt.) Quartum est credulitas in populo, & hoc notatur ibi. (Et cum plicuisset librum & c.) Quantum ad primũ nota, quòd celebritas prædicationis CHRISTI ex quatuor colligitur, scilicet ex plenitudine gratiæ, ex latitudine famæ, ex certitudine doctrinæ, & ex magnitudine efficaciæ.

¶Diuisio

Quantum ad plenitudinem gratiæ dicitur: (Et regressus est IESVS in virtute spiritus in Galilæam.) Regressus, scilicet ad prædicandum in virtute, quia secundum
Psal. 67.
quod in Psalmista dicitur: Dñs dabit verbum euangelizantibus virtute multa. Et licet infirmitatem assumpsisset ex nobis, virtutem tamen ostendebat ex se, secũdum
Sapi. 12. c.
illud. Sapien. 12. Virtutem enim ostendis tu qui non crederis esse in virtute consummatus. Et signanter dicitur: (In virtute spiritus.) Talis enim debet esse prędicatio per fecta.

M.E.C.D. 2017

fecta, vt sit virtute spirituali coniuncta, secundum illud
1: Corinth. 2. Sermo meus & prædicatio mea non fuit in 1. Cor. 2. a.
persuasibilibus humanæ sapientię verbis, sed in ostensio
ne spiritus & virtutis: vt fides vestra non sit in sapientia
hominis, sed in virtute Dei.

« Quantũ ad latitudinem famæ dicitur: (Et fama exijt
« per vniuersam regionem de illo:) Secũdum illud. Iob. 28. Iob. 28. d.
Auribus nostris audiuimus famam eius. loquitur de sa-
pientia CHRISTI, quæ est dei virtus & sapiẽtia. Huic
concordat alius euangelista, scilicet Matthæi quarto Matt. 4 d
abijt opinio eius in totam Syriam. Huius autem figura
præcessit in Salomone, de quo dicitur quod omes reges 2. para. 9 f.
terrarum desiderabãt videre faciem Salomonis. De quo
Eccl'ci. 47. Ad insulas longe diuulgatum est nomen tuũ Eccl'i. 47 c

« Quantum ad certitudinem doctrinæ, subditur: (Et ip
« se docebat in synagógis eorum.) Non in occulto, sicut
homines qui habent suspectam doctrinam. Ioan. 18. Ego Ioan. 18. c
palam loquutus sum mundo, ego semper docui in syna-
góga & in templo quò omnes Iudæi conueniunt: & in
occultò loquutus sum nihil. At ediuerso dicit Sapientia Iaco. 3. d.
hæreticorum terrena, animalis, diabolica: quæ designa-
tur per mulierem malam. Proue. 9. Aquæ furtiuæ dulcio- Prou. 9. d
res sunt, & panis absconditus suauior. Vnde CHRISTVS
implebat illud Prouerbi. 5. Deriuentur fontes tui foras, Prou. 5. c.
« & in plateis aquas tuas diuide. Et ideo dicitur. Prouer. 1.
Sapientia foris prædicat, in plateis dat vocem suam &c. Prou. 1. c.

« Quantum ad magnitudinem efficaciæ, subditur: (Et
« magnificabatur ab omnibus.) Quia omnes magnitu-
dinem efficacię sentiebant: adeo, vt possent dicere illud.
Psalm. Magnificata est vsq; ad cœlos misericordia tua: & Psal'o. 56.
vsque ad nubes veritas tua: scilicet in prędicatione. Nec 2. para. 9 c
mirum, quia ipse erat ille qui designatur per illum Salo-
monem, de quo magnificatus est Salomon super omnes
reges terrę prę diuitijs & gloria. Infrà septimo. Propheta Infrà. 7. c.
magnus surrexit in nobis.

¶Et venit Nazareth &c.) Hic vero notatur opportunitas
« in testando, quæ attenditur in circunstantijs concurren
tibus ad hoc quod CHRISTVS legeret in cõspectu syn
agógæ. Vnde hic quatuor notantur. Dicitur enim in-

M.E.C.D. 2017

trasse,surrexisse,librum accepisse,& acceptum reuoluisse. Hęc quatuor introducuntur ad instructionem quadriformem hominum perscrutantium veritatem, scilicet vacationis ad meditandum, promptitudinis ad legendum, mansuetudinis ad discendũ, certitudinis ad iudicandũ. Ad instructionem igitur vacationis ad meditandum, dicitur CHRISTVS synagogã intrasse,cũ ait Euãgelista

Et venit Nazareth,vbi erat nutritus:& intrauit secũ dum consuetudinem suam in die sabbathi in synagógã) Hæc enim erat consuetudo approbata ex lege Moysæ,& Actu.17.a conuersatione CHRISTI. Hinc dicitur Actu.17. quod Paulus secundum consuetudinem apud Thessalonicam intrabat in synagógã, & per sabbatha tria differebat eis de scripturis. Illud enim erat tempus quo debebant vacare legi Dei:in quo erudimur,quód quando volumus domino sabbathizare,debemꝰ cõgregari interiùs,&ibi quiescere. Sapi. 8.c. cum illa. Si enim sabbathũ exteriùs agatur,est irrisio dęmonum:secundum illud Thren.1. Viderunt eam hostes, Thre. 1.c. & derisérunt sabbatha eius. Et huiusmodi sabbathum, Deo non placet. secundum illud Isa.1. Neomeniam& sabbathũ,& solẽnitates alias nõ ferã. Et ratio huius est,quia Isaię. 1.d. nõ intrabãt interiùs,sed exteriùs,& carnaliter sapiebãt.

Ad instructionem verò promptitudinis ad legendum subditur:(Et surrexit legere.)Surrectio ipsa promptitudinem & vigilantiam importat,quæ necessaria est perscru- Ezech.2.a tanti verba diuina. Vnde dicitur Ezechi.2. Fili hominis sta super pedes tuos,& loquar tecum. Hinc est quód dici Isaię.60.a tur animę sanctę. Isai.60. Surge illuminare Ierusalem&c. Ephe.5.c. Et apud Apostolum Ephe.5. Surge qui dormis,& exurge à mortuis,& illuminabit te CHRISTVS. Simul etiam cum promptitudine designat humilitatem. (quia surrexit legere)tanq̃ minister, vt exerceret lectionis officium. Beda. Vnde Beda. Qui venerat ministrare & non ministrari, lectionis officium non dedignatur suscipere.

Ad instructionẽ aũt mansuetudinis ad discendũ addit: (Et traditus est illi liber Isaię prophetæ.) Quẽ scilicet,cũ mansuetudine suscepit, non dedignans vti testimonio Apoc.10.d scripturę & authoritate. Sic & Ioãnes, Apoc,10. Accepi librum

brum de manu angeli,&deuoraui illũ:& erat in ore meo
ſãq̃ mel dulce.Liber autẽ ſacrę ſcripturę debuit ei tradi ſe
cundũ illud.Apoc.5.Dignꝰ es dñe accipere librũ,& apire Apoc.5.d
ſignacula eiꝰ,quia nullus aliꝰ poterat.Et liber Iſaię:quia
ſicut dicit Iſa.29.Erit vobis viſio oĩm ſicut ỹba libri ſigna Iſaię.29.d
« ti.Ideo ſignãter dicit(Traditus eſt illi liber Iſaię ,ppheteę)
Poſtremo ad inſtructionẽ certitudinis ad iudicãdum,
« ſubiungit:(Et Vt reuoluit librũ.) In quo ſignificatur dili
gens diſcendi inquiſitio, quæ prẽuenire debet iudicium
certũ,propter quod dicitur Iob.8.Interrogageneratiõẽ Iob.8.b.
priſtinam,&diligenter inueſtiga patrũ memoriam.Non ¶Nõ eſtp
enim ex abrupto procedẽdum eſt ad iudicium: ſed cum cipitãdũ
multa maturitate, prropter quod dicitur Iob.29. Cau- iudicium
ſam quam neſciebam,diligentiſsimè inueſtigabam.Et.2. Iob.29.c.
Paralip.19.Præcipiens Ioſaphat iudicibus,ait: Cum di- 2.par.19bc
ligentia cuncta facite.Et quoniam qui diligenter quẽrit
inuenit:ideo additur:(Inuenit locum vbi ſcriptum erat:
Spiritus domini & c.) Hoc inuenitur Iſaiæ .61. Nec mi- Iſaię.61.a.
rum,quia ſecũdum quod dicitur. Baruch.3. Hic eſt deus Baruc.3.d
noſter,& non æſtimabitur alius aduerſus eum.Hic adin-
uenit omnem viam diſciplinæ.Ante ipſum quærebatur,
ſed nõ inueniebatur.Vnde,Iob.28.cap.Sapientia vbi in- Iob.28.
uenitur?Et quis eſt locus intelligentiæ? & cæ.
¶Spiritus dñi ſuper me & c.) Hic notatur congruitas in
teſtimonio: Exprimit enim quatuor cõditiones excellẽ-
tię quę ſunt in ſaluatore noſtro.Eſt enim Mediator,Eru-
ditor,Reparator,& Retributor.Et hęc quatuor inſinuã-
tur in ſermone propoſito. Primo igitur inſinuatur eſſe
mediator per incarnationis myſterium,cum dicit:
« Spiritus dñi ſuper me,propter quod vnxit me & c.)Me
demonſtrat ibi perſonã CHRISTI,in natura aſſumpta,ſu
pra quã ſpiritus ſanctus requieuit, ſecundũ illud.Iſai.11. Iſaię.1
Et requieſcet ſuper eũ ſpiritus dñi.Et.Ioã.1.ca.Super quẽ Ioan.1.e,
videris ſpũm deſcẽdentẽ,& manentẽ ſuper eũ, hic eſt qui
baptizat &c.Et ideo.Actu.10.dicit Petrus. Vos ſc[illegible],q; fa Actu.10.f,
ctũ eſt verbũ per vniuerſam Iudęã,incipiẽs enĩ à Galilæa
poſt baptiſmũ q̃d prędicauit Ioãnes. IESVM à Nazareth
quõ vnxit eũ deus ſpũ ſancto &c. Vnde hic eſt ſanctuſſan
ctoꝝ,in cuius vnctione impleri debet prophetia.Dañ.9. Dani.9.k

M.E.C.D. 2017

Impleatur visio & prophetia, & vngatur sanctussanctorum. Et nota quòd humana natura in CHRISTO per virtutem spiritus sancti fuit concepta, & per eius gratiã diuinæ naturæ vnita. Et propter hęc duo dicit, spiritum domini super eũ esse, & eundem vnxisse. Vel certé dicitur esse super eum quantũ ad superexcellentiam gratiæ singularis propter quod dicitur Ioan.3. Non ad mensuram dat deus spiritũ. Dicitur vero eũ vnxisse quãtum ad prę-
Ioan.3,d. rogatiuam sacerdotalis & regalis dignitatis. Hæc respiciunt assumptam naturam in CHRISTO. Et prefigura-
1.reg.10.a batur in vnctiõe regũ & sacerdotũ in veteri testamento.
Exo.29.a. Secundo insinuatur esse eruditor per prædicationis magisteriuin, in hoc quod sequitur. (Euangelizare pau- »
peribus misit me.) Euangelium nanque est bona nuncia- »
Isaię.61.a. tio: vnde in nostra translatione dicitur (Ad annuncian-
Naũ. 1. a. dum mãsuetis misit me.) Et huic concordat illud. Naũ. 1. Ecce super montes pedes euangelizantis & annuncian-
Isaię.52.b. tis pacem. Et Isai.52. Quàm pulchri supra montes pedes annunciantis & prædicantis pacem, annunciantis bonum, prædicantis salutem. Hanc autem dicitur maximè pauperibus annunciare: quia ad pauperes inchoat
Matt.5.a. sermonem. Mat.5. Beati pauperes spiritu. Et per pauperes
Matt.11.a pauperiatem aliis prædicauit. Mat.11. Pauperes euange-
Psal'o. 11. lizãtur. Nec mirum: quia dicit Psalm. Propter miseriam inopum & gemitum pauperum nunc exurgam &cę. His
Psal'o.71. annunciat salutem, quia alibi ait Psalm. Parcet pauperi & inopi, & animas pauperum saluas faciet & cæ. Et pro-
Isaię.48 c. pter hoc dicitur, à spiritu & domino missus. Isa. 48. Dominus deus misit me, & spiritus eius. In hoc apparuit charitas dei in nobis, quoniam filium suum vnigenitũ
1.Ioã.4 b. misit deus. 1. Ioan. 4.

Tertio insinuatur reparator per passionis remedium cum additur: (Sanare contritos corde.) Quod quidem »
libera[illegible] malo culpæ actualis, & originalis, à cęcitate ra-
tionis, & infirmitate voluntatis. Vtique à malo actualis culpæ liberat, propter quod dicitur: (Sanare contritos corde) misit, scilicet me ad curationem actualis culpæ: Necessaria enim est cum passione CHRISTI contritio
Psal'o.146 pœnitentiæ. Psalm. Qui sanat contritos corde. Vel hoc dicis-

M.E.C.D. 2017

dicitur,quia ipſa culpa actualis totum robur animę fran
git. Thren.2.Magna velut mare contritio tua & cæte. Et Thre.2.d.
Prouer.15.Lingua quæ immoderata eſt,conteret ſpiritũ Prou.15.a
Liberat etiam à malo culpæ originalis,propter quod ad
« ditur: (prædicare captiuis remiſsionem.) Merito cau=
ſa originalis culpæ,captiuum detinebatur genus huma
num à diabolo.Iſa.52.Excutere de puluere,conſurge,ſe= Iſaię.52.a
de Ieruſalem: Solue vincula colli tui captiua filia Sion
Quia hæc dicit dominus:Gratis venundati eſtis, & ſi=
ne argento redimemini & cæ.Vnde Zach.9.Tu quoque Zach.9.c.
in ſanguine teſtamenti tui: emiſiſti vinctos tuos de lacu
& cæt.Et hoc eſt quod dicitur Iſaiæ.29.Dedi te in fœdus Iſaię.49.c
populi:& poſt. Vt diceres his qui vincti ſunt,Exite & his
qui in tenebris.Reuelamini. Et poſt: Equidem capti= Eodem g
uitas à forti tolletur. Quia aſcendens in altum, ca= Ephe.4.b
ptiuam duxit captiuitatem.Et hęc remiſsio in Cyro prę=
figurata fuit,qui dimiſit captiuitatem filiorum Iſrael.Iſai. Iſaię.45.b
quadrageſimo quinto.Captiuitatem meã dimittet,non
in pretio,neq; in muneribus.Liberat etiam à cęcitate ra=
« tionis,ideo ſubditur:(Et cæcis viſum.)Miſit ſcilicet me,
prædicare,quod & fecit,ſicut Matt.11.dicitur:Euntes,re= Matt.11.a
nunciate Ioanni quæ audiſtis,& vidiſtis: cæci videt &c.
In quo ſignificatur interior illuminatio.Vnde Ioann.9. Ioan.9.g.
In iudicium ego in hunc mundum veni, vt qui non vi=
dent,videant:id eſt gentiles,ſecundum illud.Iſai.49.De= Iſaię.49.b
di te in lucem gentium.Et hoc eſt quod dicitur. Iſaię.29. Iſaię.29.f.
Audient in die illa ſurdi verba libri,& de tenebris & ca=
ligine oculi cæcorum videbunt. Et hoc petebat Dauid: Pſal.118.
Illumina oculos meos, ne vnq̃ obdormiã in morte &c.
Liberat etiam ab infirmitate voluntatis, propter quod
« ſubiungitur: (Dimittere confractos in remiſsionem.)
Miſit ſcilicet me. Confracti ſunt, quorum voluntas per
peccatum infirmata eſt ad bonum:ſicut ſunt fatui pecca
tores.Eccleſiaſt.21.Cor fatui,quaſi vas confractum & cæ. Eccli.21.e
Et Iſai.58.Dimitte eos qui confracti ſunt liberos:Hęc aũt Iſaię.58.b
cõfractio eſt reparabilis,dũ hic viuimus:ſed irreparabilis
efficitur in morte, ſecundum illud.Iſai.30. Comminue= Iſaię.30.c.
tur,ſicut conteritur lagena figuli, contritione peruali=
da, & non inuenietur de fragmentis eius teſta, in qua

M.E.C.D. 2017

portetur igniculus de incendio. Quia nõ erit ſuſceptibilis gratię, & hoc erit in iudicio, ſecundum illud Pſalmi
Pſalmo 2. Reges eos in virga ferrea, & tãq̃ vas figuli cõfringes eos.
1. Mac 10c Sed modo remiſsionẽ facit, quod figuratũ eſt 1. Mach. 10 vbi dicitur, quòd ſub Ionatha fratre Simonis ſunt multæ remiſsiones factæ Iudæis.

Poſtremo inſinuatur remunerator per retributiones in iudicio, in quo bonis fit vniuerſalis boni collatio propter quod dicit. (Prædicare annum domini acceptum.) »
Pſal°. 64. Scilicet bonis: de quo in Pſal. Benedices coronę anni benignitatis tuæ &c. Hic eſt annus ſignificatus in iubileo
Leui. 25 b. Leuit. 25. Anno iubilei reuertetur homo ad poſſeſsionem
Deu3. 15. a ſuam. Vel etiam in ſeptimo, Deu. 15. Septimo anno facies remiſsionem, hic annus ſuperat annum meriti, quia ſu-
Eccl'i. 32 a prà condignũ remunerabuntur boni. Eccl'ci. 33. Quare dies diem ſuperat, & iterum lũx lucem, & annus annum à ſole? In hoc etiam iudicio malis fiet ſempiterna damnatio: ideo additur. (Et diem retributionis.) In quo retri
Iſaię. 63. a. buet vnicuiq; ſecundum opera ſua. Iſai. 63. Dies vltionis in corde meo, annus redemptionis meę venit. De hac die
1. Theſ. 5a dicitur ad Theſſ. 5. Dies domini, ſicut fur in nocte, ita veniet: cũ enim dixerint, pax & ſecuritas &c. Hanc vt dicit
Gregori° Gregorius debemus tantò ſolicitiùs formidare quantò eam non poſſumus preuidere.

¶ (Et cum plicuiſſet librum &cæ.) Hic qu arto loco poſtq̃ deſcripta eſt congruitas in teſtimonio, notatur credulitas in populo. Ad quam exprimendam inſinuatur in docente maturitas. In plebe adſiſtente audiendi auiditas. In eruditione veritas. In eruditis credulitas. Ad exprimẽ dam igitur maturitatem in docente dicitur:

(Et cum plicuiſſet librum, reddidit miniſtro, & ſedit.) »
Matt. 23. a Priùs ſtans legerat accipiendo librum, cum humilitate.
Iob. 29. d. Nunc reddit, & ſedit cum authoritate. Sedere enim, eſt
¶ Plicatio libri myſteriorũ occultationẽ ſignificat. indi[illegible]m doctorum & Regum. Vnde. Matt. 23. Super cathedram Moyſi ſederunt Scribę & Phariſęi: Et Iob. 29. Voluiſſem ire ad eos, ſedebam primus: cumq; ſederem quaſi rex circunſtante exercitu, eram tamen mærentium conſolator. Et nota hic per plicationem libri debemus intelligere diuinorum myſteriorum occultationem: quia nõ

omnia

omnia ſunt omnibus reuelanda, ſecundum quod dicit Beda: Plicatum librum miniſtro reddidit: quia non omnibus omnia dicenda, ſcilicet, pro captu audientium verbum doctori diſpenſandum, ſuo præmonebat exemplo, cum ait: Multa habeo vobis dicere, ſed non poteſtis illa portare modo. Danielis duodecimo. Vade Daniel, quia clauſi ſunt ſignatiq; ſermones, vſq; ad præfinitum tempus. Vel ideo plicatum miniſtro reddidit: quia ſecũdum illud. Secundo Corinthior. tertio. Vſque in hodiernum diem, quum legitur Moyſes, velamen poſitum eſt ſuper cor eorum. Beda. Dani. 12. c. 2. Cor. 3. d.

Ad exprimendam vero auiditatem in plebe audiendi verbum, ſubditur: (Et omnium in ſynagoga oculi erant intendentes in eum.) Quaſi deſiderantes eum audire ſicut ſapientem. Vnde Sapient. 8. dicit ſapiens: In conſpectu potentium admirabilis ero, & poſt tacentem me ſuſtinebunt, & loquentem me reſpicient & cæt. Et Iob. 29. Qui me audiebant, expectabant ſententiam, & intenti tacebant ad conſilium meũ. Quia ſicut dicitur. Eccl. 3. Auris bona audiet cum omni concupiſcentia ſapientiã. ¶ Auſcultatio. Sapi. 8. c. Iob. 29. d. Eccli. 3. d.

Ad inſinuandam vero veritatem, ſiue firmitatẽ doctrinę, ſubditur. (Cepit aũt dicere ad illos: quia hodie impleta eſt hęc ſcriptura in auribus veſtris:) Ideo dicitur impleta ſcriptura illa tunc fuiſſe. quia cum verba illa ad CHRISTVM pertineant, nullus in propria perſona poterat verbũ præmiſſum veré dicere, niſi CHRISTVS qui illud legit in auribus eorũ. Infra. 24. Hęc ſunt verba quę locutus ſum ad vos cũ adhuc eſſem vobiſcũ, qm̃ neceſſe eſt impleri oĩa quæ ſcripta ſunt in lege Moyſę &, pphetis & pſalmis de me. Vñ Chriſtus adimpleuit oẽm iuſtitiã, quantum ad morũ honeſtatẽ, ſecundum illud Mat. 3. Sic decet nos implere oẽm iuſtitiam. Impleuit etiam oẽm ſcripturã explicãdo & exponẽdo dei veritatẽ. Sicut Mat. 5. Nolite putare qm̃ veni ſoluere legẽ, aut propheras, nõ eñ veni ſoluere, ſed adimplere. Et ideo dicitur ad Epheſi. 1. Quia omnia in omnibus adimpleuit. Vnde verba & ſigna veteris legis vacua, impleuit veritate & gratia. In cuius ſignum Ioannis ſecũdo. In primo ſigno dicitur: Implete hydrias aqua: Et impleuerunt eas vſque ad ſummum. Matt. 3. d. Mat. 5. b. Ephe. 1. d. Ioan. 2. a. Matt. 5. d.

M.E.C.D. 2017

Ad denotandum vero credulitatem in multitudine aſſiſtente, ſubditur: (Et omnes teſtimonium illi dabant.) Oēs, id eſt, aliqui de oībus teſtificabantur ſanctitatem & innocentiam ipſius. Iob. 29. Auris audiens beatificat me & oculus vidēs teſtimonium reddebat mihi. Et quoniā verbis non poterant eius gratiam explicare: ideo ſubditur: (Et mirabantur in verbis gratiæ, quæ procedebant de ore ipſius:) Sic & doctores mirabantur ſuper prudentia & reſponſis eius. Suprà. 2. Et dicuntur verba gratiæ ſecūdum illud. Eccl's. 10. In labiis ſenſati inuenietur gratia. Et maximè huius, ad quem Petrus dicebat. Ioann. 6. cap. Verba vitę æternæ habes. Et ipſe de ſe. Ioan. 6. Verba quæ ego locutus ſum vobis, ſpiritus & vita ſunt, Et ideo in Pſal. Diffuſa eſt gratia in labiis tuis, propterea benedixit te deus in æternum.

Iob. 29. b.
Suprà. 2 g
Eccl's 10 c
Ioan. 6. g.
Ibidem
Pſal. 44.

¶Et dicebant Nonne & c.) Poſtquā introduxit teſtimonium propheticū ad eruditionem credentiū. Hic introducit exemplum authenticū ad confutationem detrahē tium. Et quia detractores, cū confutantur, fiunt deteriores, nam efficiuntur perſequutores. Ideo in hac parte, ſunt duæ partes. In quarū prima ponitur confutatio detrahentiū. In ſecunda verò declinatio perſequentiū, ibi: (Et impleti ſunt omnes in ſynagoga & c.) Prima pars habet duas. In prima proponūtur detrahentium cōuitia. In ſecunda verò, introducuntur exēpla prophetica detractores confutātia, ibi: (Ait aūt Amen dico vobis: quia nemo propheta &c.) Exprimit aūt conuitia detrahentiū tripliciter, ſcilicet, per modum apertæ cōtumelię: per modum occultę ironiæ: per modū inuectionis expreſſę. Per modū inquam apertæ contumeliæ, exprimit cum ait.

¶Diuiſio
Infrà. e.
Infrà. d.

Et dicebāt: Nonne hic eſt filius Ioſeph?) Filium dei vocabant filium fabri, conceptum de ſpiritu ſancto in vterovirginali, diceb ant genitum cōcubitu coniugali. Vnde. Mat. 13. dicitur: Quod dicebant: Nonne hic eſt fabri filius? Beda. Quanta Nazarenorū cęcitas, qui eum, quē in verbis factisq; CHRISTVM eſſe cognoſcunt, ob generis tantū noticiā, contemnunt. Huic ſimile dicebatur de Saul. 1. Regum. 10. Quę nam res accidit filio Cis? Num & Saul inter prophetas? Et 2. Reg. 20. Non eſt nobis pars

Matt. 13 g
Beda.
1 reg. 10 c.
2. reg. 20 a

in Da

M.E.C.D. 2017

in Dauid,nec hæreditas in filio Isai. Hoc autem dicebãt non omnes,sed mali: scilicet, Scribæ & Pharisæi. Vnde non contradicit ei,quod priùs dictum est: Quòd omnes testimonium illi dabant. Similis modus loquendi est in scriptura. Psalm. Cum occideret eos, quærebant eum,non mortui, sed alij. Hæc est autem consuetudo malorum, vt quando aliquem laudari audiunt, statim se opponunt, & si non possunt ex parte morum & scientiæ: saltem ex parte naturæ, secundum illud. Eccles. 11. Bona in mala conuertens insidiatur, & in electis ponet maculam. Vel etiam illi ijdem, quem priùs laudabant, post despiciebant, secundum illud. Psalmistæ. Laudauerunt laudem eius. Citò fecerunt, obliti sunt operum eius. Vel aliter intelligi potest: vt licet immediatè hic narretur,non tamen fit immediatè, sed post factum est.

Supra.d.

Psal'o.77.

¶Cõsuetudo malorum.

Eccl'i.11.d

Psal'o.105

Per modum occultæ ironiæ exprimit,cum adiungit:
" (Et ait illis: Vtique dicetis mihi hanc similitudinem.) Hoc enim videbat eos occultè cogitare. Dixit ergo hoc ironicè, proponitis contra me, quòd occultè in cordibus vestris concepistis: quia secũdum quod dicitur Matthæi duodecimo. Ex abundantia cordis, os loquitur. Proponitis hanc, scilicet, similitudinem per ironiam.
" (Medice, cura teipsum.) Quod consueuit dici medicis infirmantibus,cum sibi subuenire non possunt: vel nesciunt,aut negligunt: quod est ipsorum derisorium verbum. Sic & tu teipsum,id est,infirmos tuos,id est patriæ tuæ,cura. Quod dicebant potius ex incredulitate, & derisione quàm ex humilitate & deuotione,sicut. Matthæi decimotertio dicitur: Quòd non fecit ibi virtutes multas,propter incredulitatem illorum. Vnde Beda dicit in glossa. Frustrà opem misericordiæ cœlestis expectas, si alienis virtutibus inuides. Aspernator enim est dominus inuidorum, & ab his qui beneficia diuina in alijs persequuntur, miracula suæ potentiæ auferit. Et nota, quòd ironicè vocant medicum,quem veraciter deberent confiteri medicum,secundum illud.Iob quinto. Ipse vulnerat, & medetur. Despiciũt quem deberent colere,& honorare, secundum illud.Ecclesiast.38. Honora

Matt.12.c.

Matt.13.g

Beda.

¶Christus medicus.

Iob.5.c.

Eccl'i.38a.

medicum

M.E.C.D. 2017

medicū propter neceſsitatē. Et poſt: Altiſsimus creauit de terra medicinam, & vir prudens, non abhorrebit illam.

Per modum vero inuectionis expræſſę exprimit, cum ſubiungit: (Quāta audiuimus facta in Capharnaū:) Sci- »
Matt.11. c licet opera miraculoſa. Vnde Mat. 11. Et tu Capharnaum nunquid vſq; in cęlū exaltaberis? & poſtea: Terræ Sodo morū remiſsius erit in die iudicij q̄ tibi. Sed quō hęc audierunt facta in Capharnaū, cū euangeliſta nōdum expreſſerit aliqua miracula ipſum feciſſe? Hęc propter attēdendum q̄ euangeliſta non proſequitur ordinē rei geſtę ſed ordinē intentionis ſuæ: & hoc quidē facit pluries: & ideo cū vnus euāgeliſta narrat poſt, quod alius ante, nō eſt repugnātia: quia nō intendūt dicere eo ordine eſſe facta quo ſunt ſcripta, ſicut dicit Auguſt. de concordantia
Auguſti. euangeliſtarū. Patet, quia Lucas cum aliis duobus Mat-
Matt.4. b thęo & Marco nihil narrat de primo aduētu CHRISTI
Marc.1.b. in Galilęā, ſed de ſecundo. De primo aūt determinat ſo-
Supra eo lus Ioannes. Ex fama ergo miraculorū factorū in terra
dem.c. aliena arguebāt eum, quia non faciebat in terra propria
Ioan.1.f. Vnde additur: (Fac & hic in patria tua & cætera) Secun- »
Eccli.14 a dum illud. Eccleſiaſtici. 14. Qui ſibi nequam eſt, cui alij
1.Tim.5.a bonus erit. Et. 1. ad Timoth. 5. Si quis autem ſuorum, & maximè domeſticorum curam non habet. fidem negauit, & dicitur etiam. Eccleſiaſti. 17. Mandauit illis vni-
Eccli.17.b cuiq; de proximo ſuo.

¶Ait autē: Amen dico &c.) Hic poſt detrahentiū conuiętia ſubiunguntur exēpla prophetica detractores confutantia. Ad plenam autē ipſorum confutationē præmittitur generale prouerbium. Secundo ſpeciale exemplum in Elia propheta eximio. Tertio in Eliſeo diſcipulo ipſius. Primum eſt ad commouendum: Secundum ad confutandum: Tertium ad confirmandum. Generale igitur prouerbium in omni propheta, & populo præmittit cum dicit:

Ait autem.) Scilicet CHRISTVS: (Amen dico vobis) »
Id eſt certitudinaliter: quia Amen ſignum eſt affirmatio
Mrtt.14.c nis. Et vere, quia ſicut ipſe dicit Matth. 14. Cęlum & terra tranſibunt: verba autem mea non pręteribunt: (Quia »
nemo propheta acceptus eſt in patria ſua.) Scilicet nec »

quoad

M.E.C.D. 2017

quoad doctrinam,nec quoad vitam,in quibus prophe-
tæ consueuerunt habere excellentiam . Et ideo non est
mirum si in patria sua non faciat miracula , quæ pro in-
gratis & indignis nõ sunt facienda.Huic saluatoris pro-
uerbio accedit,quòd Ioseph à fratribus venditur.Gene- Geñ.37.f.
sis.37. Ab Aegyptijs bonoratur.Genes.41. Sic Moyses ab Geñ.41.c.
Aaron,& MARIA contumeliam patitur. Nume.12. Et à Num.12.a
contribulibus obiurgatur.Sic Abraham à Compatriotis Num.16.a
in Caldea patitur.Vnde dicitur ei:Egredere de terra tua Geñ.12.a.
& de cognatione tua. Genes.12. Rationem autem huius Beda.
assignat Beda in glossa.Cæteri prophetæ minoris in pa
tria quàm in exteris ciuitatibus habiti sunt . Quia pro-
pemodum naturale est , ciues semper ciuibus inuidere.
Non enim considerant præsentia viri opera , sed fragi-
lem recordantur infantiam,quasi non & ipsi per eosdem
ætatis gradus ad maturam ætatem venerint.

Speciale verò exemplum in Elia nobili propheta ad-
" iungit,cum dicit: (In veritate dico vobis.) Ioannis de- Ioan.17.c
cimoseptimo . Sermo tuus veritas est. Etiam veritatem
dicebat , cui erat credendum , & tamen non credebant.
Vnde Ioannis octauo. Si veritatem dico: quare non cre- Ioan.8.f.
nitis mihi? Et illud. Iob sexto . Quare detraxistis ser- Iob.6.
monibus veritatis? & cætera . Et hæc est veritas certa:
" quia sumitur de scriptura. Vnde additur:(Multæ viduæ
" erant in diebus Eliæ in Israel .) Quæ scilicet , erant in
necessitatæ constitutæ. Ieremiæ decimo quinto. Multi- Iere.15.b.
plicatæ sunt mihi viduæ eius super arenam maris.Erant
autem in necessitate constitutæ , propter defectum plu-
uiæ cœlestis,addit : (Quando clausum est cœlum an-
" nis tribus & mensibus sex.) Sicut dominus commina-
" tus fuerat . Leuitici vigesimo sexto . Sin autem nec sic Leui.26.c.
obedieritis & cætera. Et postea. Dabo vobis cœlum de-
super sicut ferreum.Et Deuteronomij vigesimooctauo. Deut.28.c
Sit cœlum quod supra te est æneum: & terra quam cal-
cat ferrea.Et sic factum est propter peccata eorum. Vnde
Iere.3. Polluisti terram in fornicationibus tuis,& in ma Iere.3.a.
litijs tuis.Quam ob rem prohibitę sunt stillę pluuiarũ &
serotinus imber non fuit.Erant in necessitate constitu-
tę propter defectum terrestris alimoniæ,& ideo additur:

Cum

M.E.C.D. 2017

(Cum facta esset fames magna in omni terra.) sicut dici »
1.reg.18.a tur .1. Reg.18. Erat fames vehemens in Samaria &cæte.
Vnde verificatum erat de filijs Israel illud Psalmographi
Psal.o .58. Famem patientur vt canes, & circuibũt ciuitatẽ. Quia
Iere. 15.b. circuibat rex & dispensator domus suæ ad inuenienda
3.reg.18.b pascua.3. Reg.18.& licet essent in tanta necessitate subiũ-
gitur. (Et ad nullam illarum missus est Elias.) vt eas per »
miraculum releuaret à penuria famis. Vt sic verificaretur
Psal.o.106 in eis illud Psalmi. Esurientes & sitientes:anima eorum
in ipsis defecit. Sed extraneam releuauit,vnde additur:
(Nisi in Sarepta Sidonis ad mulierem viduam.)secundũ »
3.reg.17.b quod scribitur.3. Reg.17. Dictum est Eliæ:Surge,& vade
in Sarepta Sidoniorum,& manebis ibi.præcepi enim ibi
mulieri viduæ vt pascat te:Imo ipsa per te.

Aliud exemplum ad confirmationem prædictorum
de Eliseo introducitur, cum ait:(Et multi leprosi erant »
4.reg.7.a. in Israel sub Eliseo propheta.)Vnde.4.Regum.7.dicitur »
quòd tempore Eliseï erant quatuor viri leprosi iuxta in-
troitum portæ Samariæ.Et multi alij in necessitate con
simili.(Et nemo eorũ mundatus est,nisi Naaman Syrus)
4.reg.5.d 4.Reg.5.dicitur,quòd Naaman descendit,& lauit in Ior »
dane septies iuxta sermonem viri dei:& restituta est caro
eius,sicut caro pueri paruuli,& mundatus est.Et hoc iu-
sto Dei iudicio,quia non erant digni. Et à simili etiam,
secundum imitationem prædecessorum,ostendebat eos
indignos ad miraculorũ susceptionem. Simile habetur
Matt.23.d in Matthæo.23.Itaq; testimonio estis vobismetipsis,quia
filij estis eorum qui prophetas occiderunt.Et vos imple
Actu.7.f. te mensuram patrum vestrorum.Et Actu.7.Dura ceruice
& incircuncisi cordibus, & auribus, vos semper spiritui
sancto restitistis sicut patres vestri &vos:quem propheta
rum non sunt persecuti patres vestri?&c.Et sic manifestè
sunt conuicti, quia defectus miraculorum non erat im
putandus impotentiæ vel negligentiæ CHRISTI sed
potiùs ipsorum inuidiæ & incredulitati,& sic digni erãt
qui miraculis priuarentur:sicut priuati etiam fuerant pa
¶Spiritu tres ipsorum. Et nota hic spiritualiter,quòd his duobus
aliter. exemplis ostendit indignitatem Iudæorum respectu gẽ
tilium:quantum ad vniuersalem defectum pœnitentiæ,
& vni-

M.E.C.D. 2017

& vniuerſale contagium malitiæ,quod in Iudæis remã-
ſit nõ curatum,ſed in gentilibus eſt ſanatum per CHRI
STVM .Clauſura enim cœli deſignat defectum gratiæ,
& doctrinæ.Deuter.11.Cauete ne fortè decipiatur cor ve Deutr. 11.
ſtrum,& recedatis à domino. Et deinceps:Iratuſq; domi
nus claudat cœlum,& pluuiæ non deſcendant,nec terra
det germen ſuum:de qua pluuia in Pſalmo:Pluuiam vo Pſal'o. 67.
luntariam ſegregabis Deus hæreditati tuę &c. Et ex hoc
ſit fames & indigentia omnis boni. Iob.18.Attenuetur Iob. 18.c.
fame robur eius,& inedia inuadat coſtas illius. Et nota
quòd dicitur ſubtracta eſſe pluuia annis tribus & menſi
bus ſex, quia tribus annis & dimidio, quibus dominus
prędicauit, non receperunt pluuiam gratię exigentibus
peccatis ſuis,quamuis enim ſuper ſe veniret imber,Iudęa
tamen non recepit.Hebr.6. Terra ſæpe venientem ſuper Hebr.6.b
ſe bibens imbrem,& germinans herbam opportunã illis
à quibus colitur, accipit henedictionem à Deo,proferẽs
autem ſpinas ac tribulos:reproba eſt,& maledicto proxi
ma &c.Intereà autem temporis mittitur verus Elias præ
dicator ad viduã in Sarepta Sidonis,quæ rectè deſignat
gentilitatem,ſicut oſtendit Beda in gloſſa.Saluata enim Beda.
eſt gentilitas , populo Iudæorum derelictio ſecundum
illud Actu.13.Quoniam repellitis verbũ Dei,& indignos Actu.13.g
vos iudicatis æternæ vitæ, ecce conuertimur ad gentes.
¶Lepra quid ſignificet.
Infectio autem lepræ ,deſignat cortuptionem malitiæ,
quæ fuit in omnibus ante aduentum CHRISTI,ſecun
dum illud Pſalmi. Corrupti ſunt, & abominabiles facti Pſal'o. 13.
ſunt &c.Ab hac non eſt curata Iudæa.Ezech.24. Munda Ezech.24
re te volui,& nõ es mundata à ſordibus tuis: ſed nec mũ d.
daberis priùs, donec quieſcere faciam indignationem
meam in te.Sed Nãaman à lepra mundatur,qui interpre 4.reg 5.d.
tatur decor. Et deſignat gentium populum ſacramento
baptiſmi decorum factum, & omni fœditate mentis, &
corporis expurgatum.Et Oſeę.8.Vſquequo non poterũt Oſeę.8 b.
emundari? Secundum illud Ezechie.36. Effundam ſuper Ezec.36.e
vos aqnam mundam, & mundabimini ab omnibus in-
quinamentis veſtris. Et ſic ſecundum vtrunq; intellectũ
fuit hic confutatio infidelium Iudæorum.
¶Et repleti ſunt omnes &c.)Poſtquàm deſcripta eſt con
futatio

futatio detrahentium, ſubiungitur hic declinatio perſequentium. Habet autem hæc pars duas. In prima deſcribitur malignantium perſecutio. In ſecũda verò perſequẽtium declinatio: ibi, (Ipſe autem tranſiens &c.) Ad deſcriptionem ergo perſecutionis malignantium tria inttoducuntur: ſcilicet iracundia mentis, violentia operis, & perfidia ex parte finis intẽti. Inſinuat ergo iracundiam mẽtis, in hoc quod dicit:

Infra eodem.c. Amos.5.c Prou.9.b

Et repleti ſunt omnes in ſynagóga, ira, hæc audiẽtes) Vnde verificatum eſt illud Amos.5. Odio habuerunt corripientem in porta &c. Propter quod dicitur Prouerb.9. Noli arguere deriſorem, ne oderit te: Argue ſapientem & diliget te. Vnde ex auditu veritatis non ſunt eruditi, ſed

¶Contra iracũdos. Eccl's.7.b

potiùs iritati: contra quod dicitur Eccl'es.7: Ne ſis velox ad iraſcendum, quia ira in ſinu ſtulti requieſcit. Et Iob.5.

Iob.5.a. Prou.27.a

Verè ſtultum interficit iracundia. Quia ſicut dicitur Prouer.27. Ira nõ habet miſericordiam, nec erumpens furor.

Violentiã aũt operis inſinuat, cum addit: (Et ſurrexerũt & eiecerunt illum extra ciuitatem.) Tanq̃ blaſphemum: ſic enim erat præceptum Leuit.24. Educ blaſphemum extra caſtra, & poſt: & lapidet eũ populus vniuerſus. Et ſic verificata eſt illa parabola Matth.21. in qua dicitur, quod filium patriſſamilias eiecerunt coloni extra vineam. Vinea enim domini exercituum, domus Iſrael eſt. Iſaiæ.5.

Leui.24.c Matt.21.d Iſaiç.5.b. Actu.7.g. Iudic.11.a

Sic fecerunt Stephano. Actu.7. Impetum fecerunt vnanimiter in eum. Et eiicientes eum extra ciuitatem, lapidabant &c. Vnde ſaluator poterat eis dicere illud Iudic.11. Nonne vos eſtis qui odiſtis me, & eieciſtis de domo patris mei?

Perfidiam autem ex parte finis intenti explicat, cum adiungit. (Et duxerunt illum vſq; ad ſupercilium mõtis, ſuper quem ciuitas illorum erat ædificata.) Ad locum præruptum ducebant ad præcipitium. Vnde poterat dici

4.reg.20.f.

populo illi inſano, illud ſapientis mulieris.2.Regum.20. Quare præcipitas hæreditatem domini? In hoc autem, quòd præcipitare eum volebant, peiores diabolo erant: ſicut dicit Beda. Quia quod ille tantũ dixit verbo, Mitte te hinc deorſum, hoc iſti conati ſunt facto, ſed non valuerunt, quia ipſe habebat poteſtatem ponendi animam

Beda. Supra eodem.b.

ſuam

M.E.C.D. 2017

Nemo aũt tollẽdi ab eo: ſicut dicitur Ioan.10. Vnde Beda:Non à Nazareis præcipitari:non à Ieroſolimitis lapidari nõ inter pueros Bethleemitas ab Herode perimi: nõ alia vel alia voluit morte cõſumnari,ſed crucis expectare voluit triumphum.Ipſa enim eſt typus monarchiæ ſingularis.Vt in nomine IESV omne genu flectat & c. Phil.2.Et hinc eſt quod cacumina crucis cœlos oſtendũt ima petunt inferos,coruia terram tegunt. Ioan.10d Beda. Phil.2.b.

¶Ipſe autem tranſiens &c.) Hic notatur declinatio perſequentium perfecta,quia fuit ſine detentione,ſine impulſione,ſine portatione.Vnde non poterant ei violentiam facere,nec trahendo,nec impellendo, nec portando. Ad oſtendũ igitur q̃ non fuit violentia detẽtionis dicitur:

Ipſe aũt trãſiẽs.)Vnde Ambro.Quod capitur,à paucis & tenetur,volũtatis eſt. Quod à populo modo nõ tenetur,ſed tranſit,maieſtatis eſt.Vñ nihil Poterat actũ virtutis ſuę retardare.Cãt.2.Ecce iſte venit ſaliẽs in mõtibus, tranſiliẽs colles.Fuit aũt iſte tranſitus à virtute propria ſed Petri in virtute aliena.Actu.12. Qui tranſcuntes primam & ſecundam cuſtodiam venerunt & c. Ambroſi. Cant.2.b Actu.12.b

Ad oſtendendũ q̃ nõ fuit violẽtia impulſionis,ſubdit: Per mediũ eorũ.)Quaſi diceret:Cernis q̃ non poſsit ab aliquo ſuperari.Vñ poterat dicere illud.Pſal.Si cõſiſtant aduerſum me caſtra nõ timebit cor meũ. Simile dicitur: Ioã.10.Quęrebãt eũ apprehendere,ſcilicet ad lapidandũ & exiuit de manibus eorũ.Per mediũ vadit,quia mediator dei & hominũ,ſemper diligit medium.Vnde Ioan.1. Medius veſtrum ſtetit quem vos neſcitis. Pſal.26. Ioan.10.g Ioan.1.d.

Ad oſtendendũ vlterius q̃ non fuit violentia vectionis,ſubditur:(Ibat.)Scilicet propria virtute,ſicut animalia,de quibus Ezechiel.1. Dicitur q̃ ibant, & retrertebãtur in ſimilitudinẽ fulguris coruſcãtis.(Ibat.) ſcilicet nõ ĩ pręceps, ſed deſcẽdebat (vt dicit Be.)ſub rupẽ illi cedẽte petra, & ipſũ ſuſcipiẽte, vt illi ad eũ nõ poſsit attĩgere:vñ poterat dicere illud.Ioã.7.Quęretis me & nõ inuenietis & vbi ego ſũ,vos nõ poteſtis venire. In q̃ oñditur ſimul dñi potẽtia,qa nõ poterãt illũ lędere ,ſed & lapides obediebãt ei.Oñditur & patiẽtia,qa ceſsit,nec eos lęſit,ſicut Ioã.8.dicitur q̃ Iudęi tulerũt lapides,vt iacerent in eum Ezec.1.d. Beda. Ioan.7.e. Ioan.8.g

IESVS

M.E.C.D. 2017

¶Quatuor modis est dño Iesu mors intentata Matt.2.c. Ioan.8.g. Matt.27 d Hebr.6.b Matth.23. d. Iere.22. b. Psal'o.56.

IESVS autem abscondit se, & exiuit de templo. Nota hic quòd quatuor modis est domino IESV mors intẽtata. Quidam tentauerunt gladio perimere, sicut Herodes Matt.2. Quidam præcipitio, vt hic. Quidam lapidatione, sicut Iudæi Ioan.8. Quidam crucifixione. Mat.27. Spiritualiter enim CHRISTVS crucifigitur in nostra recidiuatione. Vñ dicitur de his qui prolapsi sunt Heb.6 Rursus sibimetipsis crucifigentes filium Dei &c. Lapidatur autem in obduratione. Matt.23. Ierusalem, Ierusalem, quę occidis prophetas, & lapidas eos &c. Vbi ostenditur obduratio Iudæorum. Præcipitatur autem in desperatione Iere.22. Succident electas cedros tuas, & pręcipitabũt in ignem. Et hoc est in desperatione. Sed gladio perimitur in blasphematione, secundum illud Psalmi: Filij hominum, dentes eorum arma & sagittæ: & lingua eorum gladius acutus.

¶Diuisio

Infrà eodem.f. Ibidem g

¶Et descendit in Capharnaum &c.) Postquàm ostendit doctrinam CHRISTI authenticam ex merito vitæ, & testimonio scripturę, hic modo ostendit ex miraculo potentiæ. Vt in ore trium stet firmum authoritatis testimonium. Habet autem hæc pars, tres. In prima proponitur communicatio doctrinæ CHRISTI. In secunda, confirmatio virtutum miraculi, ibi: (Et in synagoga erat & c.) In tertia, acceptio eiusdem à multitudine populi, ibi: (Facta autem die egressus, ibat & cæ.) Circa autem communicationem doctrinæ CHRISTI quatuor exprimũtur scilicet, Locus, Tempus, Effectus, & Virtus. Ex his autem quatuor colligitur doctrina CHRISTI fuisse humilis, celebris, admirabilis, & sublimis. Humilis inquam ostenditur ex situ loci, quem notat, cum dicit:

¶Christi descẽsus humilitatẽ significat. Can.6.d. Suprà.3.e Ioan.6.d Matt.11.d

Descendit in Capharnaum ciuitatem Galilęę.) Descẽsus enim in CHRISTO signum est humilitatis, sicut ascensus in superbis, signum est elationis. Vnde Cant.6. Descendi in hortum meum, vt viderem poma conuallis Ad quod etiam designandum, dicitur Suprà.3. Quòd descendit spiritus corporali specie & c. Et ideo ipse dicebat. Ioan.6. Descendi de cœlo, non vt faciam voluntatẽ meam & cæ. Et hæc magna est humilitas, & hanc docuit verbo Matthę.11. Discite à me, quia mitis sum & humilis corde

M.E.C.D. 2017

corde. Et Ioann.13.exemplo. Si ego laui pedes vestros & cæte, exemplum enim dedi vobis. Huic etiam competit quòd ciuitas illa erat in confinio gentium & Iudęorum in finibus Zabulon & Neptalim,vt sic ostenderet se non despicere gentiles,ratione culpæ aut idololatriæ. Isai.9. Primo tempore alleuiata est terra Zabulon & terra Neptalim, & nouissimè aggrauata est via maris trans Iordanem Galilęę gentium.Huc accedit, quòd istæ duę tribus,prius cæteris migrabant,sicut dicitur.4. Regum.15. Et ideo tanquã despectiores, primo fuerant visitandę.

Matt 4 b
Isaiæ 9 a
4 Reg 15 f

¶Sabbathis vacã dũ legi diuinæ

Celebris autem ostenditur ex tempore solenni, cum additur:(Ibiq; docebat illos sabbathis.) Tunc enim populus veniebat ad audiendum legem,quia cessabant ab omni opere seruili,sicut pręcipitur Leuitici vigesimotertio. Et ideo Baruch.1. Legite librum istum, quem mittimus ad vos recitari in templo domini,in die solenni, & in die opportuno.Sic etiam Paulus sabbathis.docebat, secundum quod dicitur.Actuũ.15. Moyses à temporibus antiquis,habet in singulis ciuitatibus, qui eũ prędicent in synagogis,vbi per omne sabbathũ legitur.In quo erudimur secundum consilium Eccli.38.Sapientiam scribe in tempore vacuitatis:& qui minoratur actu,sapientiam percipiet.Et etiam erudimur,in diebus solennibus,& in conspectu multitudinis,maximè intendere diuinis laudibus,& prædicationibus.Vnde in Psal.Narrabo nomẽ tuũ fratribus meis,in medio ecclesię laudabo te. Et rursus:In ecclesijs benedicite deo de fontibus Israel.

Leuit 23 a
Actu 15 d
Eccli 38 c
Psal 21
Psal 67

Admirabilis autem ostenditur ex stupore populi, cũ additur:(Et stupebant in doctrina eius.)Et hoc quia aliquid magnum & insolitum in ea imaginabantur.Sic & in doctrina apostolorum,post spiritus sancti aduentum Actu.2.Stupebant autem omnes,& mirabantur ad inuicem &c.Iob.12.Adducit consiliarios in stultum finem,& iudices in stuporẽ.Nec mirum,quia sicut dixerunt ministri.Ioann.7.Nunq̃ sic locutus est homo.

Actu 2 b
Iob 12 c
Ioan 7 g

Sublimis vero ostẽditur ex virtute singulari,& hoc notat cũ addit:(Quia in potestate erat sermo ipsius.) Siue quia loquebatur,vt dñs oĩpotens,secundũ illud. Mat.7. Admirabantur turbę super doctrina eius. Erat enim do-

Matth 7 d

M.E.C.D. 2017

cens eos,ſicut poteſtatem habens. Siue quia ſermoni ſũ-
Eccl's.8.a cta erat virtus faciens mirabilia,ſecundum illud Eccl's.8
Infra.24. Sermo illius poteſtate plenus eſt. Et infrà.24.de IESV
Nazareno, qui fuit vir propheta, potens in opere & ſer-
mone. Siue etiam quia verba eius ſpiritualem virtutem
Pſal'o.67. ſapiebant:ſecundum illud Pſalm:Dabit voci ſuæ vocem
1.Cor.2.a virtutis.Sic & apoſtolus.1.Corin.2. Sermo meus & præ-
dicatio mea nõ in ſuaſibilibus humanę ſapientię verbis
ſed in oſtẽſione ſpũs & virtutis.Nec mirũ ſi ſermoni eius
1.Coa.1.c erat virtus cõiũcta, quia ipſe eſt dei virtus, & ſapiẽtia.1.
Hebr.1.a. Cor.1.Et ideo Heb.1.dicitur· Portãs oĩa verbo vtutis ſuę
¶Et in ſynagóga erat &c.Poſt communicationẽ doctri-
næ CHRISTI,ſequitur hic comprobatio per virtutem
¶Diuiſio miraculorum.Oſtenditur autem hæc virtus admirabilis
in CHRISTO docente tripliciter:primo reſpectu ſexus
virilis: Secundo reſpectu muliebris,ibi:(Surgens autem
Inf.co.f. IESVS.) Tertio reſpectu omnis ſexus & ætatis,ibi(Cũ
Ibidem.g autem ſol occidiſſet.) Rurſus alia differentia eſt ex parte
naturæ, quia primum miraculum conſiſtit in liberatio-
ne hominis à dæmone. Secundum in liberatione mulie
ris à febre. Tertium in liberatione ab vtriſq; indifferen-
ter.Rurſus primum eſt in loco eeuditionis,quia in ſyna-
góga. Secundum verò in loco refectionis,ſcilicet in do-
mo Simonis. Tertium in loco requietionis,quia poſt ſo
lis occaſum.Poſtremo,primum horum oſtenditur factũ
fuiſſe mane: Secũdum circa meridiem,quia hora come-
¶Chriſti ſtionis:Tertium circa ſolis occaſum. Ex his autem om-
poteſtas nibus claret, quòd CHRISTVS habet poſſe ſu-
maxima. per omniem perſonam, & ſuper omnem naturam, &
in omni loco,& in omni tempore,ac per hoc ſufficienter
oſtenditur authentica doctrina eius per virtutem mul-
titudinis miraculorũ. Præmittitur aũt primo miraculũ
hominis dæmoniaci curati.Circa cuius quidem curatio
nẽ, notãda ſũt quatuor cõcurrẽtia, quę faciũt ad manife
ſtãdã Chriſti potẽtiã. Ex parte dęmoniaci,ſtatus manife
ſtę miſerię.Ex parte dęmonis,ſentimẽ diuinę pręſẽtię.Ex
parte Chriſti,operatio immẽſę potẽtię. Ex parte populi,
exhibitio debitę reuerẽtię,quę oĩa conueniẽtiſsimè deſcri-
bãt ab euãgeliſta ad pręſẽtis miraculi magnificentiã.Ex

parte

M.E.C.D. 2017

parte igitur dæmoniaci oſtenditur ſtatus manifeſtæ miſerię, cum dicitur.

Et in ſynagoga erat homo habẽs dęmoniũ immundũ.) quia in cõmuni apparebat oĩbus, ꝙ erat à dęmone obſeſſus. Vnde in loco cõmuni erat, qa in ſynagoga vbi multi cõueniebant, ſecundũ illud. Ioã. 18. Ego ſemper docui in ſynagoga & in tẽplo quo oẽs Iudęi cõueniũt. In hac erat homo habẽs ſpũm immundũ ab effectu, quia immundũ facit. Zac. 13. Spũm immũdũ auferã de terra. Immũdus iſte ſpũs dicit: quia ſemp immunditiã ſuggerit. Vñ Apoc. 16. Et vidi de ore draconis, & de ore beſtię, & de ore pſeudoprophetę exire ſpũs tres immũdos in modum ranarum. Ioan. 14. c ¶ Spiritus immũdus ab effectu Zach. 13 a Apoc. 16 c

Ex parte vero dæmonis, oſtenditur ſentimen diuinæ præſentię, cum dicitur: (Et exclamauit voce magna & c.) Vt ex vi clamoris oſtẽderetur in dæmone paſsio doloris. Iſai. 65. Ecce, ſerui mei laudabunt præ exultatione cordis & vos clamabitis præ dolore cordis, & præ contritione ſpiritus vlulabitis. Vnde colligitur ex clamore, ꝙ in dæmone fuit dolor & tremor, ex ſentimẽto pręſentię CHRISTI. Vnde Auguſt. Vtinã ſicut deũ dęmones iudicem, ſic hoĩes agnoſcerẽt ſaluatorẽ, dæmones viderũt, & contremuerunt: hoĩes vero viderunt, & occiderunt. O quanta ĩfœlicitas, hoĩes peiores dęmonibus inueniri. Vnde ipſe timor cõpulit veritatẽ confiteri, ſcilicet ꝙ CHRISTVS eſſet deſtructor dęmonũ, & ſanctificator hoĩm. Propter primũ additur, (dicens: Sine, quid nobis & tibi IESV Nazarene? veniſti perdere nos?) Sine. i. ceſſa ab afflixione, & noſtra perſecutiõe, qa importabilis eſt. Iob. 13. Manũ tuã longe fac à me, & formido tua nõ me terreat. Vel ſine. i. permitte me elongari à te, qd nobis & tibi, quaſi diceret, nulla conuẽtio: & ideo ſimul eſſe nõ poſſumus. 2. Cor. 6. Quę participatio iuſtitię cũ iniquitate? Aut quę ſocietas luci ad tenebras? Quę autẽ conuẽtio CHRISTI ad Belial? Et ꝙ non ſit communicatio oſtendit, cum adiungit: (Veniſti perdere nos.) Prouerbio. 24. Repente conſurget perditio eorum. Vnde Primę. Ioann. 3. In hoc apparuit filius dei, vt diſſoluat opera diaboli. Et nota, quod duplex eſt perditio dæmonum. Vna ſcilicet, propter peccatum ſuperbiæ, qua perditi ſunt ab initio. Ezechieli. 28. Iob. 13. c. 2. Cor. 6. c Prou. 24 c Ioan. 3. b. ¶ Perditio dęmonum eſt geminа.

M.E.C.D. 2017

Perdidi te ò Cherub,protegens de medio lapidum igni
torum.Alia propter peccata ſuperaddita,ob quę perden
tur in extremo iudicio, cum auferetur omnis poteſtas ,
Deut 32 e & infligetur omnis pœna debita.De qua Deute.32.Iuxtà
eſt dies perditionis.Et hęc perditio nõ fiet omnino ante
diem iudicij,vnde Matth.8.Veniſti huc ante tempus tor-
quere nos?Sed tantum à tempore CHRISTI inchoa-
Ioan 12 d ta eſt.Ioan.12. Nunc iudicium eſt mundi·nunc princeps
huius mundi eijcietur foras .Non ſolùm autem confite-
tur ipſum deſtructorem dæmonum,ſed etiam ſanctifica-
torem hominum,cum adiungit.(Scio te quia ſis ſanctus »
Danie 9 f Dei.)Ille ſcilicet de quo Dani.9.Vngatur ſanctus ſancto »
rum. Hoc autem non ſciebat certa ſcientia,cum dicatur
1 Cori 2 b 1.Corint.2. Si enim cognouiſſent, nunquam dominum
gloriæ crucifixiſſent. Sed cognoſcebat coniecturando.
Prou 23 a Prouer.23.In ſimilitudinem arioli & coniectoris æſtimat
quod ignorat. Exiſtimabat enim hoc per pœnam quam
ſentiebat.

Ex parte autem CHRISTI oſtenditur operatio im
menſæ potentiæ, cum adiungitur. (Et increpauit illum »
IESVS, dicens Obmuteſce)tanquam enim omnipotẽs »
Zacha 3 a dæmoni ſola increpatione ſilentium imponit. Zacha .3.
Oſtendit mihi IESVM ſacerdotem magnum.Et ſequi-
tur: Increpet dominus in te, ſatan, & increpet dominus
in te qui elegit Ieruſalem.Licet autem vera diceret,tamẽ
Eccl'.15. b ſilentium imponebat: quia vt dicitur Eccleſi,15. Non eſt
Pſal'o. 49 ſpecioſa laus in ore peccatoris. Vnde & in Pſalm.Pecca-
tori autem dixit Deus : quare tu enarras iuſtitias meas?
Vel ideo prohibuit,quia doloſè loquitur,& immiſcet fre
Marc.1.d quenter falſa veris.Vnde Mar.1.ſuper illud: Non ſinebat
Gloſſa. ea loqui: dicit gloſſa: ne dum viderent vera loquentem,
F[illegible]o.30. ſequerentur errantem.Et ideo in Pſalmo. Muta fiant la-
bia doloſa &c. Oſtendit autem hic vanam gloriam eſſe
vitandam,vt à vanis & falſis laudibus nemo quærat lau
Actu.16,d dari. E[illegible]mplum de Paulo Actuum.16. Non autem ſolũ
imponit ſilentium increpando,verumetiám expellit prę
cipiẽdo,cũ addit:(Et exi ab eo.)Iam impletur illud Aba- »
Haba.3.a cuc.3.Egredietur diabolus ante pedes eius.Et ideo ſequi
tur(Et cũ proieciſſet illũ dęmoniũ in mediũ exijt ab illo) »

In quo

M.E.C.D. 2017

In quo oſtenditur iracundia diaboli,quia inuitus exiſt, & cum murmure. Vnde Marc.1:Diſcerpens enim&c exiſt ab eo. Hoc autem facit diabolus, cum videt ſe perdere, quod malè poſsidet.Apoc.12.Deſcendit diabolus ad vos habens iram magnam &c. Sed ira eius nõ læſit domino prohibente. Vnde ſubditur:(nihilq; illũ nocuit.)Iſaię.11. Non nocebunt,& non occident in vniuerſo monte ſancto meo. Ex hoc autem colligitur,quòd diabolus habet ſemper voluntatẽ nocendi, quia hanc habet à ſemetipſo ſed poteſtatem nocendi non ſemper, niſi quantũ & quãdo permittitur à Deo iuſto modo. Vnde Roman.13. Nõ eſt poteſtas niſi à Deo. Et ideo. 1. Petri.3. Et quis eſt, qui vobis noceat,ſi boni æmulatores fueritis?

Marc.1.c.
Apo.12.c.
Iſaię.11.b
¶Diabolus ſẽper habet nocẽdi volũtatem.
Rom.13.a

Poſtremo ex parte populi oſtenditur exhibitio debi
" tæ reuerentiæ.cũ ſubditur:(Et factus eſt pauor in omni-
" bus.) Hoc dicitur quantum ad reuerentiam ſecundum actũ cordis. Nec mirũ,quia columnæ cœli contremiſcũt & pauent ad nutum eius. Vude Iob.4.Pauor tenuit me, & tremor, & omnia oſſa mea perterrita ſunt. Et hoc ad aſpectum tanti miraculi,Pſalmus:Confitebor tibi, quia terribiliter magnificatus es:mirabilia opera tua &cæ.Et Iere.10.Quis non timebit te ò rex gentium?.Quantum
" verò ad actum oris, adiungitur. (Et colloquebantur ad
" " inuicem dicentes.) ſcilicet alter ad alterum conferendo.
" (Quod eſt hoc verbum.)id eſt, res digna verbo,ſicut.4. Reg.20.accipitur. Non fuit verbum quod non monſtra
" ret eis Ezechias in domo ſua.(Quia in poteſtate & virtu
" te imperat immũdis ſpiritibus,& exeũt?)Poteſtate p̃cipiente,& virtute faciẽte. Nec mirũ,quia Iob.25.Poteſtas,& terror apud Deum eſt, qui facit concordiam in ſublimibus.Sed hoc imperium non eſt humanum,nec etiam angelicum: Vnde in canonica Iudæ dicitur: Cum Michael archangelus cũ diabolo diſputãs altercaretur de Moyſi corpore,non eſt auſus iudiciũ inferre blaſphemiæ,ſed dixit: Imperet tibi Deus.Et quia hoc magnum [illegible]nuſitatũ erat,non erat reticendum,ſed cum reuerentia diuulgandum. Ideo ſequitur:(Et diuulgabatur fama de illo,in
" omnẽ locũ regionis.) Sic de Salomone dicitur Eccli.47. Ad inſulas longè diuulgatum eſt nomen tuum. Sic de

1.Pet.3.b.
Iob.26.c.
Iob.4.c
Pſal.138.
Iere.10.a.
¶Verbũ ,p re digna ẏbo.
4.reg.20a
Iob.25.a
Iud[illegible].b.
Infrà.109

M.E.C.D. 2017

1 para 14 d Dauid. Primi Paralipomen. decimoquarto. Diuulgatum est nomen Dauid in vniuersis regionibus, & Dominus dedit pauorem eius super omnes gentes. Sic de
2. para 26 a Ozia. Secundi Paralipomen. vigesimosexto. Diuulga-
1 para 14 d tum est nomen eius vsque ad introitum Aegypti, pro-
2 para. 9. f pter crebras victorias. Nota quòd fuit diuulgatum no-
Ibid. 26. a men Dauid ratione iustitiæ. Nomen SALOMONIS, ratione sapientiæ. Nomen vero Oziæ, ratione potentiæ. Nomen CHRISTI, ratione omnis & excellentiæ & dignitatis, & supereminentiæ.

¶ Surgens autem IESVS de synagoga & cætera.) Post miraculosam curationem sexus virilis à dæmone, sequitur hic miraculosa curatio sexus muliebris à febre. Quę ab euangelista describitur hoc ordine. Primo notatur ipsius febris incommodum. Secundo vero intercessionis adiutorium. Tertio curationis remedium. Quarto perfectæ liberationis indicium. Hæc enim quatuor concurrunt ad præsens miraculum consummandum. Quãtum igitur ad ipsius febris incommodum, dicitur, quòd compellebat socrum Simonis iacere in domo. Vnde dicitur:

Surgens autem IESVS de synagoga, introiuit in domum Simonis.) Scilicet, vt potestas eius, quæ communiter manifestata fuerat coram omnibus, in domo secretius manifestaretur coram simplicibus, & coram suis imitatoribus. In domo enim erat mulier curanda, non in synagoga, ad insinuandum quod dicitur. Primę ad Ti-
1. Tim. 2 d moth. secundo. Docere autem mulieri non permitto.

Ad hunc ingressum mouebat misericordia, propter mulieris miseriam releuandam, quam exprimit, cum dicit: (Socrus autem Simonis tenebatur magnis febribus.) In quo designatur infirmitatis grauitas, quæ disponit ad
Eccli. 31. a gratiam iuxta illud. Eccli. 31. Infirmitas grauis sobriam facit animam. Licet autem esset grauis poterat tamen de
Ioan. 11. a ea dici illud Ioan. 11. Infirmitas hæc non est ad mortem, sed pro gloria dei, quam gloriam non solum debuit in altero sexu ostendere, sed in vtroq; , quia sicut vterq; lapsus fuerat, ita & vterq; pertinebat ad redẽptionẽ. Vnde
Supra 2. a in CHRISTI natiuitate fuit Ioseph cum MARIA: in

CHRI

M.E.C.D. 2017

CHRISTI prædicatione discipuli & mulieres, secundũ quod dicitur. Infra. 8. In passione MARIA, & Ioannes. Ioan. 19. In resurrectione discipuli & Magdalena. Ioã. 20. Sic vir & mulier ad dei gloriam ostendendam curantur & à grauiori mulier q̃ vir, quia pluribus pœnis est subiecta. Geñ. 3. Multiplicabo ærumnas tuas, & cõceptus tuos, in dolore paries filios, & sub viri potestate eris.

Infra. 8. a. Ioan. 19. g Ioan. 20 a

Gene. 3. d

Quantum vero ad intercessionis suffragium, subditur. (Et rogauerunt illum pro ea.) Discipuli & illi qui aderant, quamuis eñ dñs velit dare, nihilominus vult rogari, secũdũ illud. Psal. Et inuoca me in die tribulatiõis, eruã te, & honorificabis me. Isaiæ. quinquagesimo octauo. Inuocabis, & dominus exaudiet te. clamabis, & dicet Ecce adsum. Et in fine. Os enim domini loquutum est. Et nota, quòd dominus alium curauit sine precibus, sicut dæmoniacum priùs. Alium precibus alienis, vt hic. Alium precibus propriis, vt Infrà. quinto. Leprosum. In quo signatur, quòd tripliciter animas peccatrices curat gratia saluatoris nunc intercedente sola benignitate suę clęmentiæ. Rò man. secundo. Ignoras, quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit? Nunc interueniente oratione ecclesiæ. Iacobi quinto. Infirmatur quis in vobis? inducat presbyteros Ecclesiæ, & orent super eum, vngentes eum oleo in nomine domini: & oratio fidei saluabit infirmum. Nunc vero interueniente proprio gemitu. Exod sexto. Ego audiui gemitum filiorum Israel. Quarti Reg. vigesimo. Audiui orationem tuam, & vidi lachrymam tuam, ecce sanaui te. Et ideo dicebat anima sancta. Psalm. Domine deus meus clamaui ad te, & sanasti me & c.

Psalmo Isa. 58. c. d

¶ Triplici ter aiæ à domino curantur Sup. eo. f. Infra. 5. c. Rom. 2. a

Iaco. 5. c.

Exo. 6. a. 4 Re. 10 b

Psalo. 29.

Quantum ad curationis remedium, adiungitur: (Et stans super illam imperauit febri, & dimisit illam.) Imperat autem tanquam dominus & rex. Sic Ecclesiastes. 5. Insuper vniuersæ terræ rex imperat seruienti. Et, quia non est ei impossibile omne verbum. Ideo [illegible]e dixit, & facta sunt. Vnde ad pręceptum eius dimisit illam, scilicet febris, secundum illud. Psalm. Pręceptum posuit, & non pręteribit. Nec mirũ. quia omnia quęcunq; volut dñs fecit in cœlo & in terra, in mari, & omnibus abyssis. Iere. 5.

E[illegible]. 5. b

Psalo. 148

Psal. eod.

Psalo. 134

Iere. 5. e

M.E.C.D. 2017

Me ergo non timebitis,ait dominus: & à facie mea non dolebitis. Qui posui arenam terminum mari præceptũ sempiternum quod non prę teribit? Vnde miro modo in hoc arguitur & reprehensibilis ostenditur peruicatia humanę voluntatis,quia omnis creatura sensibilis,& quod plus est,defectus pœnalis, obedit diuinis imperijs, quibus homo miserabilis contradicit.

Postremo quãtũ ad perfectę liberationis indiciũ,subditur:(Et cõtinuo surgens ministrabat illis.)Hoc aũt est certũ perfecte curationis indiciũ: quia nullę remanserũt reliquię: quia statim facta est potẽs ad motũ, & potẽs ad obsequiũ. Surrexit eñ,& ministrabat eis,tañ bona matrona, & quasi altera Martha, de qua. Infrà. 10. Martha aũt satagebat circa frequẽs ministeriũ. Et tales merentur
4.reg.4.c diuinum beneficium. 4. Reg. 4. Dicit puer Elisęus Sunamiti: Ecce sedulò in omnibus ministrasti nobis, quid vis vt faciam tibi. Talẽ viduã dicebat apostolus esse eligendam.
1.Tim.5b 1. Timoth. 5. Vidua deligatur non minus sexaginta annorum,quæ fuerit vnius viri vxor,in operibus bonis testimonium habens, si filios educauit: si hospitio recepit,si sanctorum pedes lauit,si tribulationem patientibus subministrauit, si omne opus bonum subsequuta est.

¶Sensus allegoricus. ¶Notandum autem quantum ad sensum allegoricum, quòd curatio viri à dęmone,significat curationem gentilis populi ab errore,in cuius rei figuram dicitur. Isa.34.
Isię.34 d. Occurrent dęmonia onocentauris, & pilosus clamabit alter ad alterum. Hoc dicitur de Idumęo,sub figura gentilitatis. Hoc dęmonium eijcitur per fidem CHRISTI,
Marc.16p secundum illud. Marc. vltimo. In nomine meo dęmonia eijcient,linguis loquentur nouis,serpentes tollent & cę. Serpentes inquã, diffundentes virus erroris, qualis fuit
1.Cori.11. de quo. 2. Corinth. 11. Timeo autem ne sicut serpens Heuam seduxit astutia sua: ita corrumpantur sensus vestri, & excid[illegible] a simplicitate quę est in CHRISTO. Per curationem socrus Simonis à febre,significatur curatio synagogę ab ęstu carnalis concupiscentiæ quo inardescit ille populus carnalis.
Oseę.7.b. Oseę. 7. Omnes adulterantes, quasi clibanus succensus à coquente. Et ideo prę mittitur cu-

M.E.C.D. 2017

tur curatio viri.quia ſicut dicitur.Rom.11.Donec pleni- Rom.11 d
tudo gentium intraret,& ſic omnis Iſrael ſaluus fieret.

Secundum ſenſum moralem, curatio hominis à dęmo ¶Senſus
ne ſignificat curationem à peccatis ſpiritualibus, ſecun- moralis.
dum quod dicitur.1.Reg.17.Exagitabat eũ ſcilicet Saul, 1.Regum
ſpiritus nequam à domino.Et infrà.11.Cum immundus Infrà.
ſpiritus exierit ab homine,perambulat per loca inaquo
ſa,quęrens requiem,& non inueniens,dicit:Reuertar in
domum meam vnde exiui & c. Curatio mulieris à febre
eſt curatio animę à peccatis carnalibus.Eccl'ci.23.Anima eccl'.23.c.
calida quaſi ignis ardens, non extinguetur donec ali-
quid glutiat.Vnde Beda.Homo à dęmonio liberatur,cũ Beda.
animus ab immunda cogitatione purgatur. Fœmina à
febribus,cum caro à feruore concupiſcentię refrenatur.
Et ideo homo in medio ſynagogæ eliditur.quia qui ſpi
ritualibus peccatis detinetur, indiget humiliari in con-
ſpectu hominum.Pſalmiſt.Cuſtodiens paruulos domi- pſal'o.114.
nus,humiliatus ſum,& liberauit me.Iſta vero domino
ſtante ſuper eam in domo:quia neceſſaria eſt cum diui-
na gratia cuſtodia diſciplinę.Eccl'ci.26.In filia non auer Eccl'i.26b
tente ſe firma cuſtodiam, ne inuenta occaſione vtatur
ſe.Et ideo.1.Corinth.9. Caſtigo corpus meum, & in ſer- 1.Cor.9 d
uitutem redigo &c.

¶Cum autem ſol occidiſſet & cęt.) Hic poſt curationem
ſexus virilis & muliebris,ſubiungit curatio vniuerſalis,
reſpectu omnis ſexus,ętatis,& infirmitatis.In qua manifeſtatur admirabilis potentia CHRISTI ex quatuor,
ſcilicet,ex varietate languorum,ex facilitate curationũ,
ex confeſsione dęmonum,ex cohibitione ſpirituum im-
mundorum:Primo ergo introducitur varietas languo-
rum in hoc quod dicit.

"Cum autem ſol occidiſſet,omnes qui habebant infir-
"mos variis languoribus,ducebant illos ad eum.)Vt ſcili
cet curaret,&meritò,quia Iſai.53.Verè languores noſtros Iſaię.53.a.
ipſe tulit &c.Et Actuũ.10. Pertranſiit benefaciendo & ſa Actu.10 f.
nando omnes oppreſſos à diabolo. Et ſine diſtinctione,
quia ſuper omnia poteſt æqualiter. Vnde Sapie.16. Neq; Sapi.16.b
herba,neq; malagma ſanauit eos, ſed tuus domine ſer-
mo qui ſanat omnia.Vnde & Matthæi.4.dicitur, Circu- Matt.4.d.
ibat

M.E.C.D. 2017

Ezec.28.d ibat IESVS & c. dein, Sanãs oẽm languorẽ & oẽm infirmitatẽ in popu'o. Et nota quod adducebãt post solis occasum, vt ostẽderetur quod CHRISTVS non tantũ interdiu, sed etiam noctu solicitus & potẽs erat circa salutẽ
Gene.30.c humani generis, quod fuit figuratũ Gen.31. in Iacob vbi dicitur: Die noctuq; ęstu vrgebar & gelu: fugiebatq; somnus ab oculis meis. Et Sapi.19. In omnibus magnificasti
Sapi.19.d populũ tuũ domine, & honorasti & nõ despexisti in oĩ tẽpore, & in oĩ loco adsistẽs eis. Vel ideo post solis occasum vt ostẽderet vitandã esse gloriã hominũ. Vnde reprehen-
Matt.23.a dit Phariseos Matt.23. Omnia opera sua faciũt, vt videantur ab hominibus. Aut ideo post solis occasum, vt designetur per passionem acquirendum esse generale reme-
Mala.4.a dium. CHRISTVS enim sol est, secundũ illud Mala.4. Orietur vobis timẽtibus nomen meũ sol iustitię, & sani-
Amos 8.c tas in pẽnis eius. Iste occubuit in passiõe: Vnde Amos.8. Occidet sol in meridie. Et tunc plures sanati sunt, quod
Iudic.16.g signatum est Iudicũ.16. in morte Samsonis, qui interpre-
Beda. tatur sol eorum. Vnde Beda: Solis occubitus est passio CHRISTI, per quã plures sanantur dęmoniaci & ęgroti, quàm ante.

Secundo additur facilitas curatio num, cum additur: (At ille singulis manus imponens curabat eos)Faciliter 13
curabat, quia sine interpellatione, sed sola manus impositione sanabat. Nec mirũ, quia secundum quod dicitur
Isaię.59.a Isaiæ.59. Nõ est abbreuiata manus domini vt saluare nequeat. Et nec solũ poterat hoc per se, sed etiã alĳs cõmu-
Marc.16. nicare: secundũ illud Marc.16. Super ęgros manus imponent: & bene habebũt. Et nota quod singulis imposuisse
Actu.10.e dicitur sine exclusione: sicut dicitur Actuũ.10. Nõ est pso-
Psal.44. narũ acceptor deus. Et ideo in Psal. Apis tu manũ tuã, &
Sapi.6.b. imples oẽ animal benedictiõe. Et hoc est qb dicit Sap.6. Pusillũ & magnũ ipse fecit, & ęqualiter cura est illi de oĩ- 13
bus. Et ideo dicitur: (Curabat eos &c.) Scilicet omnes ad
Ioan.6.d se venientes. quia sicut dicitur Ioã.6. Eũ qui venit ad me non eĳciam foras. Nec mirum, nam idem dominus om-
Rom.1.c nium, diues in omnes qui inuocant illum. Roma.10.

Tertio subditur confessio dæmonum, cum ait: (Exi- 14
bant autem dæmonia à multis clamantia.) Scilicet præ 14
dolore

dolore & timore & admiratione. Isai. 65. Clamabitis præ dolore cordis. & præ contritione spiritus vlulabitis. Sed cassus erat eorum clamor. Psalm. Clamauerunt, nec erat qui saluos faceret. Vel clamãtia propter publicam veritatis annunciationem. Et ideo subditur vera confessio (Et dicentia: Quia tu es filius Dei.) Hoc autem non dicebãt ex certitudine, sed ex coniecturatione propter potentiæ magnitudinem. Et ideo prius dixit dæmon: scio te, quia sis sanctus Dei: nunc quod filius Dei, quia per maiora ex perimẽta in cognitione profecerat, hoc autem quod ex coniectura confitebantur dæmones, non confitebantur corde, de quo. 1. Corin. 12. Nemo potest dicere, dominus IESVS, nisi in spiritu sancto. Cui dicere, respondet verbum quod est cum amore dicere. Non etiam opere confitebantur de quo. 1. Ioan. 4. Omnis spiritus qui cõfitetur IESVM CHRISTVM in carne veniisse, ex deo est. Sed solũ ore dicebant, & corde odiebant, & opere negabant. Tit. 1. Confitentur se nosse deum, factis autem negant. Nec mirum, quia secundũ quod dicitur in Psalm. In inferno autem quis confitebitur tibi? Nullus, scilicet confessione meritoria, sed omnes confessione extorta & necessaria. Sapien. 5. Dicentes intra se, pœnitẽtiam agentes, & præ angustia spiritus gementes. &c.

Isaiæ. 65. c. Psal. 17. Psal. 87. Sup. eo. f. 1. Cor. 12. 1. Ioan. 4. Titũ. 1. d. Psal. 6. Sapi. 5. a.

Postremo additur cohibitio spirituũ immundorũ, cũ subiungitur. (Et increpans non sinebat ea loqui) vt verificetur illud Psalm. Ab increpatione tua fugient: à voce tonitrui tui formidabunt: (Non sinebat ea &c.) Frequẽter dominus obicem ponit malignantibus. Vnde. 2. Machab. 6. Etenim nõ finere peccatoribus ex sententia agere, sed statim vltiones adhibere: magni beneficij est indicium. Vel ideo nõ sinebat, quia per dæmones manifestari nolebat, vnde subditur (quia sciebant ipsum esse CHRISTVM) id est, probabiliter cõiiciebant. Non eñ innotuit dæmonibus (vt dicit Augustinus) vt splendor & lux, sed p quandã virtutis suæ efficaciã. Nolebat autem Dominus sui nominis cognitionem per dæmones diuulgari, tum quia indigni erãt, tum etiam quia odiosi, tum etiã quia fraudulenti: & ideo talis confessio nec cõueniebat deo, nec congruebat dæmoni, nec proderat homini Beda.

Psal. 80. 2. Mac. 6. a. Augusti. Beda.

Impro-

Improbus enim magiſter eſt diabolus,qui falſa veris ſæpe permiſcet,vt ſpecie veritatis teſtimonium fraudis obtexat. Ex quo nobis datur intelligi, quod qui in prædicãdo CHRISTVM,veris falſa permiſcent,omnino ſũt
1.Cor.5.b cohibendi,ſicut hæretici.1.Corin.5. Neſcitis quia modicum fermentum totam maſſam corrumpit? Siqui autem
¶Prędicatores varij. vera prædicent,non tamen intentione recta,ſuſtinendi ſunt.& de talibus ad Philippẽ.1.dicitur. Quid enim? Dũ omni modo ſiue per occaſionem ſiue per veritatẽ CHRISTVS annuncietur:& in hoc gaudeo ſed &gaudebo. Si
phili.1.c. autem prædicant vera & bona,& tamen non faciunt, nihilominus ſunt audiendi.Matthæi.23. Super carhedram
Matt.23.a Moyſi ſederunt ſcribæ & phariſęi.Et tales deſignati ſunt
Infra.9.f. per illum de quo dicitur infrà.9.quòd prędicabat CHRISTVM non ſequens eum,quem dominus noluit prohiberi. Ex prædictis liquet, quòd ſaluatoris poteſtas per omnem modum eſt manifeſtata.

¶Facta autem die &c)Poſt communicationem doctrinæ CHRISTI,& confirmationem ipſius per operationem miraculorũ,ſubiungitur hic tertio acceptatio eiuſdem à multitudine populi. Ad hoc autẽ quòd doctrina aliqua debito modo auditoribus fiat accepta, oportet quod ſit immunis ab oſtentatione,ab ambitione,ab adulatione, & à perſonarum acceptione. His enim modis quatuor cõſueuit doctrinæ acceptatio deprauari. Primo ergò ab acceptatione doctrinæ CHRISTI excluditur oſtentatio, cum dicitur:

(Facta autem die,egreſſus ibat in deſertum locum)volens ſe magis humiliter occultare, quàm impudẽter oſtẽ
pſal'o. 54. tare,ſecundum illud Pſal:Ecce elongaui fugiens.& mãſi in ſolitudine. Huius figura præceſsit in Elia:de quo.3.
3.Reg.19.a Reg.19.dicitur,quòd relicto puero ſuo, ſolus perrexit in deſertum,poſtquàm fecerat miraculum ignis conſumentis holocauſtum. Hnius etiam figura præceſsit in Dauid
1.reg.20.a qui dixit ad Ionathan.1.Regũ.20.Dimitte me vt abſcondar in agro vſq; ad veſperam diei tertiæ.Id eſt,vſq; ad reſurrectionem. Ob quam etiam cauſam, dixit diſcipulis.
Matt.17 b Mat.17.Nemini dixeritis viſionem,donec filius hominis
Ioan.12.f. à mortuis reſurgat.Et Ioan.12.Hæc locutus eſt IESVS, & abiit

& abiſt, & abſcondit ſe. Illud autem iter in deſertum, & egreſſus de ciuitate, ſignificat egreſſum vitæ ſecularis,& ingreſſum religionis . Deſertū em̃ eſt locus paupertatis, aſperitatis,& vilitatis,contra tria quę ſunt in mundo,ſecundum illud.1.Ioan.2. Omne quod eſt in mundo, concupiſcentia carnis eſt,& concupiſcentia oculorum,& ſuperbia vitæ. Contra hæc ſtatuit dominus deſertum religionis.In quo vouetur triplex votum prædictis oppoſitum:ſcilicet continentiæ,paupertatis,& obedientiæ. Et ideo meritò dicitur deſertum.In hoc deſerto moratuseſt Ioannes.Vnde Matt.11.Quid exiſtis in deſertum videre? Arundinem vento agitatā?in qua deſignatur humilitas, quæ non delectatur in vento laudum:nec deiicitur in vituperio detractionum ,& conuitiorum. Sed quid exiſtis videre? hominem mollibus veſtitum? in quo oſtenditur paupertatis aſperitas.In hoc deſerto fuit CHRISTVS cuius figura præciſsit.1.Regum.23. Morabatur Dauid in deſerto in locis firmiſsimis, manſitq; in monte ſolitudinis Ziph.Quia altiſsimā religionē tenuit CHRISTVS Vnde Auguſtinus de vera religione.Omne peccatū prouenit, aut quia appetimus quæ CHRISTVS contempſit, aut fugimus quæ ſuſtinuit: Satellites enim diaboli diuitias appetūt:CHRISTVS pauper eſſe voluit,honoribꝰ ihiāt:rex eſſe noluit,deliciascupiūt:crucifigi voluit.

¶Deſertū

1 Ioan 2 c

Secundo excluditur ambitio, in hoc quod ſequitur: (Et turbæ requirebant eum, & venerunt vſq; ad ipſum.) Non ipſe ſe ingerebat ex ambitione, ſed illi quærebant, cum deuotione.Vnde dicitur Ioann.6.Qui cum cognouiſſet quòd venturi eſſent,vt raperent eum,&facerent eū regem,fugit.In quo docuit quòd honoris officium non eſt aſſumendum,niſi homo requiratur.Vnde Heb.5. Nec quiſquam aſſumit ſibi honorem,ſed qui vocatur à Deo, quemadmodum Aaron.In hoc etiam commendatur deuotio populi,quia latere volentem requirebat,cum tempus eſſet.Iſai.55. Quęrite dominum dum inueniri poteſt Et Oſeæ.10.Tempus requirendi dominum,cum venerit qui docebit vos iuſtitiam.Et anima ſancta in Pſalm.Exquęſiuit te facies mea. Et quòd deuotè requirerent eum, apparet, quia ſcilicet,(Venerunt vſq; ad ipſum.)ſecundū

Matt 11 a

Ioan 6 b

¶Honoris officiū nō eſt aſſumendū niſi impo natur Hebrt 5 b Iſaiæ 55 b Oſeę 10 d pſal'o. 26.

illud

M.E.C.D. 2017

Isaię.21.c. illud Isaię vicesimo primo. Si quæritis, quęrite: conuertimini, & venite. Vnde Matthæi vndecimo. Venite ad me
Matt.11.d omnes qui laboratis & onerati estis. &c. Igitur quia deuotè quæsierunt, inuenerunt: secundū illud Sapi. primo:
Sapiē.1.a In simplicitate cordis quærite illum. Et quia perfecta deuotio non solum facit quærere, sed detinere inuentum. ideo subditur. (Et detinebāt illum ne discederet ab eis.) »
Cant.3.d secundum illud Cantic. tertio. Inueni quem diligit anima mea: tenui eum, nec dimittā. &c. Nec mirū quia Pro-
Prou.3.c. uerb. tertio. Lignū vitæ est his qui apprehenderint eam: & qui tenuerint eam beati. Vnde poterant dicere illę animæ sanctæ in Psalm. Ne derelinquas me domine deus
Psalo.37. meus, ne discesseris a me. In quo ostenditur quod CHRISTVS, nec ambiebat honorem antequam offerrent, nec etiam iam oblatum: quia quasi violente detinebatur.
Gen.32.f. Huius figura præcessit Genesis .xxxij. Dimitte me, iam enim ascendit aurora. Quod dixit angelus ad Iacob.

Tertio excluditur adulatio in hoc quod additur (quibus ille ait: Quia & alijs ciuitatibus oportet me euan- » gelizare regnum dei.) Non blanditur eis, sed ostendit se » æqualiter curare de omnib». Vnde poterat dicere illud. 1.
1.Thes.2.a ad Thessa. secundo: neq; enim aliquando fuimus in sermone adulationis, sicut scitis: neque in occasione auaritiæ, deus testis est, nec quęrentes ab hominibus gloriam
Gala.1.b. neque a vobis, neq; ab alijs. Non enim quærebat hominibus placere sed deo, & ideo dicit (Oportet me euange- » lizare) quia hæc est voluntas patris. Vnde subdit (quia »
Isaię.61.a ideo missus sum) Isaiæ sexagesimo primo. Ad annunciā- »
dum mansuetis misit me. Et ideo oportebat, quia Ioan.
Ioan.14d decimo quarto dicitur. Sicut mandatum dedit mihi pater, sic facio. Missus autem fuerat pauperibus euangelizare, secundum quod habetur in authoritate præmissa Isaię. Missus etiam fuit euangelizare regnū dei, sicut dicitur hic. Et ideo colligitur quod missus fuerat euange-
Matt.5.a. lizare pauperibus regnum dei. Vnde Matth. quinto. Beati pauperes spiritu, quoniā ipsorum est regnum cœlorū
Matt.19.c Et vere ipsorū, quia Matth. decimo nono. Amen dico vobis quia diues difficile intrabit in regnū cœlorū. Quia nemo potest habere illud regnum, nisi contemnat terre-

num.

M.E.C.D. 2017

num. Et difficile pecuniæ ab habentibus contemnũtur Ideo difficile acquirũt quod pauperibus est promissum

Quarto vero excluditur personarũ acceptio in hoc quod sequitur. (Et erat prædicans in synagogis Galilęę) scilicet omnibus indifferenter Matthęi nono. Circuibat IESVS omnes ciuitates, & castella, docẽs in synagogis eorum. Hoc decet facere bonum prædicatorem, propter illud Prouerbiorũ quinto. Diriuentur fontes tui foras, & in plateis aquas tuas diuide. Et Isaiæ tricesimo secundo. Beati qui seminatis super omnes aquas. Semen autem est verbum dei. Infra octauo. Bonus prędicator, & imitator CHRISTI, debet esse communis persona, vt Paulus Roma. primo. Gręcis & Barbaris, sapientibus & insipiẽtibus debitor sum: ita quod in me promptum est, & vobis qui Romæ estis euangelizare. Quod significatum fuit Zacha. sexto. In equis deferentibus quadrigam, id est legem euangelicam, de quibus Capi. primo dicitur. Quod isti sunt quos misit dominus, vt perambulent terram. Vnde in fine Matth. dicitur prædicatoribus. Euntes ergo docete omnes gentes. Et in fine Marci: Euntes in mundum vniuersum, prædicate euangelion omni creaturæ. Ex prædictis colligitur si prędicator bonus, est acceptus hominibus, vt sit acceptus deo & angelis eius, debet esse immunis ab ostentatione in signo, ab ambitione in animo, ab adulatione in Verbo, a personarum acceptione in facto siue exercitio. Et hæc quatuor tangit Apostolus secũdę ad Corinth. secundo. Non, inquit, sumus (sicut plurimi) adulterantes verbum dei. (Quod fit quatuor modis prædictis) sed ex synceritate sine personarum acceptione, sicut ex deo: sine ambitione, coram deo, sine ostentatione. In CHRISTO loquimur sine adulatione: Nam CHRISTVS veritas est. Ioan. Ioan. decimo quarto.

Matt. 9. d
prou. 5. c.
Isaię. 32. d
Infra. 8 b
Roma. 1.
Zach. 6. a
Zach. 1. b
Matt. 28 d
Marc. 16.
¶ Aquib animi morbis debeat liber esse. verus prę co Christ
2. Cor. 2. d

CAPVT QVINTVM.

Factum

M.E.C.D. 2017



ACTVM est cum turbæ &c.) Suprà egit euãgelista de doctrinę CHRISTI confirmatione. In hac parte agit de discipulorum vocatione. Et habet pars ista duas, in quarum prima describitur vocatio discipulorum de statu iustitiæ, in secũda de statu culpę (Post hæc exĩt, & vidit &c.) Prima pars habet duas. In prima proponitur discipulorum vocatio. In secunda verò vocatorum confirmatio, per operationem miraculorum. (Et factum est, cum esset in vna ciuitate &cæ.) Ad vocationem autem discipulorum tria introducuntur: primum est eruditio populi, secundũ operatio miraculi, ibi: (Vt cessauit autem loqui &c.) Tertium est vocatio Petri, ibi: (Quod cũ videret Simon Petrus.) Primum horum spectat ad profunditatem sapientię, per quam alios docebat. Secũdum ad sublimitatem potẽtię, per quam miracula faciebat. Tertium ad immensitatem clęmentiæ, qua piscatores pauperculos ad suum consortium attrahebat. Et habent se ista per ordinem ad inuicẽ quia circunstantiæ instructionis populi fuerunt introductiua occasio operationis miraculi, & operatio miraculi fuit ratio motiua conuersionis Petri & filiorum Zebedęi Describitur ergo eruditio populi sub quatuor circunstãtijs, quæ inducunt ad captionem piscium. Prima est importunitas plebis: Secunda opportunitas nauis: Tertia obedientia Simonis Petri· Quarta affluentia sermonis dominici. Primo ergo tangitur importunitas plebis irruentis in eum propter doctrinam, cum dicitur.

¶Diuisio

Infra eodem.f.

Eodem.c

Eodem.a

Eodem b

(Factum est autem cum turbæ irruerent in eum vt audirent verbum Dei.) Ideo irruebant, quia quilibet appropinquare volebat. Nec immeritò, quia Deutero.33. Qui

Deut.33.a

¶Appropinquantes Chrõ

Infra.6 c.

appropinquant pedibus eius, accipiẽt de doctrina illius. Nec tantum volebant ignorantes appropinquare, propter doctrinam siue scientiam, sed etiam infirmi propter sanitatem recuperandam. Infrà.6: Omnis turba quęrebat eum tãgere: quia virtus de illo exibat, & sanabat omnes.

Nec

M.E.C.D. 2017

Nec hi ſolum,ſed & peccatores, propter veniam. Vnde.
Infra.15. Erant appropinquantes ei publicani & peccato- Infra.15.a
res,vt audirent illum. Et vehementi deſiderio mouebantur,ideo irruebant,conſiderantes magis domini bonitatem q̃ maieſtatem. Vnde dicit quidam expoſitor,magni meriti eſt apud deum,deſiderium verbi dei,quod ipſam quoq; irreuerentiã turbę irruentis in eum excuſat. Vnde dominus ad hoc pręcipuè inuitabat. Iſai.55. Omnes ſitiẽ Iſaię.55.a.
tes venite ad aquas,ſcilicet,ſapientiæ ſalutaris. In cuius
« rei ſignum erat iuxta aquas. Vnde & ſubditur: (Et ipſe
« ſtabat ſecus ſtagnum Geneſareth.) Vt ad aquas ſapientiæ inuitaret. Sicut Ioan.7. Stabat IESVS, & clamabat, Ioan.7.f.
dicens: Si quis ſitit,veniat ad me,& bibat. Et nota, quòd hoc ſtagnum aquæ diuerſis nominibus appellari cõſueuit,ſcilicet,mare Cenereth. Vnde. Num.34. In diuiſione Num.34.b
fortiũ dicitur. Quod à Reblatha peruenient contra orientẽ ad mare Cenereth. Gloſſa, Stagnũ tiberiadis mare dicitur,ſecundum conſuetudinẽ Hebręorũ,qui quãlibet congregationẽ aquarũ appellant mare, iuxta illud.
Geñ.1. Congregationesq; aquarũ appellauit maria &c. Geneſ.1.b
Et quia poſtea ciuitatẽ iſtã appellauit Herodes Tiberiadem. quia ipſam in honorẽ Tiberij Cæſaris reędificauit: ideo vocatur mare Tiberiadis. Ioan.6. Poſt hęc abiit IE Ioan.6.a.
SVS trans mare Galilęę,quod eſt Tiberiadis. Et quia originem trahit à Iordane, ideo dicitur lacus Iordanis. Et quia in Galilęę regione eſt,ideo mare Galilęę,& quia inundationes fiũt & aura ibi generatur,ideo dicitur (Sta-
« gnũ Geneſareth.) Id eſt generãs auras. Idem etiã dicitur lacus ſaliuarũ. Et iuxta illud ſtagnum ſtabat IESVS, vt qui miracula fecerat in terra,faceret etiã in aquis. Vnde ſecundum quod ex diuerſis colligitur locis Dominus in illo ſtagno multa miracula operatus fuit. In captione piſcium,in ſedatione tempeſtatũ. In calcatiõe vndarũ &c. Eodem.a
Secundo ſubditur opportunitas nauis ſubleuantis in Matt.8.c.
« aquam,cum ſubditur. (Et vidit duas naues.) Opportu- Matt.14.c
nas,ſcilicet,ad ferendum,tum quia propinquæ, propter
« quod dicitur,(Stantes ſecus ſtagnum.) Tum etiam,quia
« otioſæ & vacuæ. Vnde & addit. (Piſcatores autem deſcẽ-
« derant,& lauabant retia.) Et ita opportunæ erant ad mi-

M.E.C.D. 2017

niſtrandum. Has autem naues piſcatorum pauperum ſi-
bi propinquas vidit, quia ſecundum quod in pſal. dici-
pſal.o.137. tur: Excelſus dominus, & humilia reſpicit, & alta à lon-
gè cognoſcit. Et has ſibi vt opportunas vidit ad obſe-
Eccl'i.3.c. quiũ, ſecundum illud. Eccl'.3. Magna potentia dei ſolius
& ab humilibus honoratur. Vnde & ipſe ſe humiliat, vt
Sapi.14.a qui oĩa portat à naue portetur. Sapiẽ.14. Tua autẽ pater
prouidentia ab initio cuncta gubernat, qm̃ dediſti, & in
mari viam, & inter fluctus ſemitam firmiſsimã, oſtẽdens
quia potens es ex omnibus ſanare, etiam ſi ſine rate ali-
quis adeat mare.

Tertio additur obedientia Simonis ſeparãtis à turba,
cum ſubditur: (Aſcendens autẽ in vnam nauim, quę erat
Simonis.) Ipſum tanq̃ pauperẽ & humilem prælegendo
Iaco.2.a. ſecundum illud. Iacob.2. Nonne deus elegit pauperes in
hoc mundo, diuites in fide, & hæredes regni, quod repro
miſit deus diligentibus ſe. (Aſcendit aũt.) Non tyrãnicè
opprimẽdo: ſed humiliter ſupplicando. Vnde addit. (Ro
¶Doctor gauit eũ à terra reducere puſillum.) Vt ſcilicet parum ſe-
queſtraret ſe à turba & ſubleuaret à terra, qui enim vult
alios docere debet interiori affectu terrena contemnere,
Exo.23.a. & exterioribus moribus turbas pręcellere. Vnde Exo.23.
dicitur: Non ſequeris turbam ad faciendum malum, nec
in iudicio plurimorũ acquieſces ſententiæ & c. Nota hic
¶Dñs ro- humilitatem domini, quia rogabat Petrũ ſeruum ſuum
gat Petrũ exẽplum relinquens prælatis, vt & ipſi rogent ſubditos.
1.The.4.a Vnde Apoſtolus. 1. ad Theſſalo. 4. Rogamus vos, & ob-
Ambroſi. ſecramus in dño IESV & c. Tum quia (vt dicit Ambro-
ſius) Coacta ſeruitia deo non placent. Tum quia, (vt di-
Seneca. cit Seneca,) Generoſus eſt animus hominis, & facilius
ducitur quàm trahitur.

Poſtremo ſubditur affluentia ſermonis CHRISTI do
cẽtis de nauicula, cũ additur. (Et ſedens docebat de na-
uicula turbas.) Sedere autẽ ſpectat ad authoritatẽ perſo-
Matt.5.a. næ doc[illegible]is. Mat.5. Cum ſediſſet, acceſſerunt ad eũ diſci-
pſal.9. puli eius. Ad perſonã etiam iudicãtis. Pſal. Sediſti ſuper
thronum qui iudicas iuſtitiam. Hæc nanq; ſeſsio autho
ritatem deſignat iudicialem, quia in thronis reſidet ad
pſal.74. iudicandum deus. Dicitur aũt rurſus in pſal. Qui ſedes

ſuper

M.E.C.D. 2017

super cherubin, manifestare coram Ephraim &c. Quia cherubin plenitudo scientiæ interpretatur, & qui sedet in loco doctoris plenus debet esse sapientia, vt de plenitudine eius accipiant vniuersi discipuli. Et de hac plenitudine accipiebat turba. Vnde dicitur: (Docebat turbas) Iohel.2. Filij Sion exultate, & lętamini in domino deo vestro: quia dedit vobis doctorem iustitiæ, & descendere faciet ad vos imbrem matutinum & serotinum, sicut in principio. Et ideo super mare stabat, quia de profundo incomprehensibili, quasi rorem paruum sapientiæ ad nos transmittit. Iob.26. Et cum vix paruam stillam sermonis eius audierimus, quis poterit tonitruum mągnitudinis illius intueri? (Docebat autem turbas.) Id est simplices & humiles, quia. Prouerbio.3. Cum simplicibus sermocinatio eius. Matth.11. Quia abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Et ratio huius est, quia turbæ non requirebant subtilia, sed vtilia, & talium est dominus doctor. Isai.48. Ego dominus Deus tuus, docens te vtilia, gubernans te in via, qua ambulas.

Iohe.2.e. Iob.26.a. prou.3.d. Matt.11.d Isaię.48.e

Moraliter autem notandum est, quòd in CHRISTO docente datur forma prædicatori. Introducitur enim, vt stans, vt videns, vt ascendens, & vt sedens. Veri enim & boni prædicatoris est stare per rectitudinem intentionis. Ezechiel. secundo. Dictum est ei in persona prædicatoris. Sta super pedes tuos, & loquar tecum. Est videre, per certitudinem discretionis. Sic enim dicitur. Prouer.27. Diligēter agnosce vultum pecoris tui, tuosq; greges considera. Est ascendere per exercitium perfectæ actionis. Isa.40. Super montem excelsum ascende tu qui euangelizas Sion. Est sedere, per otium contemplationis. Threno.3. Sedebit solitarius, & tacebit, quia leuauit super se. De his quatuor simul dicitur, Ierem. sexto. State super vias: ecce rectitudo intentionis. Et videte, & interrogate de semitis antiquis, quæ sit via bona, ecce solicitudo discretionis. Et ambulate in ea, per exercitiū actionis. Et inuenietis refrigerium animabus vestris, per otium contemplationis.

¶Bonus prędicator.

Ezec.2.a. prou.27.d Isaię.40.b Thre.3.d Iere.6.d

In turba aũt inuente.) Datur forma auditori. Propter

M.E.C.D. 2017

Matt. 14. quod nota, quòd euangelista introducit turbas in com-
¶Audi- paratione ad IESVM. Primo requirentes. Secũdo venie
tor verbi tes. Tertio detinentes: & de his tribus supra in fine prece
diuini. dentis capituli. Quarto irruentes, sicut hic. Quinto co-
Supra. 4g mitantes. Infra. 14. Ibant autẽ turbæ multæ cũ eo. Sexto
Infra. 14 e subsequentes. Infra. 23. Sequebatur illum multa turba po
Infra. 23 d puli, & mulierũ &c. Boni eñ auditores debẽt quçrere sa-
Sapi. 8. a. pientiã CHRISTVM studio meditatiõis. Sapiẽ. 8. Hanc
amaui, & exquisiui eã à iuuentute mea. Debẽt venire ad
Psal'o. 41. ipsum desiderio affectionis, secundum illud. Psal. Sitiuit
aïa mea ad deũ fontem viuũ &c. Debent detinere instan
Can. 3. b. tia orationis, secũdum illud. Can. 3. Tenui eũ, nec dimit-
Isai. 64. c. tam: sed heu verificatum est illud. Isai. 64. Non est qui in-
uocet nomen tuũ: qui consurgat, & teneat te. Debent ir-
Ezec. 1. c. ruere impetu deuotionis. Ezechiel. 1. dicitur de sanctis
animalibus, vbi erat impetus spiritus, illuc gradiabãtur.
Debent comitari conformitate bonæ operationis, sicut
Geñ 5. d. Henoch Geñ. 5. Ambulauitq; cum deo, & non apparuit:
quia tulit eũ deus. Debent etiã sequi imitatione passio-
1. Pet. 2. d. nis. 1. Pet. 2. Christus passus est pro nobis, vobis relinquẽs
exemplũ, vt sequamini vestigia eius. Talibus promittitur
Mat. 19. d gloria. Mat. 19. Amen dico vobis q̃ vos qui secuti estis me
in regeneratione, cũ sederit filius hoĩs in sede & c. Ac de-
inde. Et oĩs qui reliquerit domum & c. Et tandem subiũ-
gitur: Centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit
¶Vt cessauit autem loqui.) Post eruditionem populi, sub
ditur operatio miraculi. Circa cuius descriptionẽ qua-
tuor introducuntur. Ex parte CHRISTI, altitudo po-
tentiæ. Ex parte Petri, certitudo fiduciç. Ex parte mira-
culi, multitudo copiæ. Ex parte consortij, promptitudo
auxilij. In CHRISTO igitur insinuatur altitudo potẽ-
tiç ad miraculum faciendum, cum dicitur.

Vt cessauit autem loqui.) Scilicet per veritatis magiste »
rium (quia domini est cõfirmare sermonem sequentibus »
Mar. 16. d. signis. Mar. 16.) ideo (dixit ad Simonem) per potestatis »
imperiũ, cui per oĩa obediendũ est, secũdũ consiliũ virgi
Ioan. 2. a. nis. Ioã. 2. In primo miraculo. Quodcunq; dixerit vobis
facite. Et sequitur imperiũ. (Duc in altum.) Id est, in pro- »
fundum mare, vbi scilicet est multitudo piscium, sicut di

uiui

M.E.C.D. 2017

uinitatis oculis aſpiciebat. Eccl'ci.23. Oculi domini mul- Eccl'i.23.c
to plus lucidiores ſunt ſuper ſolem, circunſpicientes oēs
" vias hominum,& profundum abyſsi. Et ideo ſubdit:(Et
" laxate retia veſtra ad capturā.) Sic Ioan.21. Poſt reſurre- Ioan.21.a
ctionem:Mittite in dexteram nauigij rete,& inuenietis.
Hoc imperando dicit, vt oſtēdat q̄ omnia ſubiecit deus pſal'o.8.
pedibus eius volucres cœli & piſces maris & cę.

In Petro autem inſinuatur certitudo confidentiæ,
" ad miraculum impetrandum,cum ſubditur:(Et reſpon-
" dens Simon dixit illi:Prę̄ceptor & c.)Non ſolum docto-
rem,ſed etiā præceptorem vocat, credens nō ſolum eum
habere ſcientiā ad docendum,ſed etiam potentiā ad fa-
ciendum. Nec irrationabiliter Petrus piſcator tali nomi
ne CHRISTVM appellat:quia Iſai.55.Ecce teſtem popu Iſai.55.b.
lis dedi eum ducem, ac prę̄ceptorē gentibus. Et.30.Erunt Iſai.30.e.
oculi tui videntes prę̄ceptorē tuum, & aures tuæ audiēt
verbum poſt tergum monentis. Et qm̄ confidentia vera
" nō inititur propriis viribus,ſed diuinis,ideo ſubdit:(Per
" totā noctem laborantes,nihil cepimus.)Et ita nō in ni-
tendo tuis viribus, ſed induſtria propria confiſi, labo-
rantes nihil cepimus. Vnde dicere poterat illud Iſaiæ.49. Iſai. 49.a.
Sine cauſa,& vané fortitudinē meā conſumpſi. Et Iob.7. Iob.7.a.
Ego habui menſes vacuos,& noctes laborioſas enume-
raui mihi. Nunc autem nō in meis ſed de tuis viribus cō
" fido:& ideo infert.(In verbo autē tuo laxabo rete.) Nec
immerito:quia ipſe dicit:Iſa.55. Verbum meū quod egre- Iſaiæ.55.
dietur de ore meo,nō reuertetur ad me vacuū: ſed faciet
quę̄cūq; volui,& ꝓſperabitur in his ad quę miſi illud. Vñ
de Petro poteſt dici illud ad Rom.4. In repromiſsiōe dei Rom.4.d
nō hęſitauit diffidētia, ſed cōfortatus eſt fide pleniſsime
In miraculo verò inſinuatur multitudo copię ad ipſius
" miraculi euidentiorem magnitudinem,cū ſubditur. (Et
" cū hęc feciſſent,concluſerūt piſciū multitudinem copio-
" ſam.)Et ſic verificatum eſt illud Ioan.14. Quo cūq; pe- Ioā.14.b.
tieritis patrē in noīe meo,hoc faciam. Ecce iā credulitas
Petri impetrabat miracula. Vnde ipſe à ſuæ fidei funda- Ioan.1.f.
mento Petrus à firmitate petræ meruit appellari. Vnde
" paulopoſt addit euāgeliſta (Quod cū videret Simon Pe In fr.22.d.
" trus &c.)Et ideo infra.22.dicitur ei:Ego rogaui pro te,vt

M.E.C.D. 2017

non deficiat fides tua. Et quoniam copia multitudinis non solùm fuit sufficiens, sed etiam excellens, ideo subditur. (Rumpebatur autem rete eorum.) Scilicet præ ni » mia multitudine. Et attende quod dominus eodem miraculo quo potuit pisces in retia congregare, potuit & retia conseruare, sicut & fecit Ioan. vltimo, cum dicitur: Et cum tanti essent, non est scissum rete. Sed hoc factū est propter figuram, quia miracula Dei (vt dicit Gregorius) semper nobis aliquid iusinuāt diligentiùs attendendum. Illa enim captura piscium significat congregationē electorum post resurrectionē in gloria. Ista verò ante resurrectionē vocatorū ad ecclesiā. Et quia in illa nullus ingreditur qui egrediatur, de hac multi egrediuntur, ideo hic rumpitur, ibi verò minimè. Hinc est quod dicitur illa fuisse in dextera nauigij, ista verò non: discernit illa in numero determinato, ista verò non. Hic etiam iūgūtur naues propter multitudinē tētationū, ibi in terra requiescūt. Hic Christus in naui, ibi in littore requiescit.

Ioan. 21. b

Gregori.

In consortio autem insinuatur promptitudo auxilij, ad miraculum manifestandum, cum subditur: (Et annue » runt sociis qui erant in alia naui.) Id est per nutum ostēderunt, siue significauerunt, quia Tob. duodecimo. Opera Dei reuelare & confiteri, honorificum est. Vnde dicit author quidā. Nullis boni sine socio iocūda possessio est, secundū illud Eccl's quarto. Melius est duos esse simul q̄ vnum, habent enim emolumētum societatis suæ. In cuius rei signum, subditur (Vt venirent & adiuuarent eos) » quia secundum illud Prouer. decimo octauo: Frater qui adiuuatur à fratre, quasi ciuitas firma. Et certè sicut dicitur ibidem. Vir amicabilis ad societatem, magis amicus erit quàm frater. Et hoc manifestè probatur, per ipsorū promptitudinem in adiuuando, & ideo additur. (Et venerunt, & impleuerunt ambas nauiculas.) Et sic verificatur ill Prouer. decimo: Benedictio domini diuites facit. Vnde dicere poterāt illud Tobię. duodecimo. Bonis oībus per cum repleti sumus. Hęc aut impletio (vt tactū est) significat impletionē ecclesiæ. Vnde Mat. 13. Simile est regnū cœlorū sagenæ missæ in mare, & ex omni genere piscium cōgregāti &c. Et ideo additur (Ita vt penè mergerē »

Tobi. 12.

Eccl's. 4. c

prou. 18 d

Ibidem d

prou. 10. c

Tob. 12. a.

Matt. 13 g

tur

tur)Quia mali adeo multiplicãtur, ꝙ penè oẽs ſubmergi
mur, ſecũdum illud Matt.24. Q̃m abundauit iniquitas Matt.24.b
refrigeſcet charitas multorũ &c. Sed tñ nauis Petri non
ſubmergit q̃uis Paulus dicat.2.Cor.11. Ter naufragiũ feci 2.Cor.11.f
Moraliter hic notandũ eſt, qui ſint iſti piſcatores, quæ ¶Expoſi-
naues eorũ, quę retia, & quę capiẽdi via. Piſcatores ſunt tio mora
prędicatores. Vñ Infra eod. Ex hoc iã, hoĩes eris capiẽs. lis.
Et Mat.4. Faciã vos fieri piſcatores hoĩm. Et hoc dicitur. ¶Piſcato
Iere.16. Ecce ego mittã piſcatores multos, dicit dñs, & pi res.
ſcabũtur eos. Et diabolus cõtra habet piſcatores ſuos ma Inf.eo.b.
los, & hęreticos & ſeductores. Habac.1. Facies hoĩes qua- Matt.4.c
ſi piſces maris, & quaſi reptile nõ habẽs principẽ. Totũ in Iere.16.c.
hamo ſubleuauit, traxit illud in ſagena ſua, & congre- Haba.1.d
gauit in rete ſuum. Et certè nunc adeo mali piſcatores
prędualent, vt boni vix habeãt locum. Et impletũ eſt illud
Iſa.19. Merebũt piſcatores, & lugebunt oẽs mittẽtes in flu Iſai.19.b.
men hamũ, & expandentes rete ſuper faciẽ aquarũ emar
ceſcẽt. Naues aũt per quas trãſitur mare, ſunt duę, ſcilicet ¶Naues.
obediẽtia & patiẽtia: quarũ altera exercet in labore, altera
ſuſtinet in dolore. Et de prima poteſt intelligi illud Sap.
14. Exiguo ligno cõmittunt hoĩes aĩas ſuas, & trãſeuntes Sapi.14.a
mare per ratẽ liberati ſũt &c. Hęc eſt obediẽtia, quę cũ ſit
exigua, producit ad terrã beatã. De ſecũda poteſt intelli-
gi illud. Act.27. Niſi hi in naui mãſerint, vos ſalui fieri nõ Actu.27.f
poteſtis. Dicit de his qui in tẽpeſtate erãt: quia Heb.10. Pa Heb.10.g
tiẽtia vobis neceſſaria eſt vt voluntatẽ dei faciẽtes, repor
tetis promiſſionẽ. Ibi tangũtur hę duę naues, de quibus
ſimul in Pſal. dicit. Qui deſcendũt mare in nauibus, fa- pſal.106
ciẽtes operationẽ, ꝙd eſt obediẽtię. In aquis multis. ſ. tri-
bulationis, ꝙd eſt patiẽtię. Quia per multas vt dicit. Act. Actu 14.d
14. tribulatiões oportet nos intrare in regnũ dei. Retia ¶Retia.
autẽ ſunt diſcretio & locutio, quę viciſsim debent cõnec-
ti ad inſtructionẽ populi per artificium ſpiritus ſancti.
Thren.1. De excelſo miſit ignẽ in oſsibus meis & erudi- Thre.1.e.
uit me: expandit rete pedibus meis &c. Col.4 ſapiẽtia Coll.4.a.
ambulate ad eos q foris ſunt, tẽpus redimẽtes. Sermo ve
ſter ſemp in gratia ſale ſit cõditus, vt ſciatis quõ oporteat
&c. Hęc autẽ retia contexũtur, q̃n ex ſacræ ſcripturę ver-
bis in vnã ſeriem congregatis ſermones componuntur.

M.E.C.D. 2017

In quibus magis est vtilitas quàm subtilitas attẽdenda.
Isai.19.b. Vnde curiosis comminatur dominus. Isaię.19. Coufundentur qui operantur linum, plectentes & texentes subtilia. Per hæc retia faciliùs capiuntur simplices laici quã
prou.1.b. clerici eruditi. Vnde Pro.1. Frustra iacitur rete ante oculos pennatorũ: sed tales in rete capiuntur sapientię mũ-
prou.7.c. danæ. Prouer.7. Irretiuit eum multis sermonibus, & blãditijs labiorum protraxit illum. ¶Modus capiendi est na-
capiendi. ues ducere in altum, id est, ascẽdere ad vitæ perfectionẽ. Et laxare retia in capturam per prędicationem, quę duo debent esse coniuncta, secundum exemplum saluatoris
Actu.1.a. Actu.1. Cœpit IESVS facere & docere. quia dicit Greg.
Gregori. Cuius vita despicitur restat vt eius prędicatio cõtẽnatur
Vnde ad illos spectat potissimè retia in prædicatione la-
Rom.15d xare, qui ad perfectionis apicẽ possunt ascẽdere. Et ideo Roman.15. Dicebat apostolus: Nõ audeo aliquid loqui eorum, quæ per me non effecit CHRISTVS.
¶Quod cum videret Simon Petrus.) Post eruditionem populi, & operationem miraculi, subditur vocatio Petri &filiorum Zebedęi, ad cuius perfectionem quatuor ostẽduntur concurrisse· scilicet humiliatio Petri habilitans ad gratiam· Admiratio eleuans ad intelligentiam: Alleuiatio CHRISTI stabiliens ad confidentiam: Imitatio magistri perducens ad abundantem iustitiam. Primo ergo præponitur humiliatio Petri habilitans ad gratiam, cum dicitur:

Quod cum videret Simon Petrus, procidit ad genua IESV) Viso miraculo humiliatus est magnificando diui
phili.2.b. nam maiestatem. Et rectè, quia Phili.2. In nomine IESV
Isai.45.d. omne genu flectatur &c. Et Isaię .45. Mihi curuabitur oẽ genu, & iurabit oĩs lingua. Et hoc fecit Petrus quasi inuitans alios ad faciendum similiter. Ac si diceret illud psal:
psal.p.94. Venite adoremus, & procidamus &c. Humiliatus etiam fuit resiliendo in propriam paruitatem. Vnde & subdit: (Dicẽs: Exi à me domine, quia homo peccator sum) quasi diceret: nõ sum talis vt ego sim dignus esse simul tecũ.
Matt.8.a. hoc ex fide & reuerẽtia dicebat, sicut ille Cẽturio Mat.8. Domine, non sum dignus, vt intres sub tectum meum. Ideo autem hoc dicebat Petrus, quia videbat potentiam & non

M.E.C.D. 2017

& non percipiebat clemẽtiam, quia dixit Matt.9. Non veni vocare iuſtos,ſed peccatores. Vnde Auguſtinus· Vt piſcator loquitur Petrus,deum ac dominum ſalutis ſecũ habebat,& dicebat exi à me.acſi infirmus medico curare volenti diceret, recede à me quia ægroto. Et Gregorius dicit:Petre imo ſi te peccatorem conſideras,oportet vt à te domiuum non,expellas. Sed certè ſic humiliando nõ expellebat,ſed attrahebat.Iſaiæ.66. Ad quem reſpiciam, niſi ad pauperculum, & contritum ſpiritu,& trementem ſermones meos?

Matt.9.b
Auguſtu.
Gregorĩ.
Iſai.66.a.

Secundo verò ſubditur admiratio eleuãs ad intelligẽtiã, quæ erat ratio humiliationis in Petro,& hoc notat, cum dicit.(Stupor enim circunciderat eum)In circundatione autem notatur vehementia ſtuporis.Iſaię.29.Ecce ego addam vt admirationem faciam populo huic miraculo grandi & ſtupendo.Etne credas ipſum ſolum admiran.ſed & alios eſſe teſtes miraculi,ſubdit(Et omnes qui cum illo erant,in captura piſcium quam ceperant.)Id eſt propter capturam magnam & inſolitam omnes mirabãtur:ſecundum illud Pſal.Qui deſcendunt mare in nauibus. Ec ſubditur:Ipſi viderũt opera dñi &mirabilia eius in profundo. Et quia alij diſcipuli cum Petro fuerũt vocati,ideo ſubditur:(Similiter autem Iacobum & Ioannẽ filios Zẽbedæi.) Scilicet ſtupor circunciderat, qui erant ſimiliter piſcatores. Vnde ſubditur(Qui erãt ſocij Simonis.)Vnde, ſicut ſocij fuerunt exercitio piſcationis,ſic & in dignitate vocationis.Apocal.1.Ego Ioannes frater veſter & particeps in tribulatione, & regno. 2.ad Corint.1. Scientes quòd ſicut ſocij paſsionum eſtis,ſic eritis &conſolationum.Et nota quòd ſicut ij tres fuerunt ſocij in piſcatione,ſic etiam fuerunt in vocatione,&ſicut ſimul vocati.ſic ſimul electi & aſſũpti ad miraculorũ operationẽ Infrà.8.dicitur: Non permiſit introire ſecum quemq; &c. niſi Petrum & Iacobum & Ioannem &c. Qui ſimul aſſumpti ſunt ad tranſfigurationem infrà.9.Aſſumpſit Petrum & Iacobum & Ioannem &c.Simul etiam aſſumpti ſunt ad orationẽ Matt.26: Et aſſumpto Petro & duobus filijs Zebedæi,cœpit contriſtari & mœſtus eſſe.

Iſai.29.e.
Apo.1.b.
2.Cor.1.b
Infr.8.g.
Infra.9.d
Matt.26.d

Tertio ſubditur alleuiatio CHRISTI ſtabiliens ad confi

M.E.C.D. 2017

confidentiã,cũ dicitur. Et ait ad Simonẽ Iesus (Noli ti» mere.) Nõ excludit timorẽ reuerẽtiæ & humilitatis,quia » ecclí. 1. c. ipse est principiũ sapiẽtiæ,& de illo dicitur.Eccli.1 Qui sine timore est,nõ poterit iustificari.Sed excludit timo» rem pusillanimitatis, qui opponitur confidẽtiæ,de quo Gñ. 15.a. Gen.15. Noli timere Abrahã ego protector tuus sum. Et Iosue.1.b Iosue.1.Noli metuere,& noli timere,quoniã tecũ est dñs deus tuus.(Noli timere) qa ego tecũ sum.Et vt nõ expa» » uescat minora,„pmittit maiora cũ addit(Ex hoc iã hoĩes » eris capiens.) Quod multo magis est quã capere pisces. Glossa. Glossa. Nondũ in apostolatũ eligitur, sed prædicitur qd Matt.4.c. aliquando sit eligendus. Matt.4. Venite post me,& faciã vos fieri piscatores hominum. Et specialiter alloquitur Petrum,quia ipsi specialiter hęc cura committitur.Vnde Matt.16.c Matth.16.Tibi dabo claues regni cœlorum &c. Et nota, quòd dicit capies homines,non aurum, secundum illud 2.Cori 12. 2.Cori.12. Nõ quęro q̃ vestra sũt,sed vos. Et Phil.4.Nõ qp phili.4.c. quęro datũ,sed regro fructũ abũdantẽ in rationẽ vestrã.

Quarto subditur perfecta imitatio magistri perducẽs ad perfectam iustitiam, cum subditur:(Et subductis ad » terram nauibus.)Vt ibi eas relinquerent.Vnde sequitur: » Infr.14.g Relictis omnibus.)Infrà,14. Omnis ex vobis qui non re » nunciat omnibus quæ possidet, non potest meus esse di Gregorio scipulus.Signanter dicit omnibus,quia(vt dicit Grego) Tanta à sequentibus dimissa sunt,quanta à non sequen tibus concupisci poterant.Et quia omnia poterant con Gregorio cupisci,ideo omnia sunt dimissa. Vnde Gregorius:Mul» tum reliquit,qui sibi nihil retinuit:multum reliquit,qui etiam cum re quam habuit voluntatem habendi dereli quit Et quia non sufficit relinquere sua,quia hoc aliqui fecerunt philosophi,subditur.(Secuti sunt eũ.)Vnde Pe »
Matt.19 d trus Matt.19.Ecce,nos reliquimus oĩa,& secuti sumus te
Iob.13. c. &c.s.per cõsilia.Iob.33. Vestigia eius secutus est pes meus
Eccli.23.d Quia g[illegible]ria magna est sequi dominũ.Eccli.23. Sic Elise
3.Re.19. d us fuit secutus Eliã.3.Re.19. Et nota qp cõtrarietas videt inter Lucã,Matthęũ,& Ioannẽ, quantũ ad locũ,quantũ ad tẽpus,quãtũ ad modũ. Quia Ioãnes iuxta Iordanẽ,
Ioan.1.e. & ante aduẽtũ in Galilęã & sigillatim illos vocatos dicit Matthæus vero & Lucas post aduẽtũ in Galilęã,& simul

vocatos

vocatos dicſit. Et ꝓpterea intelligẽdũ quod diſcipuli iſti vocati fuerũt ſemel in ſimplicẽ noticiã & de hac Ioan.1. Scũdo ĩ familiaritatẽ, & de hac dicit hic, qa adhuc reuerſi ſũt ad ꝓpria, vt dicit gloſ. Tertio in diſcipulatũ fuerũt vocati ſiue apoſtolatum. Et de hac dicitur Matthæi.4.& Marci. 1. & ideo nulla eſt contrarietas ſiue diuerſitas in locis & temporibus & alijs circumſtantijs. Matt.4.c. ¶Ter legũt apoſtoli vocati à dño. Ioan.1.c. Gloſſa.

¶Et factũ eſt: cũ eſſet ĩ vna ciuitatũ. &c.) Poſt diſcipulorũ vocationẽ ſubiũgit hic eorũdẽ cõfirmationẽ ꝑ miracula. Et habet hęc pars duas. In prima eĩ introducit miraculũ de curatiõe leproſi. In ſecũda vero de liberatiõe paralytici ibi, (& factũ eſt in vna dierũ, &c) Circa miraculũ aũt de curatiõe leproſi tria introducũtur. Primũ eſt operatio miraculi, Secundũ eſt. eruditio leproſi ibi. (Et ipſe ꝑcepit ei. &c) Tertium eſt ędificatio populi ibi. (Perambulabat autẽ magis ſermo de illo, &c.) Circa operationẽ miraculi tria ſunt attendẽda ſcilicet mirabilis infectio morbi, cõmẽdabilis deuotio ęgri, & admirabilis operatio medici. Matt.4.c. Mar.1.b. ¶Diuiſio Inf.80.d.

« Primo igit tangit miſerabilis infectio morbi cũ dicitur.

Et factũ eſt, cũ eſſet in vna ciuitatũ, &c.) quia morbus erat publicus & perpetuus. Publicus quia in ciuitate vbĩ multi conueniũt, & ita multis nota erat infirmitas. Et attendendũ quod dicitur fuiſſe in ciuitate, quia erat prope ciuitatẽ. Nam Matth.8. dicitur de hoc leproſo quod curauit eũ in deſcenſu de monte. Vnde poteſt hic accipi, ſicut infra.13. Nõ capit prophetam perire extra Ieruſalem. Quia ſicut dicitur ad Heb.13. CHRISTVS extra portã paſſus eſt. Erat etiã morbus perpetuus. Vnde & ſubdit. Mat.8.a. Infra.13.g Heb.13.b.

« (Ecce vir plenus lepra) q̃ eſt infirmitas incurabilis, maxime cũ eſt radicata. Vnde poterat ei conuenire illud Iſaiæ primo. A planta pedis vſque ad verticẽ non eſt in eo ſanitas. Similis etiam erat Iob, de quo dicitur eiuſdẽ.2.ca. Satan percuſſit Iob vlcere peſſimo, a planta pedis vſque ad verticem eius, qui teſta ſaniem radebat. Iſaiç.1.b. Iob...c.

Scdo vero inſinuat cõmendabilis deuotio leproſi, cũ « dicit. (Et vidẽs Ieſum) qa videndo adorauit & collauda« uit Adorauit ſigno, cũ ait. (Et procidẽs in faciẽ ſuã) quod « eſt adorantiũ, vt in pſalmo. Venite adoremus & procidamus, &c. Et hoc requirebat diabolus Matthæi quarto. pſal'o. 94.

Hęc

Hęc oĩa tibi dábo, ſi cadẽs adoraueris me. Vnde hoc ſigno profeſſus eſt ipſum eſſe filium dei: ſicut ille cæcus de quo
Ioan.9.g Ioan.9. Tu credis in filium dei? quis eſt &c. & poſt ſequitur Credo domine. Et procidens adorauit eum. Et nota quod dicitur procidiſſe in faciem, quod eſt bonũ ſignũ:
Num.20. ſicut dicitur de Moyſe & Aaron Num.20. quòd corruerũt
1.reg.4. d proni in terram. Non ſicut Eli.1. Regũ.4. Cecidit Eli de cella retrorſum &c. Collaudauit etiam ſiue profeſſus eſt verbo, quod notatur cum ſubditur. (Rogauit eum dicẽs »
Domine ſi vis, potes me mundare.) In hoc quod rogat »
Iob.22. d. inſinuat largitatẽ Iob.22, Rogabis eum, & exaudiet te, In
Eſter.13.c hoc q' dicit (Domine) inſinuat dignitatem. Eſter.13. Do- »
mine in ditione tua cũcta ſunt poſita. In hoc quod ad- »
dit, (potes me mundare) inſinuat potentiæ facilitatem. »
Sapi.12.c Sapiẽ.12. Subeſt enim tibi cum volueris, poſſe. Et hoc eſt
Iob.14.a. quod dicebat Iob domino. 14. Quis poteſt facere mundum de immundo conceptum ſemine? nonne tu qui ſo-
pſal'o.50. lus es? Et ideo poterat dicere. Aſperges me domine yſopo & mundabor &ce.

Tertio ſubditur admirabilis operatio medici, cum dicitur. (Extendens manum, tetigit eum, dicens. &cę.) quę »
quidem fuit admirabilis, tum ratione clęmentiæ, tum ratione potentiæ, tum ratione efficientiæ. Propter clęmentiam dicit, (tetigit eum) licet enim poſſet curare ſolo ver- »
bo, maluit tangere, vt oſtenderet ſuam benignitatẽ. Vn-
prou.31.c de Prouerbiorũ vltimo. Manũ ſuam aperuit inopi. Vnde iam non poterat hic murmurare de CHRISTO, ſicut
4.Regũ.5 Naaman de Eliſeo. 4.Regũ.5. Putabam quod egrederetur ad me: & poſtea, & tangeret manu ſua locum lepræ & curaret me. Sed certè non eſt repugnantia Prophetæ & domini quia propheta ſubiectus erat legi, & ideo noluit tangere, ne ſecundum legem fieret immundus, ſaluator vero ſupra legem erat, & ideo ſecundum legem immunditiam n[illegible] cõtrahẽbat, & legẽ euacuare poterat, & ideo tangebat. Ad inſinuandum vero potentiam additur, (di- »
cens: Volo mundare.) In quo ſe aſſerit velle, & pręcipit vt »
mundetur, quia tantæ eſt potentię, vt velle ſit ei poſſe fa-
Iſai.46.c, cere. Iſaiæ.46. Conſiliũ meum ſtabit, & omnis voluntas mea fiet. Volebat aũt eius mundiciã nõ tam corporalem quam

M.E.C.D. 2017

quam ſpiritualem. Vnde .1. ad Theſſa .4. Hęc eſt voluntas dei, ſanctificatio veſtra. Ad inſinuãdum vero efficaciam, ſubdit. (Et confeſtim lepra diſceſſit ab illo) vt nihil eſſet mediũ inter dictum & factum. Dixit enim & facta ſunt. Verbo igitur & tactu curauit, vt oſtenderet ſe verbũ carnem factum, verbo etiam & tactu curauit, vt curaret interius & exterius. Vnde Ioan .7. totũ hominem ſanũ feci. &c. Et in huius rei teſtimoniũ concurrunt ad ſacramentum verbum pariter & elementum. 1.Teeſ.4.a. pſal.o.14. Ioan.7.d

¶Et ipſe p̃cepit illi vt nemini diceret) Poſt curationẽ morbi ſubiũgit hic Euangeliſta eruditionẽ curati. Docet aũt Chriſtus leproſũ curatũ, & ĩ eo quẽlibet aliũ, tria. Primũ eſt quod non eſt quęrendum præconiũ laudis. Secundũ quod non eſt contemnendum officium ſacerdotis. Tertium quod non eſt prętereundum mandatum legis. Primum horum dirigit intentionẽ. Secundum affectionẽ, Et tertium regulat operationem. Erudit igitur primo q̃ præconium laudis non eſt quęrendum, cum dicit. ¶Diuiſio

Et ipſe præcepit illi Vt nemini diceret.) Hoc non dicit quia vellet quòd ille non diceret, cum ille vbiq; prædicauerit hoc, ſicut dicitur Marci .1. Sed inſtruit ſuo exemplo laudem vitare. Vnde Beda. Dat exemplum vt ſui in magnis quæ faciunt latere velint, ſed vt proſint alijs prodãtur inuiti. Hoc etiã dicit Ambroſius in gloſſa. Vnde nota quod eſt præceptum executionis, ſicuti Exodi .20. Honora patrem tuũ. &c. Et probationis pręceptum: vt Abrahæ de immolando filio, Geneſis .22. Et præceptum inſtructionis, ſicut hic. nõ Vnde peccauit hic, cum nomen eius diuulgauit. Chryſoſtomus tamẽ dicit, quod præceptum fuit, ſed ad tempus, propter cautelam, ne ſi forte ſacerdotes audirent ipſum per CHRISTVM curatum, non reciperent eum tanquã mundum, ſi eum a CHRISTO curatum ante audiuiſſent quam ſe eis pręſentaſſet, propter odium quod habebant ad CHRISTVM. Primus tamen modus rectior videtur, quia hoc præcepit etiam alijs infirmis, qui tamen illud nõ obſeruabãt, ſecundum quod dicitur Mar .7. de ſurdo & muto curato: quanto autem eis præcipiebat, tanto plus prędicabãt. Et rectè quia ſecundum quod dicitur .2. Corinth .12. Ego à vobis debui cõmendari, ¶Varia pręcepta. Mar.1.d. Beda. Amdroſi Exo.20.b Geñ.22.a. Chryſoſ. Mar.7.d.

M.E.C.D. 2017

cõmendari, se autem nemo debet laudare nisi necessitate alienæ salutis compulsus. Vnde Apostolus. Factus sum
Matth.4. insipiẽs, vos me coegistis, ideo dicebat se insipiẽtẽ factũ
Ibidem. quia cõtra consiliũ sapiẽtis fecisse videbatur. Prouerb. 27.
prou.27.a Laudet te alienus, & nõ os tuũ, extraneꝰ, & nõ labia tua.

Erudit secundo quod officium sacerdotis nõ est contemnẽdum, cum addit. (Sed, Vade ostende te sacerdoti.) » Quia eorũ erat officium secundum legẽ leprosos eijcere & mundatos recipere: secundum quod dicitur Leuitici.
Leuiti.13. 13. & 14. quasi per totum. Ideo autem hoc officium lepræ
& 14. discernendę sacerdotibus est commissum, licet magis videatur esse medicorum: quia eis vulnera peccatorũ mortalium (quę per lepram designantur,) tempore veritatis
Eccli.18.c reuelata, ostendenda sunt. secundũ illud Ecclesiastici. 18.
In tempore infirmitatis ostende conuersationem tuam,
prou.28.b quia secundum quod dicitur Prouerbiorũ. 28. Qui abscondit scelera sua, non dirigetur: qui autẽ confessus fuerit, & reliquerit ea, misericordiam cõsequetur. Vnde quãuis dominus mundet per interiorẽ cõtritionem, nihilominus ligat ad sacramẽtalem confessionẽ. In hoc autem mandato instruit sacerdotale officium esse omnibus venerandum. Et id esse ad curationem peccatorũ necessarium. Et hæc ratio præcipua huius mandati fuit. Sunt tamen & aliq, vt scilicet ad bonum possint promoueri viso miraculo de curatione certa leprosi. Et vt testes sint miraculi. Et ne videretur eis aduersari. Et vt innotescat eis sacerdotalis dignitas CHRISTI, & gratia noui testamenti, & sacerdotij, quę non tantum potest curatũ ostendere, sed etiam curare.

Docet tertio præceptum legis non esse prætermittendum, cum subdit. (Et offer pro emundatione tua sicut »
Leuiti.14 pcepit Moyses.) Sicut dicitur Leuit. 14. Leprosi mundati »
a.b.c.d. iubẽtur offerre duos passeres viuos et tres decimas similę cõ persas oleo. &c. Hęc autẽ cæremonialia erãt, & tamen voluit saluator ea offerri, vt ostenderet legem esse bonã
Rom.7.b & diuinitus latã. Contra Manichęorũ perfidiã. Roma. 7. Lex quidẽ sctã, & mandatũ sanctũ iustũ & bonũ. Et hoc, quia adhuc manebant cũ nõ esset veritas reuelata. Vnde glossa interlinearis dicit, q non debẽt auferri signa, nisi

prius

M.E.C.D. 2017

prius venerint signa. Illa aũt signe legis sanitatem non dabãt, sed ostendebãt & testimonio cõfirmabãt. Et ideo
c addit. (In testimoniũ illis) qđ potest legi dupliciter, offeres illis in testimoniũ sc; tuæ curatiõis, vel offeres vt hoc sit illis in testimoniũ qꝑ tu curatus es, & vt tibi vltra non possint nocere, cũ a te acceperint munera testimonialia. Et nota qꝑ hoc quod dicit in testimoniũ illis, nõ refertur ad prꝑceptũ Moysi, sed dñi. Vnde Chrysostomus. Non sic intelligas quia Moyses prꝑcepit in testimoniũ illis, sed tu vade & offer in testimonium illis: vt scilicet assumeret ab eis testimoniũ apud plebẽ. Nã sicut dicitur. 1. ad Timo. 3. Oportet autẽ illũ & testimoniũ habere bonũ, ab ijs qui foris sunt. Vnde & opꝰ CHISTI mirabiliter debebat testimonio insidiantiũ cõprobari, ad perfectã solidationẽ fidei & eiusdẽ roborationẽ. Chryſoſ. 1. Tim. 3. b

¶ Perãbulabat autẽ multo magis, &c.) Postquã descripsit euangelista curationẽ morbi, & eruditionẽ curati. Hic tertio subiũgit manifestationem nominis CHRISTI, vt ex his omnibus discipuli confirmentur in fide & amore CHRISTI. Describit igitur magnificatio noĩs Christi, vt famosa, vt fructuosa, vt virtuosa. Primo igit describitur hic magnificatio noĩs CHRISTI vt famosa, cũ dicitur.

d Perambulabat autẽ magis sermo de illo) sc; Christo. sermo laudis suę quãtũ ad scientiã & virtutes. Nec mirũ si fama magistri diffundebatur cũ de discipulis eius dicatur in psalm. In omnẽ terrã exiuit sonus eorũ. &c. Huius figura prꝑcessit in Iuda Machabꝑo, de quo. 1. Macha. 3. qđ similis factus est leoni in operibus suis. Et post subditur. Et nominatus est vsq; ad nouissimum terræ. psalo. 18. 1. Mac. 3. a

e Deinde ostẽditur noĩs christi magnificatio fructuosa cũ additur. (Et conueniebãt turbꝑ multꝑ vt audirent,) & hoc scilicet propter instructionẽ mentis, quia scriptũ est. ꝓuerb. 19. Audi consiliũ & suscipe disciplinã, vt sis sapiẽs. & Iac. 1. Scitis fratres dilectissimi: Sit aũt oĩs homo velox ad audiẽdũ, &c. cõueniebãt etiã ꝓpter curatio[illegible] ex parte corporis, & ideo addit. (Et curarẽtur ab infirmitatibꝰ suis) propter quod prꝑdicabat, Isaiꝑ. 53. Vere lãguores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit. Et ideo ꝓcẽtè faciebant secundũ consiliũ sapientis. Ecclesiast. 38. prou. 19. c Iaco. 1. c. Isaiꝑ. 53. a Eccl'i. 38. a

Fili

M.E.C.D. 2017

Fili,in tua infirmitate non deſpicias teipſum,ſed ora dominium, & ipſe curabit te. Hæc ergo erat perfecta vtilitas ex parte animæ et corpóris quę veniebat ex fama nomi-
1.Co.1.c. nis CHRISTI. Ipſe enim CHISTVS eſt dei virtus & dei ſapiẽtia. Et ideo qui ad ipſum conueniũt illuminantur per ſapientiam, & curantur per virtutem. Et ideo di-
pſal'o. ;; . citur in pſalmo. Accedite ad eũ,& illuminamini:& facies
Iſai.49.b. veſtrę non confundentur. Et ideo Iſaiæ.49. Dedi te in lucem gentium,vt ſis ſalus mea vſquè ad extremum terræ.

Poſtremo oſtenditur virtuoſa cum ſubditur. (Ipſe aũt ſecedebat in deſertum,& orabat.) Quia humanã gloriã & famam non quærebat, ſed fugiebat : ſecundum illud
Matt 14 c Matth.14. Et dimiſſa turba, aſcendit in montẽ ſolus orare. In quo dabat nobis formam recedendi a mundo, & appropinquandi ad deum. Propter quod dicebat Apo-
Gala 1 b. ſtolus ad Galath.primo. Si adhuc hominibus placerem,
¶Oratio CHRISTI ſeruus nõ eſſem, Et ideo ad hoc ꝙ oratio ſit
Matt 6 a. deo placita nõ debet eſſe publica in foro, ſed occulta in deſerto. Vnde Matth. 6. Tu autem cum oraueris,intrã in cubiculum tuum, & clauſo oſtio ora patrem tuum in ab-
Bernard. ſcondito. Et hoc eſt quod dicit Bernardus in canticis. O ſancta anima ſola eſto,vt ſoli deo omniũ ſerues te ipſam quem tibi ex omnibus elegiſti. Fuge publicum, fuge & ipſos domeſticos, ſecede ab amicis & intimis, & ab illo qui tibi miniſtrat, an neſcis te verecundũ habere ſponſum, & qui nequaquã velit tibi ſui indulgere præſentiã præſentibus cæteris? Secede ergo,ſed mente,ſed intentione,ſed deuotione,ſed ſpiritu,quanq̃ & corpore interdũ non otioſe te ſeparas, preſertim in tempore orationis.

Ad prædicti autem miraculi euidentiam duo ſunt hic intelligenda. Nam primo oportet latentium aperire ſpiritualem intelligentiam, deinde diſſoluere apparentem controuerſiam. Circa hoc autem miraculum tria conſideranda occurrunt. Primũ eſt quid intelligitur per morbum lepre. Secundum quid per tactũ manus dominicæ.
Lepra. Tertium quid per præceptum legis implendæ. Morbus lepre deſignat rectè peccatũ mortale,quia ſicut lepra inficit & deformat carnem,ſic peccatũ maculat & deformat
Thre 4 b animam. Vnde Threno.4. Denigrata eſt ſuper carbones facies

facies eorum,& non sunt cogniti in plateis:adhæsit cutis eorum ossibus, aruit, & facta est quasi lignum. Lepra etiam eijci facit extra castra, sic peccatum mortale a castris gloriæ.Ezec.28. Peccasti, & eieci te de monte Dei.Hic autem morbus quadruplicem habet differentiã secũdum quod dicitur Leui.13. Est enim lepra in carne, lepra in pilis,lepra in vestibus, lepra in habitaculis. Lepra in carne,significat peccatum carnale, Lepra in pilis, significat peccatum spirituale, quia per pilos cogitationes intelliguntur. Lepra in veste,peccatum in conuersatione.Lepra in domo,peccatum in congregatione. Ille ergo est plenus lepra,qui omnibus his criminibus infectus est.De his differentijs leprę dicitur Leui.13.In huius figuram etiam dicitur.4.Reg.7.quòd quatuor viri erant leprosi iuxta introitum portæ,ad has quatuor differentias designandas. Ideo autem voluit dominus peccatũ mortale per leprã designari, quia sicut lepra inficit in se & in cõsortio,sic & peccatum. Per tactum manus domi nicæ intelligimus visitationem diuinę gratiæ,quam petebat propheta dicens· Emitte manum tuam de alto, & eripe me. Quia sicut dicitur ad Roman.7. Infelix ego homo quis meliberabit de corpore mortis huius? Gratia Dei per IESVM CHRISTVM dominum nostrum. Per CHRISTVM enim tangit nos manus diuina,quo modo dicitur Canticorum quinto· Dilectus meus misit manum suam per foramen,id est gratiam suam per foramen lateris CHRISTI.Vnde profluunt sacramenta,& venter intremuit, quia hæc gratia primo parit contritionem.Vnde in psalmo· Qui respicit terram ,& facit eã tremere:qui tangit montes & fumigant, quia contritio fletum parit. Sed ad hoc vt ad statum istum perueniat peccator,oportet quòd cum leproso videat eum per fidẽ primæ ad Corinthios tertiodecimo. Videmus nunc per speculũ in ænigmate.Oportet quod procidat pet timorem. Psalmista: Coram illo procident Aethyopes,id est, peccatores,Oportet quod confidat per spem.Prouerbiorũ vicesimonono. Qui sperat in domino,subleuabitur. Et ad Romanos octauo: Spe salui facti sumus. Et hæc tria pariunt contritionem.Isaiæ vicesimosexto: A facie

Le.13.a b. c.d. Ibi dẽ .d. acdẽceps Ibidem g Ibidẽ.14 e acdẽceps Leuiti. 13. 4.Re.7.a. ¶Tactus manus dñicæ. Psal'o. 143 Rom.7. d Can.5. b. Psal'o. 103 1.Cor.13 d Psal'o. 71. Prou.29 d Rom.8.d Isaię.26 .c

M.E.C.D. 2017

¶Præce-ptũ legis obſeruandæ.

tua domine concepimus,& quaſi parturiuimus, & peperimus ſpiritum ſalutis. Per præceptum legis obſeruandę intelligimus ſuſceptionem ſacramenti pœnitentiæ. Vnde attende quòd quatuor præcepit,ſcilicet ire,tacere,oſtẽdere,& offerre. Ire,cum dicit:(Vade.)tacere,(Nemini dixeris.)oſtendere,(Oſtende te) .offerre,(Offer pro emundatione tua. Vade ſcilicet deſerendo peccata.;Sic adulterę Ioan.8. Vade,& iam amplius noli peccare. Tacere præcepit bona,ne ſit ſicut ille Phariſęus infra.18.qui dicebat Non ſum ſicut cæteri hominum, raptores,iniuſti,adulteri,velut etiam hic publicanus:Ieiuno bis in ſabbatho: Decimas do omnium quæ poſsideo. Oſtendere præcepit mala,ſicut Iob.31. Si abſcondi quaſi homo peccatũ meũ, & celaui in ſinu meo iniquitatẽ meã, id eſt, nõ abſcõdi, nec celaui peccatum meum aut iniquitatem. Pſal. Delictum meum cognitum tibi feci,& iniuſtitiam meam nõ abſcondi. Offerre præcepit opera ſatiſfactoria,Pſalmiſta Introibo in domum tuam in holocauſtis · reddam tibi vota mea,quæ diſtinxerunt labia mea. Ad Roma.12. Exhibeatis corpora veſtra hoſtiam viuentem,ſanctam Deo placentem,rationabile obſequium veſtrum. Hæc autem quatuor cõcurrunt neceſſario ad ſacramentum pœnitẽtiæ perfectè recipiendum,ſcilicet peccati deſertio,peccatoris humiliatio,peccati oſtẽſio,& ſatiſfactionis oblatio.

Ioan.8.b Infra.18.c Pſal'o .31. Pſal'o. 65. Rom.12.a

¶Cõcordãtia euãgeliſtarũ.

Deinde diſſoluenda eſt apparens controuerſia inter Matthæum & Lucam,quia hoc miraculũ dicit Matthęus eſſe factum poſt ſermonem domini in monte, & hic Lucas narrat lõgè ante ſermonem. Ad quod eſt duplex via diſſoluendi controuerſiam. Siue quia alius ſermo fuit, quem narrat Lucas,alius quem Matthæus. Cuius ſignũ quia multa dicuntur in vno ſermone quę non dicuntur in altero. Siue quia idem ſermo fuit differens ſecundum maiorem explicationem & minorem. Vnde attendendũ eſt quod euãgeliſtę nõ ſeruãt omnino ſeriẽ rei geſtæ,ſed eo modo narrãt quo magis facit ad ſuæ intẽtionis proſecutionem. Vnde Auguſtinus in ſecũdo libro deconcordia euãgeliſtarũ. Quid intereſt quis quo ordine ponat ſiue quod ex ordine inſerit: ſiue quod omiſſum recolit, ſiue quod poſtea factum ante præoccupat Deum tamen

Matt.8.1.a Auguſti.

non

non aduerſetur eadem vel alia narranti vel ſibi vel alteri. Satis euim probabile eſt quod vnuſquiſq; euãgeliſtarum eo ordine didicit narrare debuiſſe, quo voluiſſet Deus (ea ipſa quæ narrabat) eius recordationi ſuggerere & in eis duntaxat rebus quarũ ordo ſiue iſte ſiue ille, nihil minuit authoritati veritatiq; euangelicę. Et per hoc patet omnis diſſolutio contrarietatis quæ videtur prouenire ex ordine differentie.

¶Et factum eſt in vna dierũ.) Confirmatis diſcipulis per curatiionem leproſi, hic ad maiorem firmitatẽ confirmat eoſdem per mirabilem ſanationem paralytici. Cuius mirabilem ſanationem deſcribit euangeliſta hoc ordine. Primo introducitur opportunitas miraculi faciendi. Secundo vero integritas miraculi perfecti, ibi, (quorũ fidẽ) Tertio vero celebritas miraculi publicati, ibi, (Et ſupor apprehendit, &c.) Opportunitas autẽ miraculi faciendi colligitur ex quatuor, ſc; ex multitudine populi aſſiſtentis, ex promptitudine virtutis ſanãtis, ex grauedine morbi opprimẽtis, ex ſolicitudine fidei offerentis. Primo ergo ad deſignandũ multitudinem populi aſſiſtentis, cui comunicanda erat doctrina veritatis, dicitur. Eodem.d Eodem.e

« Et factum eſt in vna dierũ, & ipſe ſedebat docẽs, &c) Sedebat inquã tanquã magiſter & doctor p̃cipuus propter multitudinẽ ſapientiæ, ſicut Iob.29. Si voluiſſem ire ad eos, ſedebã primus. Cumq; ſederẽ quaſi rex circũſtante exercitu, eram tamen mœrentiũ conſolator, &c. Hoc vtiq; modo ſedebat CHRISTVS in medio multorum. Vnde & ſubditur. (Et erãt phariſęi ſedẽtes & legiſdoctores.) Nã phariſæi inter alios ſunt excellentiores in obſeruãdo, & legiſdoctores in erudiendo. Et ,ppterea ipſi etiã dicũtur ſedẽtes, Vnde Matth.23. Sup cathedrã Moyſi ſederũt ſcribe & phariſęi. Et qa in multitudine plebis eſt gl'ia principis, ideo ſubdit, qđ erant multi cũ dicit, (qui venerant ex oñi caſtello Galileę & Iudeę & Ieruſalẽ) Et nota quod in his tribus, primo exprimit regionẽ pr[illegible]inquã, ſc; in (Galileą) Vnde & diſcipulos inde elegit ſecũdũ qđ dicit. Actu.2. Nõne ecce oẽs iſti q loquũtur, Galilęi ſunt? Exprimit & pręcipuã in (Iudea) in qua habitabat tribus Iuda cui promiſſus erat CHRISTVS, ſecũdũ illud pſalmi. Iob.29.d. Matt.23.a ¶ Galileą ¶ Iudæa. ¶ Ierl'm. Actu.2. a, pſal'o. 77.

M.E.C.D. 2017

Et tribum Ephraim non elegit: sed elegit tribum Iuda.
Psalo. 77. Tangit & ciuitatem regiã in(Ierusalem.)Vbi maximè ha
Isaię.2.a. bitant doctores, secundum illud Isaiæ secũdo. De Sion exibit lex,et verbum domini de Ierusalem. Et signanter hæc tria nominat,quia in Galilęa CHRISTVS conci-
Supra.1 d pitur,sicut supra primo, In Iudęa nascitur,sicut supra se-
Supra.2 a cũdo. Sed in Ierusalem crucifigitur,sicut infra vicesimo
Infra.23.e tertio. Et ideo habitatoribus horum trium locorũ erat CHRISTVS promissus,& ipsi eum expectabãt,& ideo ad ipsum conueniebat.

Secundo vero ad denotandum promptitudinẽ vir- „
tutis liberantis, adiungit.(Et virtus domini erat) scili- „
cet prompta, (ad sanandum eos) scilicet infirmos, quia ipsi erant prompti ad audiendum. De qua virtute He-
Hebr.1.a. brę. primo. Portans omnia verba virtutis suæ. Quæ quidem virtus est CHISTVS, qui est verbum patris.
1.Cor.1.d primæ Corinth primo. Prędicamus CHRITVM crucifixum.
Mat.1.d. Et additur. Dei virtutem, & dei sapientiam. Et hæc virtus apta est ad sanandum, non ad perdendum. Et ideo nomen eius IESVS, id est Saluator. Vnde ani-
Psalo.38. ma sancta in psalmo. Domine deusvirtus salutis meæ: obumbrasti super caput meum in die belli. & cęter. Et
Actu.10.f ideo Actuũ decimo. Vnxit eum Deus spiritu sancto & virtute,id est,virtute spiritus sancti,qui pertransiit bene faciendo & sanando omnes oppressos.& ce. Hanc vir-
Infra.6.c. tutem promptam reddit fides credentiũ. Vnde Infra sexto. Descendens IESVS, stetit in loco campestri, & turba discipulorum eius, & multitudo copiosa plebis. Sequitur.qui venerant vt audirent eum. Et subiũgitur. Et omnis turba quærebat eum tangere, quia virtus de illo exibat, & sanabat omnes. Sed diuersum dicitur de
at.13.g. ciuitate sua. Matthæi tertiodecimo. Non fecit ibi virtutes multas, propter incredulitatem illorum.

Tertio vero ad ostendendum grauedinem morbi, adiungit. (Et ecce viri portantes in lecto hominem qui „
¶Paraly- erat paralyticus.) Et ita omnino impotens, quia para- „
sis. lysis omnino dissoluit membrorum virtutem sicut legi-
1.Mac.9.f. tur de Alcimo, primi Machab.nono, concluſum est os eius,& dissolutus est paralysi,nec vltrà potuit loqui verbum.

M.E.C.D. 2017

bum. Magna vere infirmitas & miſeranda, quę motum tollit & verbum . Et in lecto portabatur , non inquam in lecto quietis,ſed potius laboris & doloris. Vnde de eo orari poterat & dici illud pſalm. Dominus opem ferat illi ſuper lectum doloris eius , vniuerſum ſtratum eius verſaſti in infirmitate eius. Propterea miſericorditer agebant viri qui eum portabant , ſecundum documentum Apoſtoli ad Galath.ſexto. Alter alterius onera portate. Vnde poterat eis competere illud Eccleſiaſti. quadrageſimoquarto. Illi viri miſericordiæ ſunt,quorum pietates non defecerunt. Et iam verificatur in hoc facto,illud Iſaię quadrageſimonono. Afferent filios tuos in vlnis,& filias tuas in humeris portabunt.

Pſal'o. 40

Gala.6.a.

Eccli.44b

Iſaię.49.f.

Quarto vero ad inſinuandam ſolicitudinem fidei
« offerentiũ,ſubiungit.(Et quærebant eum inferre,& po-
« nere ante eum.) Vt ſcilicet ex eius præſentia ſanaretur. Vnde volebant implere exhortationem pſalmi. Quærite dominum,& confirmamini: quærite faciem eius ſemper. Nec immerito,quia Iob decimoſeptimo. Libera me, & pone me iuxta te , & cuiuſuis manus pugnet contra me. Et quia quærenti per fidem impedimenta frequen-
« ter occurrunt : ideo ſubditur. (Et non inuenientes qua
« parte illum inferrent præ turba,) quæ ſolet impedire aduentum ad CHRISTVM , ſicut dicitur Matth. viceſimo, & Mar.decimo,quod turbæ increpabant eum,vt taceret.Sic & Zachæus infra decimonono. Quærebat videre IESVM quis eſſet : & non poterat præ turba. Sed certe veram fidem impedimenta non retrahunt, ſed accendunt.In cuius teſtimonium ſubditur. (Aſcenderunt
« ſupra tectum,& per tegulas ſubmiſerunt illum cũ lecto.)
« Sic & Zachæus fecit, ſicut dicitur infra. 19. quod aſcendit in arborem Sycomorum vt IESVM tranſeũtem videret, quem præ turba videre non poterat. Talibus adiutoribus indigebat ille languidus,qui dicebat. Domine,hominẽ non habeo vt cum turbata fuerit aqua, mittat me in piſcinam. Tales adiutores ſunt viri ſimplices, ſecundum quod Actuum nono dicitur . Accipientes diſcipuli Paulum nocte,per murum dimiſerunt eum , ſubmittentes in ſporta. Tales ſunt viri ſpirituales,qui infir-

Pſalo 104

Iob.17.a.

¶Per fidẽ quęrenti impedimẽta occurrunt.

Mat.20.d

Mar.10.g

Luc.19.a.

Inf.Iuxta

Ioan.5.b

Actu.9

M.E.C.D. 2017

mos per orationem Domini conſpectui repræſentant.
Thre.2.f. Threnorum ſecundo. Effunde ſicut aquam cor tuum in conſpectu domini. Leua ad eum manus tuas pro animabus paruulorum tuorum qui defecerunt fame in capite omnium compitorum. Et ideo præſentauerũt eum conſpectui domini, vt eum videret, & ſitui vt eum tangeret. Et propterea ſubdit. (In mediũ ante IESVM,) quia ſaluator ſemp mediũ quęrit. Vnde Ioan. primo. Medius veIoan.1.d. Inf.Lu.22 ſtrum ſtetit quem vos neſcitis. Et infra. 22. Ego autem in
pſal'o. 47. medio veſtrum ſum. Et ideo in pſalmo. Suſcepimus deus miſericordiam tuam in medio templi tui.

¶Quorum fidem vt vidit,) Premiſſa eſt miraculi faciendi opportunitas, Hic vero ſubiũgitur ipſius in faciendo integritas, quia CHRISTVS ſimul & corpus infirmi & animam curat. Animam a peccato, & corpus a morbo. Conſiſtit autẽ huius miraculi integritas perfecta in quatuor, quæ ſunt ſupra virtutẽ humanam, ſcilicet in remiſſione peccatorum, diſcretione cogitationum, confutatione errorum, & conſolidatione membrorum paralyticorum. Hęc enim quatuor miraculum reddunt perfectum. Pręmittitur ergo remiſsio peccatorũ ex merito fidei offerentium, cum dicit.

1.Re.16.b Quorum fidem vt vidit,) quia ſicut. 1. Regum ſexto» decimo dicitur. Homo videt ea quæ parẽt, dominus autem intuetur cor. Vidit inquam oculo miſericordię, ſicut
Exo.3.b. Exodi tertio. Vidi afflictionem populi mei in Aegypto.
Iere.5.a. Ad quam viſionem fides diſponit. Ieremię quinto. Domine oculi tui reſpiciunt fidem. Et quoniam ſicut dicitur
prou.15.d prouerbiorũ decimoquĩto. Per miſericordiam & fidem purgantur peccata, ideo ſubditur. (Dixit, homo, remittũ» tur tibi peccata tua.) In hoc quod dicit (homo) inuitat »
I[illegible].14.a. ad conſiderationem propriæ miſerię. Iob quartodecimo Homo natus de muliere breui viuens tempore, repletur
Iob.25.b. multis miſerijs. Et rurſus. 25. Homo putredo, & filius hominis [illegible]nis. In hoc quod adiungit, (remittuntur,) in» »
Ephe.1.b uitat ad ſpem diuine gratiæ. Epheſi. primo. Gratificauit nos in dilecto filio ſuo. In quo habemus redemptionem per ſanguinem eius, remiſſionẽ peccatorũ. Vnde dicitur
1.Ioã 1.6. primę Ioan. ſecũdo, Remittuntur vobis peccata propter nomen

M.E.C.D. 2017

nomen eius. Hæc autem remiſſio peccatorum inchoata fuit à fide aliena, ſed in propria conſumatur. Vnde Beda Multum valet vnicuiq; fides propria, cum per alienam homo ſit interius & exterius ſaluatus. Sed hoc non ſine propria ſubiequente. Vnde Matthæi nono dicitur paralytico. Confide fili, remittũtur tibi peccata tua. Et nota, quod peccata dicũtur remitti, dicũtur dimitti. dicuntur mundari, dicũtur ſanari, dicuntur tegi, dicũtur redimi. Beda. Matt. 9. a ¶Peccata dicuntur remitti, mũdari ſanari &c.

Dicuntur remitti, quantum ad reatum penæ. Infra. 7. Remittuntur ei peccata multa, quoniã dilexit multum. Inf Lucę 7. g.

Dicunntur dimitti ratione offenſæ, Matthæi ſexto. Si dimiſeritis hominibus peccata eorum, dimittet & vobis pater celeſtis delicta veſtra. Matt. 6. c

Dicũtur mundari ratione maculæ, pſalm. 50. Amplius laua me ab iniquitate mea, & a peccato meo munda me Iſaiæ ſexto. Auferetur iniquitas tua, & peccatum tuum mundabitur. pſal'o. 50. Iſaię. 6. c.

Dicuntur ſanari quantum ad vulnerationem naturę, Vnde Ioãnis. 5. Ecce ſanus factus es: iam noli peccate. Et pſalm. 40. Sana animã meam quia peccaui tibi. Ioan. 5. c. pſal'o. 40.

Dicuntur tegi, propter ſpoliationem virtutis gratuitę pſalm. 31. Beati quorũ remiſſæ ſunt iniquitates, & quorũ tecta ſunt peccata. Quod fit per charitatẽ. primę Petri. 4. Charitas operit multitudinem peccatorum. pſal'o. 31. 1. Pe. 4. b.

Dicuntur redimi quantũ ad captiuitatẽ ſeruituris diabolicæ. Danie. 4. Peccata tua eleemoſynis redime. pſal. 71. Ex vſuris & iniquitate redimet animas eorum Dani. 4. f. pſal'o. 71.

Additur autẽ ſecũdo diſcretio cogitationũ in animo blaſphemãtiũ, cum dicitur. (Et ceperũt cogitare ſcribę & phariſęi) cogitatiões vanas & noxias. Rom. 1. Euanuerũt in cogitationib⁹ ſuis, & obſcuratũ eſt inſipiẽs cor eorũ. Rom. 1. c.

« Et ſequit cogitationũ expreſſio, cũ addit, (dicẽtes) ſc; in cordibus ſuis, ſecundũ illud pſalm. quę dicitis in cordib⁹ pſal'o. 4.

« veſtris, & in cubilibus veſtris cõpungimini. (Quis eſt iſte

« qui loquit blaſphemias,) in qua cogitatione deſpiciunt ſaluatorẽ, quaſi vilem in hoc quod dicunt, (quis eſt iſte,)

« Eccleſiaſtici. 13. Pauper locutus eſt, & dicũt. Quis eſt hic? eccl'i. 13. d

Contra illud quod dicitur Eccleſiaſt. vndecimo. Ne ſpernas hominem in viſu ſuo. Redarguunt vt peccatorem, eccl'ci. 11. a

M.E.C.D. 2017

¶Blaſphe mare qd, ac quot modis.

in hoc quod imponũt blaſphemiam. Eſt autem blaſphemare Deo iniuriam irrogare. Quod fit tripliciter. Vel cum attribuitur deo quod ſibi non conuenit. Vel cum remouetur ab eo quod ſibi conuenit. Vel cum creaturæ attribuitur quod propriæ Deo conuenit. Vnde quando CHRISTVS attribuebat ſibi diuinitatem, credebant

Mar.14.g

eum blaſphemare. ſicut Marci quartodecimo. Quid adhuc deſideramus teſtes? Audiſtis blaſphemiam. Ioannis

Ioan.19.f.

decimo ſaluator dixit Iudæis. Quem pater ſanctificauit & miſit in mundum. vos dicitis, quia blaſphemas: quia dixit filius dei ſum? Similiter credebãt eum blaphemare quãdo attribuebat ſibi proprium dei, ſcilicet peccata dimittere. Vnde ſubditur. (Quis poteſt peccata dimittere, »

Iſaiç 43.d

niſi ſolus deus.) Et in hoc verũ dicunt. Iſaiæ.43. Ego ſum »
ego ſum ipſe qui deleo iniquitates tuas propter me. Sed certè dum ipſi CHRISTO imponebant blaſphemiam,

Iſa.49.b.

In ſuis cordibus blaſphemabant, Iſaiæ quadrageſimo ſexto. Cui aſſimilaſtis me, & adæquaſtis & comparaſtis, & feciſtis ſimilem? Et quoniam hęc cogitando blaſphemabant: ideo reprehenduntur & arguuntur, cum ſubditur, (Vt cognouit autem IESVS cogitationes eorum) tan- »

Eccli.23.c

quã deus, quia Eccleſiaſt. viceſimo tertio. Oculi domini multo plus lucidiores ſunt ſuper ſolem, circũſpicientes omnes vias hominum, & profundum abyſſi. & hominũ corda intuentes in abſconditas partes. Nec mirum quia

Heb.4.c.

eſt verbum dei. De quo ad Hebr. quarto. Viuus eſt ſermo dei & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti: & diſcretor cogitationũ et intentionũ cordis. Nec ſolũ reprehendit & diſcernit, ſed etiam redarguit. (Reſpondẽs »
dixit ad illos, Quid cogitatis in cordibꝰ veſtris?) Quaſi »

Iſaiç.1.e.

dicat illud Iſaiæ.1. Auferte malũ cogitationũ veſtrarũ ab

Ie..4.d.

oculis meis. Ipſe enim videbat & arguebat, Ierem.4. Vſq; quo morabũtur in te cogitationes noxię. Tales em̃ ſunt

Sapi.1.a.

cogitationes peruerſę. De quibus Sapi.1. Peruerſę em̃ co-

Iſai.29.e f

gitation. ſeparant à deo. Ideo Iſaię.29. Vę qui profundi eſtis corde, vt à domino abſcõdatis conſiliũ. Et ſequitur. peruerſa eſt hęc veſtra cogitatio: quaſi ſi lutum contra figulum cogitet: & dicat opus factori ſuo, Non feciſti me, Et figmentũ dicat factori ſuo, nõ intelligis. Certè poteſt dici

dici de eis illud Sap.2. Hæc cogitauerunt,& errauerunt, excęcauit enim illos malitia eorum. Sapi.2, d.

Adiungitur autem tertio confutatio errorum malè co
« gitantium in hoc quod ſequitur: (Quid eſt facilius di-
« cere & cæt.) Facit enim argumentum in quo ſe oſtendit verũ deũ eſſe, & peccata dimittere poſſe, ac per hoc illos curare. Et eſt argumentum tale. Omnis qui poteſt paralyticum ſolo verbo curare, ſolo verbo peccata poteſt dimittere : ſed filius dei poteſt paralyticum ſolo verbo curare, ergo & cæt. Huius autem rationis præmittit maioris propoſitionis probationem, ſubiungit aſſumptionẽ, & interponit concluſionem. Maioris propoſitionis pro
« bationem premittit in hoc quod dicit (Quid eſt facilius
« dicere, Dimittuntur tibi peccata, an dicere: Surge & am-
« bula:) Quaſi diceret, æqualis facilitatis ſunt, ergo qui poteſt vnum, poteſt & reliquum : & hæc erat propoſitio maior. Vnde gloſſa. Matt.9. Per remiſsionem pœnæ, re- Gloſſa.
miſsionem culpæ intellige. Intelligitur autem hoc per illud tanquam per ſimile, & per notius. Et hoc eſt quod dicitur. Iere.32. Non erit tibi difficile omne verbum: qui Iere.32. c.
facis miſericordiam in millibus. Vnde Sapiẽ.11. Sed mi- Sapi.11. d
ſereris omnium, quia omnia potes. Concluſionem autẽ
« interponit in hoc quod adiungit: (Vt autẽ ſciatis, quia
« filius hominis habet poteſtatem in terra dimittendi pec-
« cata.) Hoc enim eſt quod intendit concludere finaliter, & eſt verum, vt teſtatur Ioan.1. Ecce agnus dei, ecce qui Ioan.1.d.
tollit peccata mundi. Et. Apocaly.1. Dilexit nos, & lauit Apo.1.b.
nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo. Aſſumptionem
« ſubiungit; cum addit: (Ait paralytico: Tibi dico, ſurge,
« tolle lectum tuum & cæt.) Et nota, quod verba præce-
dẽtia ſunt ſaluatoris, & ſequẽtia: Sed hoc verbum quod
« dicit: (Ait paralytico.) Eſt verbum euangeliſtæ, quod in-
terponit, quia prima verba erant domini ad Phariſęos, ſcilicet, propoſitio & concluſio: ſed aſſumptio[illegible]m dixit conuertendo ſermonẽ ad paralyticum, cui imp[illegible]rat actũ qui nõ poteſt cõpetere niſi ſano, ſcilicet ſurgere, cũ dicit
« Surge.) Sicut Petrus claudo. Actuum.3. In nomine IE- Actu.3. a.
SV CHRISTI Nazareni ſurge, & ambula : præcepit
« tollere lectum, cum ait: (Tolle lectum tuum.) Siue, vt

Mar-

M.E.C.D. 2017

Mar.habet, Tolle grabatũ tuũ. Grabatũ autẽ eſt lectus pauperũ infirmorũ, vbi nihil ſternitur niſi ad caput. Vñ
Ioan.5.b. dicitur à graba, quod eſt caput. Sic. Ioã. 5. Prçcepit illi languido. 38. annorũ. Surge, tolle grabatũ & ambula: præcepit ambulare, & in domũ ire, cum ſubdit: (Et vade in do» »
Mar.5.b. mum tuã.) Vt ſcilicet cũ tuis congratuleris ſicut Marc. 5. » Vade in domum tuã ad tuos, & annuncia illis, quanta tibi dominus fecerit, & miſertus ſit tui. In his tribus concluditur perfecta ſanitas contra tria mala quæ facit egritudo paralyſis. Reddit enim inhabilem ad ſtandum, & inhabiliorem ad operandum, & inhabiliſsimum ad ambulandum. At contra imperat ei dominus rectitudinem ſtatus, fortitudinem actus, & promptitudinem motus, quibus obtentis efficitur perfectè ſanus.

Subiungitur vltimo conſolidatio membrorum languentium, in hoc quod ſequitur: (Et confeſtim conſur» gens coram illis & cç.) Conſolidata eſt verbo CHRI» »
STI mẽbra paralytici, quantũ ad virtutẽ ſuſtentatiuam, operatiuam, & motiuã. Surrexit enim iam nõ indigẽs ſuſtentamẽto lectuli, aut baculi, & hoc virtute manus Dei
Dani.10b oĩpotentis. Dañ. 10. Manus tetigit me, & erexit me ſuper genua mea, & ſuper articulos manuum mearum. Et ſequitur: (Tulit lectum in quo iacebat.) Iam non indigẽs »
ab aliquo portari. & ſic videtur adimpletum illud Amos
Amos.3.c tertio. Eruentur filij Iſrael, qui habitant in Samaria, in plaga lectuli, & Damaſci grabato. (Et abijt in domum ſuam, magnificans Deum.) Iam valens faciliter moueri, »
Actu.3.b. ſicut & ille claudus à Petro curatus. Actuum tertio. In» »
trauit cum eis in templum ambulans, & exiliens, & laudans Deum. Vnde magnificabat Deum, & ipſe ſimul laudando, & cius miracula enarrando, & ad laudandum, alios inuitando. Vnde poterat dicere. Magnificate dominum mecum, & exaltemus nomen eius in idipſum.
pſal.33. Poterat & canticum virginis canere. Magnificat anima mea dominum. Et exultauit ſpiritus meus in Deo ſalutari meo & cæt.

Supra.1.e ¶Et ſupra apprehendit omnes & cæter.) Hic tertio poſt miraculi faciendi opportunitatem, & facti integritatem ſubiungit eiuſdem publicam celebritatem, per quam clariſi»

M.E.C.D. 2017

clarificata est diuina virtus in CHRISTO, qnoniam ex præsentis miraculi consideratione, ostensa est CHRISTI virtus ammirabilis, venerabilis, formidabilis, &, prædicabilis. Ammirabilis inquam ostensa est ex impossibilitate comprehendendi, propter quod dicit.

« Et stupor apprehendit omnes.) Scilicet innocentes, ad credendũ. Iob. 17. Stupebunt iusti super hoc, & innocens contra hypocritam suscitabitur. Nam phariseι hypocritę sunt cõfusi. Et CHRISTVS ammirabilis est effectus. Apprehendit malignantes ad confundendum. Iob duodecimo: Adducit consiliarios in stultum finem, & iudices in stuporem. Et Iudith. 10. Et quum audissent viri illi verba eius: considerabant faciẽ eius, & erat in oculis eorum stupor &c. Iob. 17. b. Iob. 12. c. Iudit. 10 c

Venerabilis verò ostensa est ex impossibilitate imitandi, propter quod dicitur: (Et magnificabant DEVM.) scilicet in opere suo, vt possent dicere illud Psalmistę: Quã magnificata sunt opera tua DOMINE: omnia in sapientia fecisti. Et Isaiæ tricesimo tertio. Magnificatus est DOMINVS, quoniam habitauit in excelso, & impleuit Sion iudicio & iustitia. Sic illi tres pueri ex aspectu miraculi. Danielis tertio. Ii tres quasi ex vno ore laudabãt, & glorificabant, & benedicebant DEVM. psal. 103. Isaiç. 33. a. Dani. 3. e.

« Formidabilis verò ostenditur virtus in CHRISTO « ex impossibilitate euadendi, vnde additur (Et repleti sunt timore.) Considerantes immensitatem potentiæ, quam nemo potest effugere. Infrà duodecimo. Ostendã vobis quem timeatis, timete eum, qui postquàm occiderit, habet potestatem mittere in gehennam. Hanc potentiam timebat Iob tricesimo primo. Semper quasi tumentes super me fluctus timui DEVM, & pondus eius ferre non potui. Infra. 12 Iob. 31. c.

Prædicabilis verò ostenditur ex impossibilitate con« tradicendi, propter quod subditur: (Dicentes: Quia vidi « mus mirabilia hodie.) Et ideo iam non est locus contradicendi. Vnde Actuum quarto. Videntes Petri constantiam & Ioannis, comperto quòd homines essent sine literis & idiotæ, admirabantur, & cognoscebant eos quoniam cum IESV fuerant: hominem quoque videntes Actu. 4. c.

M.E.C.D. 2017

tes ſtantem cum eis qui curatus fuerat, nihil poterant cõ
Actu.4.c. tradicere. Vnde Petrus & Ioannes dicebant. Actuum.4.
Eod.ca d Non poſſumus quæ vidimus, & audiuimus non loqui.
Qui ergo poſt viſionem horum ſignorum domino cõ-
tradicit, excluditur à populo dei, & hæreditate regni, ſe-
Num 14d cundum illud. Num.14. Omnes homines qui viderunt
maieſtatem meam, & ſigna quæ feci in Aegypto & cæt.
Non videbunt terram, pro qua iuraui patribus eorum.

¶Tria ſpi ritualiter conſide- randa. paralyſis. Tob.5.b. Spiritualiter autem tria ſunt hic attendenda, quis ſit hic morbus qui curatur: quæ domus in qua fit curatio: & quis modus curandi. Morbus iſte paralyſis deſignat culpam originalem, ſicut lepra actualem. Vnde para-
lyſis aufert ſenſum, & motum: ſic originale aufert ſen-
ſum cognitionis per ignorantiam. Tob. quinto. Quale
gaudium mihi erit, qui in tenebris ſedeo, & lumen cœli
non video? Aufert etiam motum rectum affectionis,
per concupiſcentiam, quæ reddit tremulum. ſic paraly-
Rom. 7.c ſis. Roman. ſeptimo. Nam velle adiacet mihi, perficere
Ibidem d autem bonum non inuenio. Vnde & ſubditur: Video au-
tem aliam legem in membris meis, repugnantem legi
Hugo. mentis meæ & cæt. Vnde Hugo vitium humanæ corru-
ptionis dupliciter naturam infecit humanam, ſcilicet,
ignorantia mentem, & concupiſcentia carnem. De iſs
Pſal'o. 37. duobus in pſalmo. Dereliquit me virtus mea, & lumen
oculorum meorum & ipſum non eſt mecum. Et Exodi
Exo.10.f. decimo. Factæ ſunt tenebræ horribiles in vniuerſa terra
Aegypti tribus diebus. Nemo vidit fratrem ſuum, nec

¶Domus in qua fit curatio, c. eccl'a. prou.9.a. Matt.16.c mouit ſe de loco in quo erat. Domus in qua fit curatio, eſt Eccleſia. De qua Prouerb. nono. Sapientia ædifica-
uit ſibi domum, excidit columnas ſeptem. Hæ colum-
næ ſeptem, ſunt ſeptem ſacramenta. Huius domus ia-
nua eſt ſacerdotalis poteſtas, cuius poteſtatis authori-
tas reſidet penes Petrum. Vnde Matth. decimoſexto. Ti-
bi dabo claues regni cœlorum. Hæc ianua, ſi quando
impletur turbis terrenarũ ſolicitudinum, tunc non præ-
bet aditum ad IESVM, quia non curant turbæ illæ de
animabus, quę ſunt CHRISTI, ſed de promotione pro-
philip.2 c priij commodi. Philip.2. Omnes quæ ſua ſunt, quærunt,
non quæ ſunt IESV CHRISTI. Modus curandi eſt

per

M.E.C.D. 2017

per alienum ſuffragium & dominicum imperium, quo ad curationem ab originali, concurrit virtus alienæ fidei,& virtus dominici ſacramenti. Vnde portatores deſignãt ſuſceptores, qui afferũt. Iſai. quadrageſimo nono Afferent filios tuos in vlnis,& filias tuas, ſuper humeros portabunt. CHRISTVS vero imperio ſanans deſignat ſacramenti officium per quod ſit remiſsio culpę, cum dicitur,(Remittuntur tibi peccata tua.)Actu.2. Baptizetur vnuſquiſq; veſtrum in nomine IESV CHRISTI in remiſsionem peccatorum. Vnde ſequitur perfecta curatio, ibi:(Surge & tolle lectum tuum & cæt.)Actu.12. Angelus dixit ad Petrum iacentem in compedibus. Surge velociter. Et confeſtim ceciderunt catenæ de manibus eius. (Surge.)Id eſt,ſurſum te erige ad videndum lumen contra ignorantiam. Ephe.5. Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te CHRISTVS. Iſaię.60. Surge illuminare Ieruſalem,quia venit lumen tuum. (Tolle lectum tuum.)Contra infirmitatem. Matthę.11. Venite ad me omnes qui laboratis.&cæt.poſt, Tollite iugum meũ ſuper vos. (Et ambula.)Contra malitiam. Gene.decimo ſeptimo. Ambula coram me, & eſto perfectus. Epheſi.5. Ambulate in dilectione, ſicut & CHRISTVS dilexit nos & c.(Vade in domum tuam.)Contra concupiſcẽtias Eccl'ci.32. Præcurre autem prior in domum tuam, & illic aduocare,& illic lude,& age conceptiones tuas, & nõ in delictis & verbo ſuperbo. In domum ſuam vadit qui amat bona interiora. Sapiẽt.8. Intrans in domum meam conquieſcam cum illa & cæ. In domum alienam qui cõcupiſcit mundana. Eccl'c.29. Vita nequam hoſpitandi de domo in domum & c.

¶ Curãdi modus:

Iſaię.49.f

Actu.2.f.

Actu.12.a

Ephe.5.c.

Iſaię.60.a

Matt.11d.

Geñ.17.a

Ephe.5.a

Eccl'i.32.c

Sapi.8.c.

Eccl'i.29.d

¶ Et poſt hęc exiit & cę.)Supra egit euangeliſta de vocatione diſcipulorum de ſtatu licito ſiue iuſtitiæ: hic agit de vocatione ipſorum de ſtatu periculoſo ſiue iniuſtitię. Vbi oſtendit, quomodo vocauit Matthæum ſedentem ad telonium:Habet autem pars iſta duas,in quarum prima agit de vocationis perfectione. In ſecunda vero de vocatorum defenſione.(Factum eſt autem in ſabbatho, & cęt.)Proximo cap.Circa vocationis perfectionem,introducuntur tria,Primum eſt vocatio peccatorũ.Secundum

Infra.6.a

M.E.C.D. 2017

dum eſt confutatio ſuperborum,ibi: (Et murmurabant Phariſæi & cæ.) Tertium eſt conſolario infirmorum,ibi (At illi dixerunt ad eum & cæt.) Vocatio autem Publicanorum oſtenditur perfecta ex tribus, ſcilicet, ex parte diuini doni præuenientis. Et ex parte liberi arbitrij conſentientis. Et ex parte deuoti obſequij conſequentis. Primo ergo oſtenditur perfecta, ex parte diuini doni præuenientis nos, cum dicitur:

Ibidem. Et poſt hæc exijt, & vidit Publicanum & cæter.) Et notandum, quòd dicitur exire, videre, & vocare. Exijt quidem, vt requirat: (videt,) vt attrahat: (vocat,) vt ad ſe conuertat. Exijt quidem per ſolitudinem requirendi
pſal.18. ópus ſuum, ſicut in pſalmo dicitur. Exibit homo ad opus ſuum, & ad operationem vſque ad veſperam. Vn-
Matt.20 a de ſignificatur per patremfamilias, de quo. Matthæi vigeſimo. dicitur: Quòd exijt primo mane conducere operarios in vineam ſuam. Hic eſt vero dominus IESVS,
Ioan.16.d qui dicit de ſeipſo. Ioann. decimoſexto. Exiui à patre, & veni in mundum: quia de ſecreto veni in manifeſtum. Nec tantum exijt, ſed, (Et vidit publicanũ.) Vt per
pſalo.24. reſpectum miſericordiæ attrahat ad ſeipſum: Sicut petebat ille videri iu pſalm. Vide humilitatẽ meam, & laborẽ meum & c. Et hoc modo vidit iſtum, quia licet eſſet peccator in facto, erat tamen electus in diuino propoſito.
Sapi.4.c. Sapiẽ.4. Gratia dei, & miſericordia in ſanctos eius &, reInfra.21.g ſpectus in electos illius. Vnde dicitur Infra. Conuerſus dominus, reſpexit Petrum, & egreſſus foras Petrus fleuit amarè. Hoc reſpectu vidit IESVS publicanum nomine
Hierony. Leui. Hoc eſt, Matthæum, qui vt dicit Hieronymus fuit
Marc.2. b binomius. A Luca autem & Marco, propter honorem
Matt.9 b euangeliſtæ nomen tacetur vulgare. Sed Matthæus in
publi- ſermonis principio accuſator ſui factus. Matthęũ ſe & pucani. blicanũ nominat. Et nota, quòd publicani dicebantur
Infra.18 b qui publicè peccabant, ſicut accipitur Infra.18. Duo homines aſcendebant in templum, vt orarent: vnus Phariſæus, & alter publicanus. Vel qui merces vendendo omnibus publicabant, ſicut mercatores facere ſolent. ſicut
Supr.13.c accipitur. Supra tertio. Vel, qui publica vectigalia exigebant: & ſic videtur propriè accipi hic. Vnde ſequitur:

(Sedẽ

M.E.C.D. 2017

« (Sedentem ad telonium.) Secundum Bedam Telos Grę- Beda.
cè. Vectigal Latinè, Secundum Isidorum, Locus est, vbi Isidorus.
merces nauium, nautarumq; emolimenta conuerruntur. Secundum Ambrosium, æquiuocè potest accipi, Ambros.
vt referatur ad vectigal, vel ad domum in qua redditur. Vnde dicit: Ille priùs auara de mercedibus, dura de laboribus, periculisque nautarum emolumenta conuertens, verbo vocatus, propria dereliquit, qui rapiebat aliena, ac vile illud sedile destituens, toto post dominum vestigio mentis incedit. Hæc Ambrosius. Nemo igitur, vt dicit Glossa Bedæ, de immanitate peccatorum con- Beda.
uersus desperet. cum Matthæus de Publicano in apostolum, de teloneario in Euangelistam sit repentè mutatus.
Nec tantum vidit, vt attraheret, sed & alloquutus est
« eum, vt conuerteret, quum subditur: (Et ait illi: Sequa-
« re me.) Scilicet per omnium temporalium abrenunciationem: quia secundum quod dicitur Ioannis octauo. Ioan. 8. b
Qui sequitur me, non ambulat in tenebris. Et Ecclesiastic. vigesimotertio. Gloria magna est sequi dominum. eccl's. 23. d
« (Sequere me.) Discretè dicitur, non lucra temporalia.
Quia Ecclesiast. vigesimoquarto. Quasi qui apprehẽdit vmbram, & sequitur ventum. Sic & qui attendit ad eccl'i. 34. a
« visa mendacia. (Sequere me.) Non desideria carnalia.
Ecclesiast. quinto. Ne sequaris in fortitudine tua concupiscentiam cordis tui. Et Prouerb. septimo. Eam seque- eccli. 5. a.
« batur, sicut bos ductus ad victimam. (Sequere me.) Non prou. 7. d.
flagitia mundana, sicut illi de quibus. Secundo. Reg. 1. Re. 15. c
decimoquinto. Toto corde vniuersus Israel sequitur Absolon. Et Osęc. 12. Ephraim pascit ventum, & sequitur Osęc. 12. a
æstum, tota die mendacium, & vastitatem multiplicat.
Tales sunt vanè glorioſi, qui pascunt ventum mundanæ vanitatis.

Secundo autem ostenditur perfecta, ex parte libri arbitrij consentientis obtemperando, quum subditur:
« (Et relictis omnibus, surgens, sequutus est e[illegible].) In
quo designatur profectus consensus liberi arbitrij, & quoad recessum à malo, ad perfectum in bono, & consummationem in statu perfecto. Ideo dicitur, quòd omnia reliquit, quòd surrexit, & quòd CHRISTVM
sequu-

M.E.C.D. 2017

Matt.19.d secutus est,vt posset dicere illud Petri Mat.decimonono Ecce,nos reliquimus omnia, & secuti sumus te. Et hoc
Heb.12.a. est quod hortatur Apostolus ad Hebr.12.Deponentes oẽ pondus & circunstans nos peccatum per patientiam cur
¶Septẽ re ramus &c.Et nota quòd sub ista distributiõe includũtur
morãtur oĩa q̃ impediũt ad hoc vt homo perfectè CHRISTVM
hoiem à sequatur,quæ sunt septem:criminale flagitium,corpora
sequela le solatium, temporale negotium, particulare litigium,
Christi. populare consortium,paternale hospitium,& puerile de
prou.28 b siderium.Relinquendũ est criminale flagitium. Pro.28. Qui abscondit scelera sua:non dirigetur.Secundo cor
Tob.2.a. porale solatium,sicut Tobi.2. Relinquens prandium ie-iunus venit ad corpus &c. Tertio temporale negotium,
Geñ.39.c. sicut Ioseph palliũ in manu mulieris Aegiptiacę.Geñ.39. Relicto in manu eius pallio, fugit. Sic Eliseus,boues &
3.reg.19.d aratrum.3.Reg.19.Sic apostoli retia,sicut dicitur Matt.4
Mat.4. d. Relictis retibus secuti sunt eum.Per retia rectè intelligũ
Tim.6.b. tur negotia terrena.1.Timo.6.Quia qui volunt diuites fieri,incidunt in tentationem&c.Quarto relinquendũ
Eccli.28 a est particulare litigiũ.Eccli.28. Relinque proximo tuo nocenti te, & tunc deprecanti tibi peccata soluentur.
Iere.48.d. Quinto populare consortium.Ierem.48.Relinquite ciuitates,& habitate in petra.Sexto paternale hospitium.
Iere.12.b. Ierem.12.Reliqui domum meam,& dimisi hæreditatem
prou.9.a, meam.Septimo puerile desiderium.Prouer.9.Relinquite infantiam & viuite &c.Qui hæc omnia relinquit,ille est qui bene surgit,qui designatur per Paulũ conuersum
Actu.9.b De quo Actu.9.Surrexit autem Paulus de terra apertisq; oculis nihil videbat. Quia homini ad CHRISTVM conuerso & luce eius illuminato,nihil videtur esse terre-
Ephe.5.c. num.Ephes.5.Surge qui dormis,& exurge à mortuis, & illuminabit te CHRISTVS.Et qui sic expeditus surgit potest per viam perfectionis sequi, vt possit dicere illud
Iob.23.c. Iob.23.Vestigia eius secutus est pes meus,&velociter hęc fecit,[illegible]bat enim quòd nocuit differre paratis,vnde no
prou.3.d. lebat facere contra illud Prouer.3.Nec dicas amico tuo: vade,& reuertere,& cras dabo tibi,cũ statim possis dare.
prou.22.d Secundum illud Prouerbi.22. Vidisti virum velocem in opere suo:coram regibus stabit.Veruntamen hic arguit

eum

M.E.C.D. 2017

eum Porphyrius hæreticus, quia ſtatim ſine deliberatione ſequutus eſt dominum, tanquam ſtultus. Ad quod reſpondet Gloſſa, quòd non leuitate aliqua, ſed virtute operũ ductus, ſequutus eſt eum: Viderat enim CHRISTI miracula. Vnde ibidem dicitur, quòd fulgor diuinitatis occultę (quę humana in facie CHRISTI relucebat) ex templo ad ſe videntes, trahere poterat aſpectu, ſicut vis in magnete lapide eſſe dicitur, quæ annulos, & ſtipulas & ferrũ ſibi copulet: quanto magis creaturarum dominus ad ſe trahere poterat quos volebat? Iuxta ꝗd dicit ſponſa in Canticis. 1. Trahe me poſt te, curremus in odore vnguentorum tuorum. ¶Porphyrius. Gloſſa. Hierony. Cant. 1. a

Tertio vero oſtenditur vocatio perfecta ex parte deuoti obſeqnij ſubſequentis in miniſtrando, cum dicitur (Et fecit conuiuium magnum Leui in domo ſua.) Faciebat ſecundum propoſitum ſapientis, qui dicebat. Sapient. 8. Propoſui hanc adducere mihi ad conuiuãdum ſciens quoniam mecum communicabit de bonis. Iam in eo impletum erat deſiderium CHRISTI, ſecundum illud. Apoc. tertio. Ecce ſto ad oſtium & pulſo, ſi quis audierit vocem meam, & aperuerit mihi ianuam, intrabo ad illum, & cœnabo cum illo & cæt. Magnum etiam eſt gaudium patris æterni, de quo. Infra. 15. Epulari & gaudere oportebat, quia frater tuus hic mortuus erat, & reuixit, perierat & inuentus eſt. Et quoniam magnitudo conuiuij requirit multitudinem conuiuantium. Ideo ſubditur: (Et erat turba multa publicanorum, & aliorũ qui cum illis erant diſcumbentes.) Inuitauerat enim illos Matthæus: vt ſicut fuerant ſocij in culpa: ſic & eſſent in pœnitentia, ſecundum illud. Apocaly. vltim. Qui audit, dicat, veni. Vnde viderant Publicani à peccatis conuerſum, locum inueniſſe pœnitentiæ. Et ob illud, vt ipſi non deſperant ſalutem. Attendebant autem, quod melius eſt vocari ad olera cum charitate, quàm ad vitulum ſaginatum cum odio. Prou. 15. Hæc autem turba publicanorum ad conuiuium CHRISTI vocata, deſignat illud implendum quod dicitur Matth. 8. Multi ab oriente, & occidente venient, & recumbent cum Abraham, & Iſaąc & Iacob in regno cœlorum, filij autem regni eij-

Sapi. 8. b. Apoc. 3. d. Luc. 15. a. Apo. 22. d. prou. 15. b Matt. 8. b

P cien-

M.E.C.D. 2017

Matt.22.c cientur in tenebras exteriores. Vnde Matth. vigesimo primo. Publicani, & meretrices præcedunt vos in re-
Infr.10.g. gnum cœlorum. Et in huius figuram dicitur. Infra. decimo. Quòd mulier quædam Martha nomine, excepit illum in domum suam, & huic erat soror, nomine MA-
2.Cor.5.d RIA. Sed huic videtur obuiare illud. Primæ Corinth. 5. Si is qui frater nominatur inter vos, est fornicator, aut auarus, aut idolis seruiens, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax: cum eiusmodi nec cibum sumere. Sed illud dicitur infirmis, ne ex mala communicatione corrumpan-
eccl'ca.13.a tur, quia Ecclesiast. decimotertio. Qui communicauerit superbo, induet superbiam. Vel certè dicitur de publicanis obstinatis, & conuictis, secundum quod dicit
Glossa. Glossa. Hi autem poterant & volebant ad bonum, pro-
Hieron. pter præsentiam CHRISTI trahi. Vnde Hieronymus. Ibat IESVS ad conuiuia peccatorum, vt occasionem haberet docendi, & spirituales inuitatoribus suis præberet cibos. Deniq; cum frequenter ad conuiuia pergere describatur, nihil aliud inuenitur, quod ibi fecerit, nisi quod docuerit, & vt humanitas domini eundo ad peccatores, & potentia doctrinæ eius, in conuersione pœnitentium demonstraretur.

¶Et murmurabant & cætera.) Supra egit de vocatione peccatorum. In hac parte agit de confutatione superbo-
1.Cor.1.d rum, quoniam sicut dicit Apostolus. Primæ Corinth. primo. Infirma mundi elegit deus, vt confundat fortia, & ignobilia mundi, & contemptibilia elegit deus, & ea quæ non sunt, vt ea quæ sunt destrueret: vt non glorietur omnis caro in conspectu eius. Describitur ergo confutatio Pharisæorum superbientium de propriis meritis, & cæteros contemnentium hoc ordine. Nam primo, eorum superbia detegitur. Secundo, retecta redarguitur. Tertio, redarguta deijcitur. Detegitur ergo primo ex murmure loquacitatis propriæ, & hoc notatur, quum dicitur. »

Et murmurabant Pharisæi & scribæ eorum.) Contra
Sapi.1.c. consilium sapientis. Sapi. 1. Custodite vos à murmuratione, quę nihil prodest, & à detractione parcitæ linguæ quod isti non faciebant, vnde subditur, (Dicentes ad di- »

discis

ſcipulos eius: Quare cum publicanis, & peccatoribus manducatis, & bibitis? Vnde non poterant mordere in proprio peccato, mordebant tamen ex alieno. Hoc eſt enim hominis iniqui. Eccleſiaſtici vndecimo. Bona in mala conuertens inſidiatur: & in electis imponet maculam. In hoc manifeſtatur Phariſæorum ſuperbia, qua ſe non reputabant peccatores. Vnde gloſſa. Dupliciter peccant, & quia ſe putant eſſe iuſtos, cum ſint ſuperbi, & illos reos, cum iam pœniteant. Vnde erant ſimiles illi Phariſæo, de quo infra decimo octauo. Non ſum ſicut cæteri hominum, raptores, iniuſti adulteri, velut etiam hic publicanus. Et ideo infra decimo ſexto, dicebat dominus. Vos eſtis qui iuſtificatis vos coram hominibus, Deus autem nouit corda veſtra. De talibus Iſaiæ ſexageſimo quinto. Qui dicunt: Recede à me, non appropinquas mihi, quia immundus es. Propter talium verba, & oblocutiones, non debet homo deuitare opera miſericordiæ. Vnde primi Machabæorum.2. A verbis viri peccatoris ne timueritis, quia gloria eius, ſtercus & vermis eſt. Hieronymus. Non poteſt fieri vt abſque morſu hominum huius vitæ curricula quis pertranſeat malorum ſolatium, eſt bonorum vitam carpere, & de peccantium multitudine putant culpam minui peccatorum.

eccl'ci.11.d Gloſſa. Luce.15.c Infra. 16. Iſaiæ.65.a. 1.Mac.2.g Hierony.

Redarguitur vero ſecundo ex lumine veritatis perſpicuæ, cum additur (Reſpondens IESVS, dixit ad illos: « Non egent qui ſani ſunt, medico: ſed qui malè habent.) Hoc eſt, per ſe notum, quia ſecundum quod dicitur. Eccleſiaſtici trigeſimo octauo. Honora medicum propter neceſsitatem, etenim illum creauit altiſsimus. Si medicina eſt propter ægritudinem, igitur non eſt redarguendus ægrotus qui confugit ad medicum, nec medicus qui accedit ad ægrotum, ſed magis illi redarguendi ſunt qui hoc redarguũt. Vocat autẽ CHRISTVS peccatores infirmos, quoniam peccatum infirmum facit, ſecũdum illud pſal.37. Quoniam lumbi mei impleti ſunt illuſionibus. & non eſt ſanitas in carne mea. De tali infirmo dicitur. Ro.14. Infirmũ aũt in fide aſſumite. Et.15. Debemus nos firmiores, imbecillitates infirmorũ ſuſtinere

eccl'i.33.a pſal'o.37. Rom 14.a Ibidẽ.15.a

M.E.C.D. 2017

Isaiç.53.b Se autem vocat medicum,quia Isai.quinquagesimotertio. Liuore eius sanati sumus. Et sexagesimoprimo. Spi-
Isaiç.61.a ritus domini super me, eò quòd vnxerit me dominus:&
Actu.10.f subditur: Vt mederer contritos corde.Et. Actu.decimo. Pertransiit bene faciendo,& sanando omnes oppressos à diabolo.

Deijcitur autem tertio ex rectitudine æquitatis fraternæ,quia magis condescendit humili peccatori,quàm superbo iusto: & ideo subdit :(Non veni vocare iustos » sed pcccatores ad pœnitentiam.)Iustos,id est,qui se repu »
Glossa. tant iustos,Glossa, Qui iustitiæ,suæ confidunt . Vnde
Beda. Beda, Sanos autem & iustos appellat eos,qui ignorantes dei iustitiam , & suam volentes constituere , iustitiæ dei non sunt subiecti,qui ex lege præsumentes, euangelij gratiam non quærunt. Tales enim, non venit vocare
Ioan.9.g sed magis iusto iudicio excęcare. Vnde Ioann.nono. In iudicium ego in hunc mundum veni,vt qui non vident videant: & qui vident , cæci fiant . Venit autem dominus omnes vocare ad pœnitentiam, quia sicut dicitur,
Rom.3.b ad Roman.tertio. & acceptum est de Psalm.decimotertio:&
psal.13.52. quinquagesimosecundo. Non est iustus quisquã, non est intelligens,non est requirens deum. Omnes declinauerunt,simul inutiles facti sunt. Vnde ibidem, om-
Rom.2.c nes peccauerunt,& egent gloria Dei. Et ideo à pœnitẽtia
Matt.4.c. incepit prædicare,secũdũ quod dicitur. Matth. quarto.
Isaiç.20.c De hac vocatione dicitur. Isaiæ vigesimosecundo. Vocabit dominus Deus exercituum in die illa ad fletum , & ad planctum,ad caluitiũ &c.Sed hanc vocem non audie
Iob.9.c. rũt,qui se reputabãt iustos. Contra quos.Iob.9.Si iustificare me voluero , os meum condemnabit me , si innocentem ostendere,prauum me cõprobabit.Sed hanc au-
Infra.7.d diunt peccatores quàmplurimi.Infra septimo . Et omnis populus audiens,& publicani,iustificauerunt deum baptizati baptismo Ioannis. Pharisæi autem & legispe-
riti consilium Dei spreuerunt in semetipsos , non baptizati ab eo. Et sic patet, quomodo in hoc facta est consutatio superborum, vnde diuino iudicio peiores reputantur illis quos despiciunt.

¶At illi dixerunt ad eum.)Postquam descripta est vocatio pec-

M.E.C.D. 2017

tio peccatorum & confutatio ſuperborum, ſubiungitur hic tertio, conſolatio infirmorum, in hoc quod non imponuntur ipſis diſcipulis onera grauia, & difficultates ieiuniorum. Introducitur ergo conſolatio diſcipulorum manuductoria, vt diſſonans ſeueritate legalis obſeruantiæ, & conſonans benignitati diuinæ præſentiæ, vt expediens ruditati imperfectionis humanę. Primo ergo introducitur vt diſſonans ſeueritati legalis obſeruantię in quæſtione Phariſæorum, cum dicitur.

« At illi dixerunt ad eum: Quare diſcipuli Ioannis ie-
« iunant frequenter, & obſecrationes faciunt, ſimiliter aũt
« & Phariſæorum & cæ.) Dicitur autem Matthæi. nono. Matt. 9. b.
Quòd hoc diſcipuli Ioannis quæſierunt: ſed, vt dicit Auguſtinus de concordantia Euangeliſtarum, non eſt Auguſti.
contrarietas, quia vtriq; quæſierunt, ſed diſcipuli Ioannis volebant diſcere veritatem, Phariſæi vero volebant eorum explorare libertatem, ſicut illi de quibus dicitur, ad Galath. ſecundo. Propter ſubintroductos falſos fra- Gala. 2. a
tres, qui ſubintroierunt explorare libertatem noſtram. Hoc autem non quærebant, quia diſcipulos Ioannis approbarent: ſed vt comparatione eorum CHRISTI di-
« ſcipulos reprehenderent. Vnde & ſubditur: (Tui autem
« edunt & bibunt?) Et ideo cõquerebatur dominus deus. Matth. vndecimo. Venit Ioannes neque manducans, ne- Matt. 11. c
que bibens, & dicunt: Dæmonium habet. Venit filius hominis manducans, & bibens: & dicunt: Ecce, homo vorax & potator vini, publicanorum & peccatorum amicus. Et ideo ſpernebant Phariſæi diſcipulos domini, tanquam diſcordes à legali, & populari obſeruatione, ſed malè, quia Iſaiæ. quinquageſimooctauo, dicitur: Nolite Iſaię. 58. b
ieiunare, ſicut vſque ad hanc diem, vt audiatur in excelſo clamor veſter. Nunquid tale eſt ieiunium quod elegi, per diem affligere hominem animã ſuam? Nunquid cõtorquere & c. Et ad Rom. decimoquarto. Is qui man- Rom. 14 a
ducat, non manducantem non ſpernat: & qui non manducat, manducantem non iudicet: quia, ſicut ibidem Ibidẽ. c.
ſubditur: Non eſt regnum dei eſca & potus.

Secundo vero introducitur, vt conueniens benignitati diuinæ præſentiæ in diſſolutione obiectorum, cum

M.E.C.D. 2017

dicitur. (Quibus ipſe ait, non poſſunt filij ſponſi ieiunare, &c.) ſecundũ Bedã hæc eſt litera. (Nunquid poteſtis filios ſponſi dum cum illis eſt ſponſus facere ieiunare?) ſponſus iſte CHRISTVS eſt. de quo Ioan. tertio. qui habet ſponſam, ſponſus eſt, vt in Pſalmo decimooctauo. Et ipſe tanquam ſponſus procedens de thalamo ſuo. Filij ſponſi ſunt apoſtoli, vnde. Iſai. octauo. Ecce, ego & pueri mei, quos dedit mihi dominus. Et in Pſalmo quadrageſimoquarto. Pro patribus tuis nati ſunt tibi filij &c. Iſti non poſſunt, nec debent nunc ieiunare ieiunium mœroris, & afflictionis, quàmdiu cum illis eſt ſponſus, quia tunc eſt tempus gaudij, propter quod Canticorum tertio, dicitur: Egredimini, & videte filiæ Sion Regem SALOMONEM in diademate, quo coronauit illum mater ſua. Et Iſaiæ ſexageſimo primo: Gaudens gaudebo in domino, & exultabit anima mea in Deo meo: quia induit me veſtimentis ſalutis: & indumento iuſtitiæ circundedit me, quaſi ſponſum decoratum corona, & quaſi ſponſam ornatam monilibus. Vnde tunc erat tempus gaudij non mœroris, quia ſicut dicitur. Ioan. 3. Amicus ſponſi, qui ſtat & audit eum, gaudio gaudet propter vocem ſponſi, & ideo diſcipulorum conſolatio eſt conueniens præſentiæ ſponſi CHRISTI, ſicut deſolatio abſentię, propter quod ſubdit. (Venient autem dies, & cum ablatus fuerit ab illis ſponſus,) Scilicet per mortem & paſsionem. Oſe. 5. Vadent ad quęrendum dominum, & nõ inuenient: ablatus eſt ab eis. (Tunc ieiunabunt in illis diebus.) Eo ſcilicet tempore. Quia Ioan. 16. Plorabitis & flebitis vos, mundus aũt gaudebit: vos aũt contriſtabimini, ſed triſtitia veſtra vertetur in gaudiũ, & tũc erit tempus mœroris & ieiunij. Vnde Tob. 2. Manducauit panẽ cũ luctu & tremore, memorans illum ſermonem quẽ dixit dñs per Amos prophetã. Dies feſti veſtri conuertentur in lamentationem & luctum. Threnorũ. primo. Idcirco ego plorans, & oculus meus deducens aquas, quia longe factus eſt à me conſolator, conuertẽs animam meam.

Beda. ¶ Spõſus Chriſtus. Ioan. 3. d. pſal. 18. ¶ Filij ſpõſi, apli. Iſaię 8. d. pſal. 44. Cant. 3. d Iſaię 61. d Ioan. 3. d Oſeę. 3. b. Ioan. 16 d Tob. 2. a. Amos. 8. c Thre. 1. f.

Tertio autem introducitur vt expediens ruditati imperfectionis humanæ, cum dicitur. (Dicebat autem & ſimi-

M.E.C.D. 2017

similitudinem ad illos.) Vbi ostendit discipulos ad ieiunium non esse arctandos, tum propter vetustatem conuersationis, tum propter fragilitatem carnis, tum etiam, propter dissuetudinem affectionis. Hanc discipulorum consolationem exprimit euangelista sub tripartita metaphora, sc; veteris vestis, veteris vtris, & veteris vini.

Expediens igitur erat rudes adhuc discipulos fouere, non ieiunijs aggrauare, propter vetustatem conuersa-
" tionis, propter quam subdit. (Quia nemo commissu-
" ram.) Id est, particulam, quæ coniungit. (A vestimento
" nouo.) scilicet ablatam (Immittit in vestimentum vetus)
Quia duplex sequitur inconueniens, & ideo addit.
" (Alioquin & nouum rumpit.) Quod est damnosum.
" (Et veteri non conuenit commissura à nouo.) Quia ¶Spũalit
indecorum. Sic spiritualiter intelligendum, quòd non sunt imponendæ nouæ obseruantiæ, conuenientes nouæ conuersationi, quamdiu homo non est priora exutus, vti non est exutus, mox in principio adhuc suæ conuersionis. Et ideo dicebat Apostolus ad Ephesi. quar Ephe. 4. e
to. Edocti estis &cetæra. Sequitur: Deponere vos secundum pristinam conuersationem veterem hominem, qui corrumpitur secundum desideria erroris. Et posteà: Induite nouum hominem, qui secundum Deum creatus est in iustitia, & sanctitate veritatis. Ad Collossenses .3. Collo. 3 b
Expoliantes vos veterem hominem cum actibus suis, & induentes nouum & c. Alioquin erit monstruosum. Et ideo in figura huius prohibita est in lege commixtio diuersorum. Deute. 22. Non indueris vestimento, quod ex Deut. 22. b
lana, linoq; contextum est. Quia hinc contẽnitur dñs. Ierem. 12. Nunquid auis discolor hæreditas mea mihi? Iere. 12. c.

Secundo ipsum erat expediens propter fragilitatẽ car-
" nis propter quã dicit. (Et nemo mittet vinum nouum in
" vtres veteres.) Quia ex hoc sequitur duplex inconue-
" niens, scilicet) effusio vini, propter quod dici. (Alio-
" quin rumpet vinum nouum vtres, & vinum effundetur)
" Aliud inconueniens perditio est vtris, vnde addit. (Et
" vtres peribunt.) Et ideo nouo vino est nouum vas pro-
" uidendum, propter quod dicit. (Sed vinum nouum in
vtres nouos mittendum est & vtrauque conseruabuntur.

M.E.C.D. 2017

Sic ſpirituales obſeruantiæ ſunt ſpiritualibus non carna
libus imponendæ, qui deſignantur per vtres veteres, ſe-
pſal'o. 118 cundum illud Pſal.118. Factus ſum ſicut vter in pruina.
Vnde deſignantur per vtres Gabaonitarum ruptos &ſo-
Ioſue.9.b lutos.Ioſue.9.Vtres vini nouos impleuimus,nunc rupti
ſunt atq; ſoluti. Et ita ad contmendum vinum inepti.
1.Cor.3.a Et ideo primæ Corinthiorum tertio.Et ego fratres non
potui vobis loqui quaſi ſpiritualibus, ſed quaſi carnali-
bus, tanquam paruulis in Chriſto. lac vobis potum de-
di,non eſcam.Antequam ergo eis ſpiritualia inniũgãtur,
ezec.36.a neceſſe eſt vt corda eorum renouentur. Iuxta illud Eze-
chielis triceſimo ſexto. Et dabo vobis cor nouum,& ſpi
Gala.6.d ritum nouum ponam in medio veſtri. Quia ad Gala.6
In CHRISTO IESV, neq; circunciſio aliquid valet.
neq; præputium,ſed noua creatura.Et ideo petit Dauid
pſal'o.50. pſalmo quinquageſimo Cor mundum crea in me Deus
& ſpiritum rectum innoua in viſceribus meis &c. Quod
2.Cor.4.d fit in viris ſpiritualibus ſecuudq; ad Corinthios quarto.
Licet is qui foris eſt noſter homo corrumpatur, tamen
is qui intus eſt renouatur de die in diem.

Hoc etiam ipſum inchoantibus expediens erat, pro-
pter diſſuetudinem affectionis, propter quam deſignan-
dam dicit.(Et nemo bibens vetus,ſtatim vult nouum)& »
rationem huius reddit per iudicium ſenſus, cum ait.(Di »
cit enim:Vetus melius eſt.) In quo per ſimile in delecta-
tione potus uvini,vult oſtẽdere quod affectus noſter nõ
ſtatim delectatur in nouis ſeruandis, niſi paulatim ma-
Actu.15.a nu ducatur. Et ideo dicebant qũidam Actuum decimo-
quinto. Niſi circuncidamini ſecundum morem Moyſi,
non poteritis ſaluari. Hanc autem affectionem innouat
Ioan.13.d charitas,ſecundum illud Ioannis decimo tertio.Manda
tum nouum do vobis,vt diligatis inuicem.Hęc facit no
1.Ioan.2.a ua ſapere vt vetera. Vnde primæ Ioannis ſecundo. Non
manda[illegible]m nouum ſcribo vobis, ſed mandatum vetus,
quod h[illegible]uiſtis ab initio: Mandatum vetus eſt verbum,
quod audiſtis. Iterum mandatum nouum ſcribo vobis,
quod verum eſt, & in ipſo,& in vobis. Verè hoc eſt nouũ
mãdatum,quod vetera euacuat,&quod facit ſapere no-
2.Cor.5.d ua,ſecũdæ ad Corinthios quinto. Si qua ergo in CHRI
STO

M.E.C.D. 2017

STO noua creatura,vetera tranſierunt, ecce facta ſunt omnia noua. Quia ſicur dicitur Leuiti vigeſimo ſexto. Vetera nouis ſuperuenientibus proijcietis. Sic ergo propter ruditatem diſcipulorum, tum ex parte conuerſationis, tum ex parte carnis, tum ex parte mentis, erant diſcipuli benignè tractandi, nondum ad ieiunium arctãdi,maximè ad ieiuniũ exultationis,quod non conuenit niſi renouatis per gratiam ſpirituſſancti. Vnde ex premiſſis colligitur, quòd diſcipuli CHRISTI non erant arctandi, nec ad ieiunium mœroris, propter præſentiam ſpõſi, nec exultationis propter abſentiam ſpirituſſancti, & ita erant benignè conſolandi, tanquam adhuc tenelli & infirmi. Ex præmiſsis igitur ſufficienter apparet, quomodo à domino ſunt peccatores miſericorditer vocati, & ſuperbi rationabiliter confutati, & infirmi ſuauiter conſolati. Leui.26.b

¶Diſcipuli Chriſti nõ erant arctandi ad ieiuĩa. Ieiunium.

CAPVT SEXTVM.



ACTVM eſt autem in ſabbatho.)Suprà egit euangeliſta, de diſcipulorum vocatione, in parte iſta agit de ipſorum defenſione, quia boni paſtoris eſt,non ſolum oues congregare,ſed etiam à lupis defendere. Et habet hæc pars duas. In prima defendit eos, teſtimonio ſcripturę in ſecunda verò miraculo potentiæ, ibi. (Factum eſt autem & in alio ſabbatho.) Ipſe enim CHRISTVS eſt Dei virtus, & Dei ſapientia. Vnde diſcipuli vocabant eum magiſter &domine.Ioannis decimotertio.Et ideo defendit vt magiſter per teſtimonium authenticum, ſecundo vt dominus per opus miraculoſum. Circa primum notandum defendendi tria introducũtur.primum eſt criminandi occaſio, ſecundum eſt criminis obiectio, tertium eſt criminatorum confutatio.Criminandi igitur occaſionem dedit diſcipulorum neceſsitas, propter quam vellebant ſpicas in

¶Diuiſio

Eodem.b

1.Co.1.d.

Ioan.13.b

M.E.C.D. 2017

cas in ſabbathis. Et hanc notat cum dicit.

(Factum eſt in ſabbatho ſecundo primo.) Id eſt, fab- »
batho à primo, id eſt, immediate ſequente ſabbathum
Supra.e.f præcedens. De quo habitum eſt ſupra, quarto capite,
Chryſoſ. in quo curauit dæmoniacum. Vel ſicut dicit Chryſo-
ſtomus, in ſabbatho ſecundo primo, id eſt, bis primo
ſiue principali, propter duplicem ſolennitatem coneur-
Beda. rentem, quia Sabbathum ex ſe ſolenne erat, & etiam
ratione neomeniæ, quæ tunc erãt. Vel ſecundum Bedam
ſecundo primo, eſt vna dictio compoſita, ex integro. &
corrupto, vt ſecundoprimum dicatur, hoc eſt, ſecundo
prælatum, id eſt, ſuperius & dignius illo ſabbatho legali
quia iam tunc incipiebat ſabbathũ nouũ, in quo feriandum eſt à vitijs, non ab operibus neceſſarijs. Et hoc patet per ipſorum diſcipulorum exemplum, de quibus ſub
Acta.10.f ditur. (Quum tranſiret per ſata.) Pertranſibat, ſcilicet »
ipſe CHRISTVS, quia viator erat. Vnde actuum decimo: Pertranſijt benefaciẽdo & ſanando omnes oppreſſos. Tranſitu autẽ ſuo deſignat omnia eſſe tranſitoria, ſe-
Matt.24.c cundum illud Matthæi vigeſimo quarto: Cœlum & terra tranſibunt. Tranſibat autem, non manebat, & diſcipuli eius ſimiliter. Vt ipſi etiam hoc confiterentur, quia, non habemus hic manentem ciuitatem, ſed fu-
Hebr.13.c turam inquirimus. Hebræorum decimotertio. Quia »
vero per hæc tranſeundo, non debemes immorari: ſed »
indigemus ſuſtentari. Ideo addit: (Vellebant diſcipu- »
li eius ſpicas, & manducabant, confricantes manibus.) Vellebant, id eſt auellebant, à ſtipula diſcerpen-
Amos.7.d tes, ſecundum quod dicitur. Amos ſeptimo. Armentarius ego ſum vellicans ſycomoros. (Vellebant.) Dicit, »
non metebant: quia illud ſecundum legem erat con-
Deut.25.d ceſſum, hoc inhibitum. Deuteronomij, vigeſimo ter-
Matt.12.a tio. Si intraueris ſegetem amici tui, franges ſpicas, &
¶Cur manibus conteres, falce autem non metas. Et hoc quidem faciebant, famis neceſsitate compulſi. Sicut Mat-
Chriſti diſcipuli ſpicas vel lebant. thæi duodecimo. Diſcipuli eius eſurientes, cœperunt vellere ſpicas, & manducare. Et Marci ſecundo. Diſcipuli cœperunt prægredi, & vellere ſpicas. Phariſæi au-
¶Fames. tem dicebant: Ecce, quid faciunt diſcipuli tui ſabba-

this.

M.E.C.D. 2017

this, quod non licet. Nec mirum, quia Prouerbiorum vigesimo septimo, Anima saturata calcabit fauum: & anima esuriens etiam amarum pro dulci sumet. Et Iob sexto. Quæ prius nolebat tangere anima mea, nunc præ angustia cibi mei sunt. Vnde humana necessitas ipsos excusabat, quæ hoc facere compellebat, & hanc rationem assignat Beda. Non habentes inquit discipuli spacium manducandi propter importunitatẽ turbarũ, esuriebant vt homines, sed vellentes spicas inediã consolabantur. Alia ratio est necessitas paupertatis, quia assumptæ, adeo erant inopes, vt nec sufficiẽter haberent panem. Vt apertissimè liquet Ioānis sexto. Vbi cum conuenissent quinq; millia virorum aut circiter, absque mulieribus & parvulis, Inter vniuersos apostolos non est inuenta vel mica panis, sed tantum erat puer vnus in medio turbarum qui habebat quinque panes ordeaceos, & duos pisces. Vnde Apostolus secũdo ad Corinthios vndecimo. In fame & siti, in ieiunijs multis, in frigore & nuditate. Tertia ratio est austeritatis exemplum, quo docebant nos, sicut dicit Ambrosius, nõ præparatas escas, sed simplices quærere cibos. Isaiæ trigesimo. Dabit vobis dominus panẽ arctũ, & aquã breuẽ. Quarta ratio est, vt ostendant quod non ad literam, sed spiritualiter debemus legale sabbathum obseruare, contra hęreticos postea futuros. Hebræ. quarto. Relinquitur sabbathismus populo dei. Quinta ratio est spiritualis intelligentia. Per sabbathum enim intelligitur otium diuinę contemplationis. Isaiæ. 58. Si auerteris à sabbatho pedem tuum, facere voluntatem tuam in die sancto meo, & vocaueris sabbathum delicatum, & sanctum domini gloriosum, & glorificaueris eum dum non facis vias tuas. & cętera. Spicæ sunt purgationes dulcedinis internæ, quæ asperitatibus sunt permixtæ, & ideo manibus confricantur vt granum purum eliciatur, Sicut Ruth quæ colligebat spicas post terga metẽtium. Sexta ratio est ex parte dulcedinis verbi CHRISTI, qua fortiter illecti obliuiscuntur manducare. Vnde Psalm. 118. Quam dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo. Et Ioannis sexto. Verba quę ego locutus sum vobis, spiritus & vita sunt.

Krou. 27. a
Iob. 6. b.
Beda.
¶Paupertas.
Ioan. 6. a
Matt. 19. d
2. Cor. 11. f
¶Frugalioris vitæ exemplũ Ambrosi.
Isaię 30. c.
¶Sabbathũ legale spũaliter est obseruandum
Hebr. 4. b
¶Intelligẽtia spiritualis
Isaię. [illegible]. d
¶Spicæ.
Ruth. 2. a
¶Dulcor verborũ Chtisti.
psal. 118.
Ioan. 6. d

Criminis

M.E.C.D. 2017

Criminis vero obiectionem intulit phariſæorum peruerſitas, qua libenter inſultabãt diſcipulis, quod notat, cum dicit. (Quidam autem phariſçorum dicebant illis: Quid faciris quod non licet in ſabbathis.) Quia præceptum erat in lege. Exodi.16,& 35. & Leuitici.23.ſabbathum diligentiſſime obſeruari. Et ideo arguebant eos tanquã legis diuinę tranſgreſſores, Sicut magiſtrũ eorũ. Ioan.9. Non eſt hic homo a deo qui ſabbathum nõ cuſtodit. Vnde eos morte dignos reputabãt, quia ſecũdum illud ad Hebrę.10. Irritam quis faciens legem Moyſi, ſine vlla miſeratione, duobus vel tribus teſtibus moritur. Et maxime quantũ ad mandatum de ſabbatho, quod erat præcipuè obſeruandum. Vnde ille qui inuentus eſt colligere ligna in ſabbatho, interfectus eſt ſicut dicitur Numeri. 15. Morte moriatur homo iſte, obruat eũ lapidibus omnis turba extra caſtra. Hæc autem criminatio partim veniebat ex ignorãtia legis, partim ex ſuperbia mentis, partim ex ſimulationè hypocriſis, partim ex ſuperſtitiõe traditionis. Ex ignorantia legis, quia non prohibebatur ſumptio neceſſitatis, ſed occaſio ſeruitutis. Et ideo de talibus Matthę.22. dicitur. Erratis neſciẽtes ſcripturas, neq; virtutem dei. Ex ſuperbia mentis, quiã reliquos deſpiciebãt, ſicut infra dicitur.18. De phariſæo qui ſeipſum iactabat dicens. Deus gratias ago tibi quia non ſum ſicut cęteri hominũ, &c. Roma.10. Ignorantes iuſtitiam dei,& ſuam quærentes ſtatuere: iuſtitię dei non ſunt ſubiecti. Ex ſimulatione hypocriſis ſecundum illud Matth.23. Vę vobis ſcribę & phariſæi hypocritę, quia decimatis menta & anethum & cyminum,& reliquiſtis quæ grauiora ſunt legis, iudicium & miſericordiam & fidem. Ex ſuperſtitione traditionis, in qua maiorem vim faciebant quã in lege. Vnde dicitur eis Matthæi.15. Quare & vos tranſgredimini mandatum dei propter traditionẽ veſtram? Hæc autem criminatio potiſſimè venicbat ex ignorantia legis, qua inflãmabatur phariſeorũ peruerſitas.

Exo.16. e & .35.a. Leui.23. a Ioan,9.c, Heb.10.e. Num.15d ¶Cur Phariſæi diſcipulos dñi crimina-ri ſint. ¶Ignorãtia legis. ¶Superbia mentis. Matt.22.c Infra.18.c Rom.10a Matt.23 .c ¶Hypocriſis. ¶Superſtitio. Matt.15.a

Criminatorũ autem confutationẽ ſubiecit veritatis authoritas,& hanc notat cum ſubdit (& reſpondens IESVS ad eos dixit,) confudit autem phariſæos, & defendit diſcipulos, authoritate ſcripturæ, & etiam propriã.

Per

Per authoritatem ſcripturæ oſtendit q̃ mandatũ de ſabbatho nõ obligabat in caſu neceſſitatis: Et hoc oſtendit exemplo Dauid, quod inſinuat cum dicit. (Nec hoc legiſtis,) & ſi legiſtis, nõ intellexiſtis. Iob. 4. Quia nullus intelligit, in ęternum peribunt. Vel ſi legiſtis, non meminiſtis, ſecundũ illud Ierem. 18. Peribit lex a ſacerdote, & conſilium a ſenioribus eius: quaſi diceret, vos qui eſtis legis ęmulatores, debueratis legiſſe non ignorare, ne poſſet vobis dici illud Ioan. 3. Tu es magiſter in Iſrael, & hęc ignoras? Et verè debebant legiſſe, quia valde erat notabile factum. (Quod fecit Dauid cum eſuriſſet ipſe & qui cũ illo erant.) Sed contrariũ huius dicti videtur illud primi Regum. 21. quare tu ſolus, & nullus tecum? ſed dicit, quia nõ habebat nobilem ſocietatẽ, cum eſſet gener regis, & magnus eius princeps. Vnde ſubditur ibidem, Fuerunt vaſa puerorum ſancta. ſocietatem igitur habuit, licet non ita magnam vel notabilem. Et illi fuerũt ſocij eius in facto vt non poſſint dicere factum eſſe priuilegij ſpecialis. Vnde addit, (quomodo intrauit in domum dei) id eſt in tabernaculum, quia domus dei, id eſt, templum, nõdum erat ędificata. primi Paralipo. 17. Non ędificabis tu mihi domum ad habitandum. Neq; enim manſi in domo ex quo eduxi Iſrael de Aegypto vſq; in diem hanc. Nec tantum in domum, id eſt tabernaculum introiuit, ſed quod plus eſt (panes propoſitionis ſumpſit,) ſcilicet a ſacerdote, (& manducauit,) Et de iſs panibus dicitur Exodi. 25. Panes ſuper menſam pones propoſitionis in conſpectu meo ſemper: que ideo propoſitionis dicuntur, quia per ſingula ſabbatha ſuper menſam proponebãtur. Et quod plus eſt, (manducauit ipſe & qui cum eo erant,) ſicut dicitur 1. Regũ, 21. Dedit ſacerdos Dauid ſanctificatũ panem. Neq; enim erat ibi panis, niſi tantum panes propoſitionis, Vnde dicitur Leuit. 22. Inquilinus ſacerdotis & mercenarius non veſcentur ex eis. Sed Leuitici. 24. dicitur de panibus propoſitionis, eruntq; Aaron & filij eius, vt comedant eos in loco ſancto, quia ſanctum ſanctorũ eſt, de ſacrificijs iurè perpetuo. Si ergo Dauid non peccauit quia neceſſitas eum excuſauit, ab illo pręcepto, pariter & ij qui ſunt neceſſitate compulſi nõ ſunt reprehendendi,

Iob. 8.
Iere. 14. c.
Ioan. 3. b.
1. Re. 21. g.
Ibidem.
1. Re. 18. g
1. Re. 21. b
1. para. 17 a
Exo. 25. c.
1. Re. 21. b
Leui. 22. b
Leui. 24. b

quia per

M.E.C.D. 2017

quia per neceſsitatẽ famis ſunt excuſati. Et ne quid deſit authoritati ſcripturæ, ſubiungit ſuam authoritatem, per quã cum eis voluit & poterat totaliter diſpẽſare. Quod notat cũ ſubdit. (Et dicebat illis, Quia dominus eſt filius hominis etiam ſabbathi.) Vocat autem ſe filium hominis, quantum ad humilitatẽ humanitatis aſſumptę, & dicit ſe dominũ ſabbathi & legis, quantũ ad ſublimitatem
Apoc.19.c diuinitatis occultę. Vnde in Apocalypſi.19. dicitur, quod habet in veſtimẽto & in femore ſuo ſcriptũ, Rex regũ &
pſal'o.8. dominus dominantiũ. Et ideo dicit in Pſalmo. Omnia ſubiecisti ſub pedibus eius, dicitur hoc de filio hominis paululũ minorato ab angelis propter ignominiã paſſionis. Et ideo tanquã dominus cũ eis diſpenſabat ad tempus, qui poſtmodũ obſeruantiã eius abluturus erat.

¶Factum eſt autẽ & in alio ſabbatho, &c.) Supra defendit diſcipulos vt magiſter, authoritate ſiue teſtimonio ſcripturę, hic defendit vt dominus virtute potẽtię in miraculo. In quo ſanando hominẽ in ſabbatho, oſtendit ſe dominũ eſſe ſabbathi, & quod nõ oportet in ſabbatho ab omni opere abſtinere, ſed a malo ſolum. Circa huius miraculi deſcriptionẽ tria inſinuantur. Primũ eſt opportunitas miraculoſi operis. Secũdũ eſt ſublimitas miracu-
Infra.b. li operatoris, ibi, (ipſe autẽ ſciebat cogitationes eorum.) Tertiũ eſt peruerſitas miſerabilis plebis, ibi, (Ipſi autẽ repleti ſunt inſipiẽtia,) Quantum autẽ ad opportunitatẽ miraculoſi operis, notãdum q̃ ipſa colligitur ex tribus, ſcilicet ex confirmatiõe doctrinę proprię. Ex releuatione humanę miſerię, Et ex cõfutatione iudaicę pfidię. Primũ erat ſapiẽtię, Secũdũ clemẽtię. Tertiũ iuſtitię quę ſunt in Chriſto omnipotẽte. Erat igitur doctrina propria primo cõfirmãda, quã publicabat ſabbathis. ꝓpter quod dicit.

Factũ eſt añt & in alio ſabbatho vt intraret in ſynago-
Ioan.16.c gam, & doceret:) quia ſicut dicitur Ioan.18. Ego ſemper docui in ſynogoga & in templo quo omnes Iudęi cõue-
Iſaię 54.e. niunt. (Quia illud Iſaiæ.54. debebat in Chriſto impleri. Ponã omnes filios tuos doctos a domino. Vnde hic erat
eccl'i.39.a de quo Eccleſiaſtici.39. Ipſe palam faciet diſciplinam doctrinę ſuę, & in lege teſtamẽti domini gloriabit. Docebat
Oſeę.14.d eũ iuſtitiã quę eſt cõmunis virtus. Vnde Oſeę.10. Tẽpus requirẽdi

M.E.C.D. 2017

requirẽdi dominũ,cũ venerit qui docebat vos iuſtitiam.

Erat humana miſeria releuãda ꝓpter penuriã infirmi
« tatis ob quam dicit(Et erat ibi homo & manꝰ eiꝰ dextera
« eratarida.)Et ideo ineptus erat ad oĩa opera,qa fortiorẽ manũ & meliꝰ mẽbrũ amiſerat. Vnde verè erat homo iſte ille de quo Iob.14.breui viuẽs tẽpore,repletur multis miſeriĳs. Vnde iam in iſto impletũ erat illud Zachar.11. Brachiũ eius ariditate ſiccabitur.Et ideo iam potuit gemere & dicere domino.Aruit tanquã teſta virtus mea.Et propterea releuanda per diuinam potentiam. Iob.14.a. Zach.11 d pſal'o.21,

Erat nihilominus iudaica perfidia confutãda propter
« obſeruãtiç malignitatem,ratione cuius dicit. (Obſerua-
« bant autẽ ſcribę & phariſęi ſi in ſabbatho curaret,) Vnde impletum eſt in eis illud pſalmiſtę.Aduerſum me omnes cogitationes eorũ in malum,inhabitabũt & abſcõdent, ipſi calcaneũ meũ obſeruabunt. Obſeruatio iſta erat inſidioſa quod ſpectat ad malignũ animũ,iuxta illud Ieremię.9. In ore ſuo pacẽ cum amico ſuo loquitur,& occultè ponit ei inſidias. & ideo ſubditur. (Vt inuenirẽt vnde
« accuſarent eum.) Vnde iſti intra ſe dicebant illud Babiloniorum.Danielis ſexto. Nõ inueniemus Danieli huic aliquam occaſionem, niſi forte in lege Dei ſui. In hac igitur die præcipuè eum obſeruabant (ſicut dicit Beda,) vt ſi non curaret, crudelitatis vel imbecillitatis,ſi autem curaret,tranſgreſsionis,arguerent, ſed certe neutrum inueniunt,quia dum curat oſtendit ſe miſericordem & iuſtum.Vnde Ioannis nono.Niſi eſſet hic a deo,non poterat facere quicquã.Et ideo Ieremiæ ſecundo.Quid inuenerunt patres veſtri in me iniquitatis, quia elongauerũt ſe a me?quaſi diceret nihil,quia ipſe eſt de quo.1.Petri.2. Peccatũ non fecit.nec inuẽtus eſt dolus in ore eius.Propterea dicebat ipſe. Ioan.8. Quis ex vobis arguet me de peccato?Si veritatẽ dico,quare nõ creditis mihi? Ioan.9.f Ier.2.a. 1.Pe.2.d. Ioan.8.

¶Ipſe vero ſciebat cogitatiões eorũ.)Poſt opportunitatẽ miraculoſi operis,ſubdit hic ſublimitas mirabil[illegible]operatoris ſcilicet quãtũ ad tria,quantũ ad ſapiẽtiã diicernẽdi in corde,Prudentiã interrogãdi in ſermone.Et efficaciã curãdi in operatione.Primo igitur per ſapiẽtiã in corde, deprehendit eorũ cogitationes,quod notat cũ dicit. ¶Chriſtꝰ mirabilis opifex.

Ipſe

M.E.C.D. 2017

Ipſe vero ſciebat cogitationes eorũ.) Et verè quia dõ-
pſal'o.93. minus ſapientiſſimus. Vnde in pſalmo. Dominus ſcit cogitationes hominũ quoniã vanę ſunt, & ideo oculis dei erant cogitationes eorum apertæ, propter quod dicitur
Iſaię.1.e. Iſaię primo. Auferte malum cogitationũ veſtrarũ ub oculis meis. Vnde &
Ioan.19 d Ioãnis.16. Dicebant ei diſcipuli, Nunc ſcimus quia ſcis omnia & nõ eſt opus tibi vt quis te interroget. Nec mirum, quia ipſe eſt ille de quo
Iere.16.b. Ieremię.17. Ego dominus ſcrutans cor, & probans renes: qui do vni cuiq; iuxta viã ſuam. In cuius rei teſtimoniũ, vt oſtendat ſe cognitorem cordium, iubet hunc cũrãdum ſurgere in medium, cum ſubdit. (Et ait homini qui habebat manũ aridam,) propter quem illi cogitationes ſuperbas cogitabant, ita vt poſſet eis dici illud Eccleſiaſtici.37. O prę-
eccl'i.37.a ſumptio nequiſſima, vnde creata es cooperire aridã malitia, & doloſitate illius. (Surge: & ſta in medium,) vt omnes cognoſcant cogitatus ſuos eſſe deprehenſos, iuxta illud
eccl'i.1.d. Eccleſiaſt. primo. Ne acceſſeris ad illum duplici corde, &c & poſtea, ne reuelet deus abſcondita tua. & in medio ſynagogæ elidat te: quia ſecundum quod dicitur Prouer-
prou.26 d biorũ.26. Qui operit odium frudulenter, reuelabitur malitia eius in concilio. (Et ſurgens ſteſit,) non timens in-
Iob.17. dignationem phariſæorũ. Dicebat enim illud Iob.17. intra ſe. Libera me domine & pone me iuxta te, & cuiuſuis
pſal'o.26. manus pugnet contra me. & rurſus illud Pſalmi. Si conſiſtant aduerſum me caſtra, non timebit cor meũ. Vnde ad domini imperium ſteſit ſecurus & cõfortatus. nec mi-
Iob.4.a. rum, quia ipſi rectè poteſt dici illud Iob.4. Ecce docuiſti multos, & manus laſſas roboraſti. Vacillantes confirmauerunt ſermones tui, & genua tremẽtia cõfortaſti. Vnde
Dani.10d poterat hic dicere illud Danie.10. Cũq; loqueretur mecũ, conualui, & dixi, Loquere domine mi, qa cõfortaſti me.

Secundo vero per prudẽtiam in ſermone declinabat eorum machinationes, propter quod additur. (Ait autẽ ad illos IESVS, Interrogo vos,) Sed contrarium huius
Matt.12.a videtur dici Matthæi decimo. vbi dicitur q̃ ipſi interrogabant dominum, ſi licet ſabbathis curare? ad quod reſpondet Auguſtinus de concordia Euangeliſtarũ, quod
Auguſti. primo ipſi interrogaueruut, & dominus eis replicauit.

Vel poteſt

Vel poteſt eſſe q̃ cogitationẽ interiorem, ſequitur interrogationis forma. Matthæus itaq̃ intelligit, quod in auribus dei, cogitare eſt loqui, & dubitare eſt interrogare, Proinde proponit dominus interrogationis formam, & dicit (Si licet ſabbathis bene facere an male. animã ſaluã facere, aut perdere) Hoc quęrit non tanq̃ dubiũ, ſed tanq̃ indubitanter verum, vt altera pars concedatur, conſtat enim q̃ licet ſabbathis bene facere · vel non bene facere, ſaluare animã, vel non ſaluare, quia inter contradictorie oppoſita nõ eſt mediũ. Sed nõ bene facere, cũ eſt locus & opportunitas. eſt negligere bonũ, & hoc eſt male facere. Igit hoc ipſum diſiũctũ eſt certũ & euidẽs, cuius neceſſe, eſt cõcedere alterã partẽ, ſed hanc nõ poſſunt concedere, licet male facere, vel animam perdere: reſtat ergo ex hac interrogatione ipſos eſſe conuictos, q̃ licet ſabbathis bene facere, & curare, & ſic non poterant reſpondere. Vnde impletũ eſt illud Iob. 9. Si repente interroget, quis reſpõdebit ei? aut quis dicere ei poteſt, Cur ita facis? & ideo Ad Romanos nono. O homo tu quis es qui reſpondeas deo. Vnde Iob nono, dicitur quod nõ poterit ei reſpondere vnum pro mille. In Matthęo autem. 12. iſtud diſiunctum non ſic proponitur, ſed altera pars quæritur & probatur a minori, per liberationẽ ouis a fouea, multo igitur fortius liberandus eſt homo, De quo in Pſalmo. 8. Omnia ſubiecisti ſub pedibus eius. &ce.

Iob. 9. b. Rom. 9. a Matt. 12. a pſal'o. 8.

Tertio autẽ per efficaciam in opere deiciebat eorum præſumptiones propter quod ſubiũgitur. (Et circũſpectis omnibus,) tanquam iam confuſis, vt iam poſſet dicere illud Iob. 17. Omnes igitur vos conuertimini, & venite, & non inueniam in vobis vllum ſapientem. Et quia nullus poterat contradicere ad veritatis confirmationẽ ſubditur. (Dixit homini, Extende manum tuam. &ce.) & quoniã ſermo eius poteſtate plenus eſt, ſicut dicitur Eccleſiaſtes octauo, Ideo ſubditur. (Et extendit. reſtituta eſt manus eius.) In quo oſtendebat dominus ſe eſſe legis & ſabbathi dominũ. Nam ipſe erat qui Moyſi Exodi quarto, ſanauit manum per ſolum imperium. Ipſe etiam erat qui Ieroboam Idololatræ regis Iſrael manũ ſiccauit, & iterum ſanauit, ſicut dicitur tertij Regum. 13.

Iob. 17. c. eccl's. 8. a. Exo. 4. b.

M.E.C.D. 2017

Iob.5.c. Ipſe inquã eſt ille de quo Iob quinto dicitur q̃ vulnerat, & medetur. percutit, & manus eius ſanabunt. De quo in
pſal'o.102 pſalmo. Qui propiciatur omnibus iniquitatibꝰ tuis, quĩ ſanat omnes infirmitates tuas. Et hoc ſolo ſermone, vt
Sapi.16.b manifeſtetur q̃ ipſe eſt ille ſolus, de quo Sapient.16. Neq; malagma ſanauit eos, ſed tuus domine ſermo qui ſanat omnia, ſicut & pater per verbũ increatũ omnia fecit, ita
Auguſti. per verbũ incarnatũ vt dicit Auguſtinus, omnia refecit. ¶Ipſi autem repleti ſunt inſipientia,) Hic tertio tangitur peruerſitas miſerabilis plebis, quę inde obſtinata eſt in malo, vnde debuit releuari ad bonum. Hæc autẽ peruerſitas oſtenditur in tribus, ſcilicet in excęcatione cordis conſpiratione oris & perſecutione operis. Quantum ad excæcationem cordis dicitur.

Ipſi autem repleti ſunt inſipientia,) Et hoc cæcitate malitię. Sapientię ſecundo. Hec cogitauerunt, & errauerunt, excæcauit enim illos malitia eorũ. Hac quippe fuerunt repleti, & ſtulti facti iuſto iudicio dei. ſecundũ illud
Rom.1.d Ad Romatos.1. Tradidit illos deus in reprobum ſenſum &c. ſequif repletos omni iniquitate, malicia, fornicatiõe, auaritia, nequitia, plenos inuidia, homicidio, cõtentiõe, dolo, malignitate. Hac quippe inuidia erant excęcati, qa ſapiẽs eſt ille cui ſapiũt res pro vt ſunt. Inuidus autẽ aliena fœlicitate torq̃tur, tales erãt ij Vnde eis cõpetebat il-
Baruc.3.c lud Baruch.3. quoniã nõ habuerũt ſapientiã, interierũt
1.Cor.1.a propter ſuã inſipientiã., hec aũt plenitudo inſipiẽtię eſt, vera vacuitas, quia diuitiæ ſalutis ſapientia & ſcientia. Igitur ab oppoſitis iſipiẽtia eſt inopia. Et ideo dicit Pro-
prou.19.a uerbio.19. Melior eſt pauper qui ambulat in ſimplicitate ſua, quã diues torquens labia ſua, & inſipiens.

Quantũ autẽ ad conſpirationẽ oris, additur, (Et col- »
loquebantur ad inuicem,) mutuo ſermone ſeipſos pro- »
Ioan.11.f uocantes ad malum, ſic fecerunt. Ioan. vndecimo. Collegerunt pontifices & phariſæi conſiliũ, & dicebãt, Quid faciu[illegible] &c. Hæc conſpiratio figuraliter præceſſit in fra-
Geñ.37.d tribus Ioſeph. Gen.37. Mutuo loquebantur. Ecce ſomnia tor venit, venite occidamus eum, &c. hoc conſilium erat
Geñ.49.a impiũ. Ideo Gen.49. In conſiliũ eorũ non veniat anima
Iere.18.d. mea. Ierem. 18. Tu autẽ dñe ſcis omne conſiliũ eorũ aduerſum,

M.E.C.D. 2017

uerſum me in mortẽ: ne propitieris iniquitatibus eorũ.
" Quantum ad perſecutionẽ operis, ſubditur. (Quid
" nam facerent IESV,) id eſt, quomodo eũ morti tradere poſſent, qđ & fecerũt, licet nõ ſtatim. Secũdũ illud Ioã. 7. Nemo miſit in illum manus, quia nondũ venerat hora eius. Sed tantũ poſt fecerũt, Sicut dicitur Actu. 3. Petiſtis virũ homicidã donari vobis, authorẽ vero vitę interfeciſtis. Vnde ipſe ſaluator dicere poterat illud Ieremię. 11. Tu aũt dñe demõſtraſti mihi, & cognoui, tu oſtendiſti mihi ſtudia eorũ. Et ego autẽ quaſi agnus mãſuetus, qui portatur ad victimã, & nõ cognoui, quia cogitauerũt conſilia, dicentes. Mittamus lignũ in panem eius.

Ioan. 7. e.
Actu. 3. c.
Iere. 11. d.

¶ Spiritualiter autẽ intelligendũ q̃ ariditas in anima eſt defectus vigoris, propter abſentiã gratiæ, ſecundũ illud Ioan. 15. Si quis in me non manſerit mittetur foras ſicut palmes, & areſcit. Hęc autẽ ariditas ſeptẽ de cauſis introducitur, ſecũdũ. 7. capitalia peccata. Vnde, Nota q̃ eſt ariditas ſuperbiæ, ſiue ex ſuperbia proueniẽs. Eccleſiaſti. 10. Radices gentiũ ſuperbarũ arefecit deus. Secundo eſt ariditas inuidię. Iacobi primo. Exortus eſt ſol cũ ardore, & arefecit fœnũ. Et in pſalmo. 128. Fiant ſicut fœnũ tectorũ quod priuſquã euellatur exaruit. Tertio eſt ariditas iræ, de quo Marci. 9. de demoniaco, q̃ ſpumat & ſtridet dentibus ſuis, & areſcit. Quarto eſt ariditas accidię. Prouerbiorũ decimo ſeptimo. Spiritus triſtis exiccat oſſa. Numeri vndecimo. Anima noſtra arida eſt nihil aliud reſpiciũt oculi noſtri niſi Man. Quinto eſt ariditas auaritiæ. Eccleſiaſti decimo quarto. Inſatiabilis oculus cupidi in parte iniquitatis: non ſatiabitur, donec cõſumat arefaciens animam ſuam: Sexto eſt ariditas gulæ. Naum primo. Quia ſicut ſpinæ ſe inuicem complectuntur: ſic conuiuium eorum pariter potantium, conſumentur quaſi ſtipula ariditate plena. Septimo eſt ariditas luxurię, Pſalm. 101. Oſſa mea ſicut cremium aruerunt. Percuſſus ſum vt fœnum, & aruit cor meum: quia oblitus. &c. (omnis caro fœnum. &c. Iſaię quadrageſimo. Et Iob tricesimo. Cutis mea denigrata eſt ſuper me, & oſſa mea aruerũt præ caumate. Sic igitur ex ſeptem cauſis accipitur ariditas ſpiritualis, quæ etiam eſt ſeptiformis.

¶ Sẽſus ſpiritualis.

Ioaa. 15. a
Ariditas aĩç varię ,pueniẽs.
ecc. 10. b.
Iaco. 1. b.
pſal'o. 128.
Marc. 9. c
prou. 17. d
Num. 11 b
eccl'. 14. b.
Naũ. 1. c.
pſal'o. 101.
Iſaię. 40 b
Iob. 30. d.

Q 2 Eſt enim

M.E.C.D. 2017

Isaiç.21, a' Est enim ariditas cordis ad benè cogitandũ. Isaiæ. 21. Emarcuit cor meum, tenebræ stupefecerũt me. Est aridi-
Iudit.7.d tas oris ad desiderandum, Iudith septimo. Sit finis no-ster breuis in ore gladij, qui longior efficitur in aridita-
Oseç.9. d te sitis. Est verbi ad docendum. Oseæ nono. Da eis vul-uã sine liberis, & vbera arentia. Est brachij ad operãdum
Zach 11 d Zachariæ vndecimo, brachium eius ariditate siccabitur.
Iob .15: d. Est ariditas manus ad largiendum. Iob quintodecimo. Antequam dies eius impleantur, peribit: & manus eius
Iob.7.b.. arescet. Est cutis ad conuersandum. Iob septimo. Cutis mea aruit & contracta est. Est postremo ariditas virtutis
psal'o .21. ad sustinendum. Psalmo vicesimoprimo. Aruit tanquam testa virtus mea, & lingua mea adhæsit faucibus meis: & in puluerem mortis deduxisti me. &c.

Hic autem ægrotus habens manum aridam, significat ariditatem auaritiæ, quæ sanatur diuino imperio, cum manus extenditur ad eleemosynam largiendam.
prou. 31.c Secundum illud Prouerbiorum vltimo. Manum suam aperuit inopi, & palmas suas extendit ad pauperem, Et illa extensio impetrat vigorem gratiæ, secundum illud
eccl'ci.17.c Ecclesiastici decimo septimo. Eleemosyna viri quasi sac-culus cum ipso, & gratiam hominis quasi pupillum cõ-seruabit. Exemplum autem & experimentum apparet manifestè in quodam Rege Angliæ qui faciebat eleemo synas largas, cuius manus & brachium adhuc manet in-tegrum & incorruptum, dicente sibi quàdam die quo-dam Episcopo, cum extendisset manum suam vt daret pauperi scutellam argenteã quam ante se habebat, nun-quam manum eius esse siccandam, quod verbum imple-tum dicitur esse vsq; in præsentem diem.

¶ Factum est autem in illis diebus exĩt, & cętera.) Post-quã ostensa est doctrinæ CHRISTI authoritas, & dis-cipulorum vocatio determinata, hic subditur tertia pars in qua vocatorum instructio. Et quoniam discipulo-rum instructio duplex est, scilicet cõmunis & specialis: Communis scilicet in doctrina eorum quæ requiruntur ad salutem omnium. Specialis in doctrina mysterij scri-pturarũ. Ideo pars ista habet duas partes. In quarum pri-mà parte erudiuntur Apostoli in veritate explicatà & præceptis

M.E.C.D. 2017

præceptis apertis. In ſecunda inſtruuntur in explicandis parabolis & parabolicè dictis, infra octauo capitulo. (Et factum eſt deinceps, & ipſe iter faciebat. &ce.) Prima pars habet duas. In prima exprimitur veritas doctrinæ. In ſecunda vero ad confirmationem doctrinæ declaratur ſublimitas in doctore. Infra capitulo ſeptimo. (Cum autem impleſſet omnia verba ſua. &c.) Prima pars (quæ continet præſens capitulũ) habet tres, quia enim doctrina non debet cõmunicari indignis & faſtidioſis, ſed idoneis & ſtudioſis: ideo primo præmittitur ſegregatio diſcipulorum, ſecundo vero attentio auditorum, ibi. (Et deſcendens cum illis de monte,) tertio vero explicatio documentorum, ibi. (Et ipſe eleuatis oculis, &cę.) Circa ſegregationẽ autem diſcipulorum quatuor introducuntur, quæ ipſam perficiunt, Scilicet oratio diuina impetratiua doni. Electio inſinuatiua meriti. Inſtitutio impoſitiua officij. Denominatio diſcretiua cõſortij. Premittitur ergo diuina oratio impetratiua doni ipſis diſcipulis eligendis, cum dicitur. Infra.8.a Infra.7.a. Infra.6.c. Ibidem.

Factum eſt autem: in illis diebus exijt in montem orare, & cetęra.) Exijt,) ſcilicet de ciuitate & conſortio turbarum, vt eſſet eius oratio quieta. Hinc dicitur de Iudith quod Petijt vt daretur ei copia nocte & ante lucem egrediendi foras ad orationem & deprecandi dominum. Iudith duodecimo. Et de CHRISTO dicitur quod plus eſt nempe quod exijt in montem, ſcilicet aſcendendo, vt oſtenderet quod oratio debet eſſe eleuata. Et orans eleuatus a terrenis. Quia ſicut dicit Damaſcenus. Oratio eſt aſcenſus mentis in deum. Huius figura præceſſit in Moyſe. Exodi decimo ſeptimo, vbi dicitur quod Moyſes & Aaron, & Hur aſcenderunt in verticem collis, Cumq; leuaret Moyſes manus, vincebat Iſrael. De his duobus ſcilicet de receſſu à turbis, & aſcenſu in montem, dicitur Matthæi decimo quarto, quod dimiſſa turba aſcendit in montem ſolus orare. Horum duorum figura præceſſit in Abraham, de quo Geneſis viceſimo ſecundo dicitur, quod dixit ad pueros ſuos, Expectate hic cum aſino: ſcilicet in valle, ego autem & puer illuc vſque properantes, poſtquam adorauerimus, reuertemur ad vos, Per hunc Iudit.12.b ¶Oratio debet eſſe ſolitaria & eleuata Damaſce. Exo.17.c. Matt.14.c Geñ.22.a.

M.E.C.D. 2017

etiam modum debet adorare anima ſancta, cuius infor-
Iudit.12.b matio apparet in Iudith, de qua duodecimo capitulo, dicitur, quòd exibat noctibus in vallem bethuliæ, & baptizabat ſe in fonte aquæ, & vt aſcendebat, orabat ad
¶Oratio debet eſſe aſſidua. dominum Deum Iſrael. Et quia non ſufficit oratio quãtumcunq; deuota niſi etiam ſit aſsidua, ideo ſubditur.
pſal.118. (Et erat pernoctans in oratione Dei). Ita vt poſſet dicere cum Dauid Pſalmo centeſimo decimo octauo: Media nocte ſurgebam, ad confitendum tibi. Vnde & Moyſes
Exo.24.d aſcendit in montem, & fuit ibi quadraginta diebus, & quadraginta noctibus. Exodi viceſimo quarto. Per hũc modum debent ſpirituales viri facere, iuxta quod dici-
Thre.2.f. tur Threnorum ſecundo. Conſurge, lauda in nocte in principio vigiliarum, effunde ſicut aquam cor tuum ante conſpectum domini. Hinc eſt, quòd dici-
Tob.3.b. tur de illa Sara deuota Tobiæ tertio. Quod perrexit in ſuperius cubiculum domus ſuæ, & tribus diebus, & tribus noctibus non manducauit, neq; bibit, ſed in oratione perſiſtens, cum lachrymis deprecabatur Deum.

Secundo verò ſubditur electio inſinuatiua meriti in diſcipulis promouendis, cum ſubditur. (Et cum » dies factus eſſet, vocauit diſcipulos ſuos, & elegit duo- » decim ex ipſis.) In die vocat, quia ſicut dicitur Ioan- »
Ioan.11.b nis vndecimo. Si quis ambulauerit in die, non offendit, quia lucem huius mundi videt, ſcilicet CHRISTVM, qui eſt lux vera, que illuminat omnem ho-
Ioan.1.b. minem, venientem in hunc mundum. Ioannis primo.
1.Pet.2.b. Et primæ Petri ſecundo. Qui de tenebris vos vocauit, in admirabile lumen ſuum.
Nota. Nota, quòd diſcipulos vocat, vt eligat, quia diſcipuli CHRISTI, di-
pſal.138. gni erant honorari. Secundum illud Pſalmi centeſimi triceſimi octaui. Nimis honorificati ſunt amici tui deus
¶Addiſcipulatum Chriſti q̃ requirãt. & hoc q[illegible] diſcipuli. Ad diſcipulatum enim CHRISTI requiritur perfecta humilitas. Matthæi vndecimo. Diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde. Item
Matt.11.d perfecta paupertas. Infra quartodecimo capitulo. Omnis ex vobis, qui non renunciat omnibus quæ poſ-
Infra.14.g ſidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus. Item perfecta charitas

M.E.C.D. 2017

charitas. Ioannes tertio decimo. In hoc cognoscent omnes, quia discipuli mei estis. si dilectionem habueritis ad inuicem. Et nota, quòd duodecim elegit, ad significandum abundantem perfectionem meriti, quia duodecimus numerus, est primus numreus abundans. Vnde Christus ait Matthæi quinto. Nisi abundauerit iustitia vestra plus quàm Scribarum, & Pharisæorum, non intrabitis in regnum cœlorum. Hic autem numerus designatur in duodecim filijs Iacob. Geneſis quadragesimo sexto. In duodecim lapidibus. Exodi vicesimo octauo In duodecim principibus plebis Israel Numeri vicesimo. In duodecim exploratoribus, missis à Moyse. Numeri decimo tertio. In duodecim fontibus aquarum. Exodi decimo quinto. In duodecim lapidibus de Iordane extractis. Iosue quarto. In duodecim bobus sustentantibus mare æneum. Tetio Regum septimo. In duodecim horis diei. Ioannis vndecimo. In duodecim fundamentis ciuitatis. Apocalypsis vicesimo primo. Fuerunt enim apostoli figuris plurimis designati propter multiplicem dignitatem. Fuerunt enim Patriarchæ filiornm spiritualium procreatione. Lapides pretiosi virtutum varietate. Principes multitudinis prælationis sublimitate. Exploratores contemplationis subtilitate. Fontes aquarum sapientiæ profunditate. Lapides Iordanis fidei fundatione. Boues prædicationis exercitatione. Notæ diei exemplorum honestate. Fundamenta ciuitatis totius ecclesiæ supportatione.

Iaan.13.d
Nota.
Numerus duodecimus
Matt.5.c.
¶Apostoli pluribus figuris fuerũt p̃figurati.
Gen 46bc
Exo.28.c.
Nũeri.2.p totum.
Nu.13.a.b
Exo.15.g.
Iosu.4.a.
3.Re.7.d.
Ioan,11.b
Apoc.21.d

Tertio adiungitur instructio impositiua, officij in electis, quum subditur: (Quos & Apostolos nominauit,) Id est missos. In quo, authoritatem dedit præcipuam prædicandi. Romanorum decimo. Quomodo prædicabunt nisi mittantur. Vnde conqueritur dominus de malis Prophetis. Ieremiæ vigesimo tertio. Non mittebam prophetas, & ipsi currebant, non loquebar ad eos, & ipsi prophetabant. At non tales fuerunt apostoli, de quibus Matthæi decimo. Ecce ego mitto vos sicut oues in medio luporum. Hos autem misit ad ecclesiam dei fundandam, & ciuitatem construendam, super illum lapidem, de quo ISAIAE vigesimo octauo.

Rom.10c
Iere.23.d.
Matt.10b
Isaię.28.d

M.E.C.D. 2017

Ecce ego mittam in fundamentis Sion lapidem, lapidē probatum, pretiosum, in fundamento fundatum. Vnde
Apo.21.d. Apocalyp vicesimo primo. Murus ciuitatis habens fundamenta duodecim, & in ipsis duodecim nomina duo-
Epbe.2. d decim apostolorum agni. Et ideo dicitur ad Ephesios secundo. Vos estis ciues sanctorum & domestici dei, super ædificati super fundamentum apostolorum & prophetarū. ipso summo angulari lapide IESV CHRISTO, in quo omnis ædificatio constructa, crescit in templum sanctum in domino, in quo & vos coædificamini in habitaculum Dei in spiritu sancto.

Quarto subiungitur denominatio discretiua consortij in apostolis iam promotis, quod notatur cum dicitur (Simonem quem cognominauit Petrum, & Andream »
frarrem eius &c.) Nominat apostolos binos & binos, se »
Infra.10. cundum quod dominus associauit eos. Vnde infra decimo capitulo subditur, quòd misit eos binos ante faciem suam in omnem ciuitatem & locum quò erat ipse venturus. Et nota quod hic ponit nomina omniun, sed nō omnium ponit cognomina, sed illorum qui habent nomina æquiuoca, vt Simonis Petri, & Simonis Zelotis, & Iudæ Iacobi, & Iudæ Iscariothæ. Et nota quòd associat fratrem fratri, vt Petrum Andreæ, & Ioannem Iacobo, ad commendandam concordiam, & fraternitatem
eccl'ci.25a mutuam, secundum illud Ecclesiastici vicesimo quinto. In tribus beneplacitum est spiritui meo, qnę sunt probata coram Deo, & hominibus. Concordia fratrum, & amor proximorum, & vir & mulier benè sibi consentientes. Nam sicut dicitur Prouerbiorum decimo octauo.
prou.18.c Frater qui adiuuatur à fratre, quasi ciuitas firma. Postremo autem apostolo scilicet Iudæ addit, non solum cognomen, sed etiam crimen, cum dicit (Qui fuit prodi- »
tor.) In quo designatur, quod dominus in eligēdo eum, »
Ioan.6. g non ignorauit qualis futurus erat. Vnde Ioannis sexto. Nonne ego vos duodecim elegi, & ex vobis vnus diabolus est. Dicebat autem de Iuda Simonis Iscariothæ. Hic enim erat traditurus eum, cum esset vnus ex duodecim. Licet autem hic esset futurus pessimus, tamen eum dominus elegit, quia hoc competebat suæ humilitati,

¶Cur dominus Iudam elegerit.

quæ

M.E.C.D. 2017

quę ex hoc elucebat,quòd non recuſarit conſortium ſui proditoris. Et ſuæ benignitati, quia non ſolum bonis, ſed etiam malis benignum ſe oſtendebat. Vnde & fecit eum diſpenſatorem ſuum, ſicut dicitur Ioannis duodecimo. Fur erat, & loculos habens, ea quæ mittebantur, portabat. Congruebat etiam ſtatui præſentis eccleſiæ in qua mali permiſcentur bonis, ſecundum illud Matthæi decimo tertio. Sinite vtraque creſcere vſque ad meſſem. Et ſimile eſt: ſicut ibidem dicitur, regnum cœlorum ſagenæ miſſæ in mare, & ex omni genere piſcium congreganti, quam, cum impleta eſſet, educentes, & ſecus littus ſedentes, elegerunt bonos in vaſa, malos autem foras miſerunt. Expediebat etiam hoc eruditioni noſtræ, vt non diffidamus, ſi quos (qui videntur ſtare) cadere videamus Et ne propter aliquot malos bonorum conſortium deſpiciamus. Iuxta illud quod dicitur primę Ioannis ſecũdo. Ex nobis prodierunt, ſed non erant ex nobis Nam ſi fuiſſent ex nobis: permanſiſſent vtique nobiſcum, ſed vt manifeſti ſint.. qnoniam non ſunt omnes ex nobis: Vt etiam non pręſumamus ſi ad dignitates eligamur. Vnde Bernardus in epiſtola ad Colonienſem Archiepiſcopum ſic ait: Si cunctos qui vocantur ad miniſterium, conſtat eligi ad regnum, profectò ſecurus eſt Colonienſis Archiepiſcopus: Quod ſi etiam & Saulem in regno, & Iudam in ſacerdotio legitur elegiſſe non alius quàm ipſe Deus, & reprobaſſe (& non poteſt ſolui ſcriptura quæ hoc aſſerit) timeat neceſſe eſt, & Colonienſis Archiepiſcopus. Vnde valde terribile eſt illud Matthæi viceſimo ſecundo Multi enim ſunt vocati, pauci verò electi. Et ideo ad Romanos vndecimo dicitur. Noli altum ſapere, ſed time & cætera.

Ioan.12.a

Matt.13.d

Ibidem g

1.Ioã.2.c.

Bernard.

Matt.22.b

Rom.11.c

Spiritualiter, per has ſex combinationes duodecim apoſtolorum, intelliguntnr ſex gradus profectus virtutum quibus peruenitur vſque ad charitatem perfectam, vel vſque ad pacem, vel vſque ad ſapientiam. De primis ſex gradibus, quibus ad charitatem peruenitur, dicitur ſecundæ Petri primo. Vos autem curam omnem ſubinferentes, miniſtrate in fide veſtra virtutem, in virtute autem ſcientiam, in ſcientia autem abſtinentiam, in abſtinentia

¶Spiritualiter.

2.Pe.1.b.

M.E.C.D. 2017

nentia autem patientiam, in patientia autem pietatem, in pietate autem amorem fraternitatis, in amore autem fraternitatis charitatẽ. Et illi ſex gradus rectè correſpondent iſtis combinationibus, ſi nominũ interpretationes attendantur. De gradibus quibus peruenitur ad pacem
Matt.5.a. dicitur Matthæi quinto. Beati pauperes ſpiritu, quoniã ipſorum eſt regnum cœlorum. Beati mites, quoniam ipſi poſsidebunt terram. Beati qui lugent, quoniam ipſi conſolabuntur. Beati qui eſuriunt, & ſitiunt iuſtitiam: quoniam ipſi ſaturabuntur. Beati miſericordes: quoniã ipſi miſericordiam conſequentur. Beati mundo corde: quoniam ipſi deum videbũt. Beati pacifici: quoniam filij dei vocabuntur. De gradibus vero quibus ad ſapientiã per-
Iſaiç.11.a. uenitur, dicitur Iſaiç vndecimo. Et requieſcet ſuper eum ſpiritus domini, ſpiritus ſapientiæ & intellectus, ſpiritus conſilij & fortitudinis, ſpiritus ſcientiæ & pietatis. Et replebit eum ſpiritu timoris domini, vbi incipit à ſupremo horum & deſcendit vſq; ad vltimum gradum. Horum fi-
3.Re.10.c. gura pulcherima eſt in throno Salomonis, vbi dicitur & erant ſex gradus, & duodecim leunculi ſtantes ſuper ſex gradus hinc & inde. Per leonẽ intelligitur poteſtatis authoritas, per ſex gradus, ſex combinatiões, ſpiritualibus gradibus aptiſsimè correſpondentes.

Moralit. Moraliter etiam per nomina Apoſtolorum ſic combinata inſinuatur perfectio prælatorum, ſpecialiter Epiſcorum, qui cæteros debent præcellere in tribus. In vita, In
Epiſcopi doctrina, In exemplo ſiue conuerſatione bona. Vnde A-
1.Tim.4.c poſtolus inſtruens Timotheum, Primę ad Timotheum quarto capitulo, dicit. Præcipe hæc & doce. Ecce doctrina, Nemo adoleſcentiam tuam contemnat. Ecce vita, Sed exemplum eſto fidelium in verbo, in conuerſatione, in
.Titũ.2.a. charitate, in fide, in caſtitate. Ecce exemplum ſeu conuer
Eodẽ. d. ſatio bona. Idem Titum inſtruens dicit, ad Titum ſecun
Ibidem.b do capitulo. Tu autem loquere quæ decent ſanam do-
¶ Epiſcoporum vita. ctrinam [illegible]cce doctrina. Nemo te contemnat. Ecce vita, In omnibus teipſum prębe exemplum bonorum operũ, in doctrina, in integritate, in grauitate, & cæ. Ecce exem-
Hierony. plum ſeu conuerſatio bona. Vnde Hieronymus dicit. Si epiſcopi tantum ſit ſancta vita, ſibi poteſt prodeſſe ſic viuens.

M.E.C.D. 2017

uens. Porro si & doctrina, & sermone fuerit eruditus, potest se cęteroscę instruere: & non solũ instruere, & docere suos, sed & aduersarios repercutere: qui nisi refutati fuerint atcę cõuicti, facilè queunt simpliciũ corda peruertere

Quatuor ergo prima nomina designant perfectionem vitæ. Quatuor alia perfectionem doctrinæ. Alia vero quatuor perfectionem exempli, siue conuersationis
« bonæ. Dicit ergo euangelista: (Simonem.) Supple voca-
« uit, qui interpretatur obediens. (Quem cognomina-
« uit Petrum.) Qui interpretatur agnoscens. In quo designatur virtus prudentiæ, quæ cognominari debet Petrus, id est, agnoscens ex Simone: quia ex humilitate debet procedere cognominatio prudentiæ, vt (secundum quod dicitur Prouerbi. vigesimotertio.) Prudentiæ suæ ponat modum. Et ne innitatur prudentiæ suæ. Prouerbior. 3. Et sic non erit prudens apud semetipsum, quod Paulus optat ad Roma. 12. Sed in omnibus se prudenter habebit, vt de Dauid dicitur. Primi. Reg. 18: In omnibus viis suis Dauid prudenter agebat, & dominus erat cum
« eo. (Et Andream.) Qui interpretatur virilis. In quo exprimitur virtus iustitiæ. Alioquin noli quærere fieri iudex, nisi valeas virtute irrumpere iniquitates: ne forte extimescas faciem potentis, & ponas scandalum in agilita-
« te tua. Ecclesia. 7. (Et Iacobum.) Qui interpretatur supplantator, vel luctator. Per hoc insinuatur virtus fortitudinis, quę fortiter aggreditur aduersa, & contra vitia reluctatur. Vnde ad Ephesios. 6. Non est nobis colluctatio aduersus carnẽ & sanguinẽ, sed aduersus principes & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harũ, contra spiritualia nequitiæ in cęlestibus. Sic Episcopus debet esse leo fortissimus bestiarum, vt ad nullius paueat occursum. Prou. 30. Etiam contra deum, vt ei dicatur illud quod Iacob dictum est. Geñ. 32. Si contra deum fortis fuisti, quanto magis contra homines prævalebis? (Et
« Ioannem.) Qui interpretatur, in quo est gr[illegible]a. Per quã intelligitur virtus temperantię siuę continentiæ, quæ ex gratia dei est, secundũ illud. Sapi. 8. Non possum esse cõtinens, nisi deus det. Maximè, quia Ioãnes virgo à domino est electus, & virgo in ęuum permansit. Et Eccli. 26.

prou. 13. a
prou. 3. a.
Rom. 12 c
1. Tim. 3. b
1. Re. 18. d
eccli. 7. a.
Ephe. 6. b
prou. [illegible] d
Geñ. 32. f.
Sapi. 8. d.

Gratis

M.E.C.D. 2017

eccli.26.c Gratia ſuper gratiam, mulier ſancta, & pudorata. Per mulierem poteſt ſpiritualiter intelligi anima. Secundũ configurationem iſtarum quatuor virtutum, vidit Ezechiel ſpecies quatuor animalium, & manus hominis ſub pennis eorum in quatuor partibus, & facies & pennas per quatuor partes habebant. Iunctæq; erant pennę eo-
ezcc.1.b. rum alterius ad alterum. Ezech. primo. In præfiguratio-
Sapi.8.b. ne quatuor virtutum, quæ exiguntur ad regimen præ-
latorum, quia his vtilius nihil eſt in vita hoĩbus. Sap. 8.

Sequitur de nominibus apoſtolicis, quæ pertinent ad
¶Epiſco- doctrinam, cum dicit. (Philippum.) Qui interpretatur, »
porũ do- os lampadis. In quo inſinuatur, quòd doctrina Epiſco-
ctrina. palis debet eſſe lucida quantũ ad intellectũ audientiũ, vt
ſit aſpectus eorũ, id eſt, Epiſcoporum docentium, quaſi
Ezec.1.c. aſpectus lampadarum. Ezech. primo. Vt ponatur lampas
Matt.5.b ſuper candelabrum. Matt. 5. Non ſub modio, vt dicitur
infra.11.c Infra. 11. cap. Sed ſicut de Elia dicitur. Eccli. 48. Verbum
eccli.48.a ipſius quaſi facula ardebat. (Et Bartholomæum.) Qui »
interpretatur filius ſuſpendentis aquas. In quo intelligi-
tur doctrina deuota, quantum ad affectum, vt ex deuo-
tione ſuſpendat & eleuet lachrymas vſq; ad oculum, de
Iob.38.d. quo dicit dominus ad Iob. 38. Nunquid eleuabis ad ne-
bulam vocem tuam, ſcilicet in deuotione, ſeu compun-
ctione in docendo. Et impetus aquarum operiet te? In
lachrymando, quod facit dominus, qui ad vocem ſuam
dat multitudinem aquarum in cœlo, & eleuat nebulas
Ierc.10.b. ab extremitatibus terræ: Iere. 10. Et fulgura in pluuiam
pſalo.134. facit, id eſt comminationes. Pſalm. 134. (Matthęum.) Qui »
interpretatur, donatus. Per quod inſinuatur, quòd do-
ctrina debet eſſe ædificatoria ad operandum. Nam poſt
habitam deuotionem. Quòd quis verbum ſalutis audi
tum impleat per bonam operationem. Hoc eſt ab illo
ſpecialiter à quo omne datum optimum, & omne donũ
Iaco.1.c. perfectum, vt dicitur. Iacob. 1. Ipſum enim verbum præ-
dicatoris infert virtutem ſiue gratiam prædicationis,
Iſaię.41.g & ædificationis. Vnde Iſai. 41. Primus ad Sion dicet: Ec-
ce aſſum, & Ieruſalem euãgeliſtam dabo, (Et Thomam.)
Qui interpretatur abyſſus. Per quod intelligitur pro-
funditas eruditionis credendorum, vt ſit conſilium iſ-
lius in

M.E.C.D. 2017

tus in abyſſo magna, vt dicitur Eccli.24: Vnde quęritur eccli.24.d
à Iob.38. Nunquid in nouiſsimis abyſsi deambulasti? Et Iob.38.b.
Apoſtolus ad Rom.11. Exclamat, dicens: O altitudo di- Rom.11.d
uitiarum ſapientiæ & ſcientiæ dei, quàm incomprehen
ſibilia ſunt iudicia eius. Quia, vt dicitur Pſalm.35. Iudi- pſalo.35.
cia tua abyſſus multa. Et hæc quatuor pertinent ad do-
ctrinam, vt ſic ſint quatuor rotæ, quę per quatuor partes
earum euntes, ibant: & non reuertebantur cum ambula- ezec.1.d
rent, vt dicitur. Ezech.1.

Sequitur de illis nominibus quæ pertinent ad exem- ¶Epiſco-
61 plum. (Iacobum.) Qui interprecatur, Luctator. (Alphęi) porũ ędi-
Qui interpretatur, fugiens. In quo exprimitur exemplũ ficatio in
perfectę paupertatis. Vnde Gregorius: Qui ad certamen populo.
inquit, cum diabolo properat, veſtimenta abiiciat, ne ſuc Gregori.
cumbat. Quid autem ſunt terrena omnia, niſi quædam
corporis indumenta? Vnde volentem in paupertate lu-
ctari oportet temporalia contemnere, & fugere, ſecundũ
quod dicitur. Pſalm.54. Ecce elongaui fugiens. & manſi pſalo.54.
in ſolitudine. Sic Elias in figura huius (vt habetur. Ter-
tii. Reg.19.) Fugit à facie Iezabel, quæ interpretatur, flu 3.Reg.19.
xus ſterquilinii. Per quod deſignatur temporalium flu-
62 xibilitas (Et Simonem.) Qui interpretatur, obediens.
62 (Qui vocatur Zelotes.) Id eſt, æmulator. In quo exem-
plum exprimitur perfectæ humilitatis cum æmulatione
ordinatæ charitatis. Vnde dicitur. Primæ Petri.1. Ani- 1.Pet.1.d
mas veſtras caſtificantes in obedientia charitatis, in fra-
ternitatis amore, ſimplici ex corde inuicem diligite at-
tentius. Et Eccli.3. Filii ſapientiæ, eccleſia iuſtorum: & eccli.3.a
62 natio illorum obedientia & dilectio. (Et Iudam.) Qui
62 interpretatur confitens. (Iacobi.) Vt ſit in exemplum fra
ternitatis in agendo. Matth.5. Luceat lux veſtra corã ho- Mat.5.b.
minibus, vt videant opera veſtra bona, & glorificent pa
trem veſtrum qui in cœlis eſt. Hinc. Tobi.12. Benedicite Tob.12.
deum cœli, & coram omnibus viuentibus confiteminie
ei, quia fecit vobiſcũ miſericordiam ſuã. Hinc & in be Deut.33.a
nedictione Iudæ dicitur. Deuter.33. Manus eius pugna-
bunt pro eo, & adiutor illius cõtra aduerſarios eius erit.
Vnde ipſe aſcendit ante alios in prælium, vt dicitur Iu- Iudic.1.a
62 dicũ.1. capit. (Et Iudam Iſcarioten.) Qui interpretatur

meno-

M.E.C.D. 2017

memoria mortis. In quo intelligitur exemplum mortifi-
Gregori» cationis carnis. Vnde beatus Gregorius dicit: Nihil a-
deo valet ad domanda carnis vitia, quàm cogitare qua-
lis caro noſtra poſt mortem ſit futura. Et hoc debent fa-
cere, ne quum aliis prædicauerint, ipſi reprobi effician-
1.Cor.9.d tur, ſecundum quod dicit Apoſtolus. Primæ Corinthi.
nono. Caſtigo corpus meum, & in ſeruitutem redigo,
ne quum aliis prædicauerim, ipſe reprobus efficiar. Pro-
Infra.11.c pter quod dicitur. Infra duodecimo. Sint lumbi veſtri
præcincti, & lucernæ ardentes in manibus veſtris. Sed,
quia multi deſpiuntur, & traduntur occaſione mortifi-
catæ carnis: quia inde gloriantur, vt hypocritæ qui ore
confitentur ſe noſſe Deum: factis autem negant. Secun-
Titũ.1.d. dum quod ad Titum.1.dicitur:)Caueant, ne cum prodi-
tore Iuda numerentur, de quo hic ſubditur: (Qui fuit »
proditor.) Hinc eſt quod dicit Apoſtolus, Secundæ ad »
2.Tim.3.a Thi.3.Quòd in nouiſsimis diebus inſtabũt tempora pe-
culoſa: & erunt homines ſeipſos amantes, cupidi, elati, ſu-
perbi, blaſphemi, & ſequitur, proditores, proterui, tumidi
& voluptatum amatores magis quàm dei. Habentes ſpe
ciem quidem pietatis, virtutem autem eius abnegantes.
Et hęc pertinẽt ad exẽplum, & hi ſunt quatuor paralytici
Supr.5.d. portitores. Supra.5. Et in hunc modum nominũ Apoſto
licorũ deſignatur myſterium, & ſic terminatur hæc pars.
¶Et deſcendens cum illis, ſtetit in loco campeſtri, & cęt.)
Poſt diſcipulorum ſegregationem, ſubiungit hic euan-
geliſta auditorum attentionem, quam deſcribit euange-
liſta quantum ad quatuor, quantum ad diſcipulos comi
tantes, quantum ad populos concurrentes, quantum ad
cauſas incitantes, & quãtum ad efficacias ſubſequentes.
Quantum ad diſcipulos comitantes, dicitur:

Et diſcendens cum illis.) Id eſt duodecim iam electis, »
qui ipſum ſemper comitabantur, ſecundum quod. Infra
Infra.22.c vigeſimo ſecundo dicitur: Vos autem eſtis qui perman-
ſiſtis mecum in tentationibus meis. (Stetit in loco cam- »
peſtri.) Id eſt plano & communi, vt omnes poſſent acce- »
dere ad audiendam ſapientiam, & dicere illud Pſalmiſtę.
pſalo.131. Ecce audiuimus eam in Ephrata, inuenimus eam in cã-
prou.1.c c pis ſyluæ. Et ſic impletum eſt illud. Prouerbio.1. Sapien-
tia ſo-

M.E.C.D. 2017

tia foris prædicat, in plateis dat vocem ſuam, in capite turbarum clamitat, in foribus portarũ vrbis, profert verba ſua. Ad huius ſapientiæ clamorem attrahebantur,
« præcipuè diſcipuli. Vnde ſubditur: (Et turba diſcipulo-
« lorum eius.) Scilicet ſtetit cum eo. Hoc dicit, quãtum ad alios diſcipulos apoſtolis inferiores. Nam perfectis diſcipulis fecerat ſermonem in montis cacumine. Sicut dicitur. Matt. 5. Videns IESVS turbas, aſcendit in montẽ, Matt. 5. a
& cum ſediſſet, acceſſerunt ad eum diſcipuli eius. Iſtis vero tanq̃ imperfectis condeſcendens, ſermonem fecit in deſcenſu montis, vnde dicũtur turba, quia multi erant, multi etiam propinqui. Multiplicabantur enim diſcipuli CHRISTI, ſicut dicitur. Ioan. 4. Audierunt Phariſæi Ioan. 4. a
q̃ IESVS plures diſcipulos facit, & baptizat q̃ Ioãnes. Iſtis nõ erant oĩa ſecreta cõmunicanda, quia imperfecti ex auditu ſecretorũ ſcandalizãtur. Vnde dicitur. Ioã. 6. Quòd Ioan. 6. g
ex verbo quòd dixerat, multi diſcipulorũ eius abierũt retro: & iam nõ cũ illo ambulabant. Dixit ergo IESVS ad duodecim: Nunquid & vos vultis abire? cum iſtis ſcilicet diſcipulis. Dicitur IESVS ſtare, ſed cum alijs perfectis ſedere. In quo oſtendit q̃ nos firmiores debemus imbecillitates infirmorum ſuſtinere, & non nobis placere ad
« Rom. 15. (Et deſcendit cũ illis.) Ad exemplũ humilitatis, Rom. 15. a
ſecundum illud. Eccl'ci. 32. Rectorem te poſuerunt? noli Eccl'i. 32. a
extolli: eſto in illis quaſi vnus ex ipſis. Vnde ſua benignitate omnes attrahebat & adiuuabat, ſicut gallina pullos ſuos. Matth. vigeſimotertio. Quoties volui congrega- Matt. 23. d
re filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos ſuos ſub alas, & noluiſti? Nec immerito, quia de ipſo dictum eſt. Deut. 32. Inuenit eum in terra deſerta, in loco Deut. 32. b
horroris & vaſtæ ſolitudinis. Circũduxit eum, & docuit & cuſtodiuit quaſi pupillã oculi ſui. Sicut aquila prouocans ad volandũ pullos ſuos, & ſuper eos volitãs expãdit alas ſuas, & aſſumpſit eum atq; portauit in humeris ſuis.

« Quantum ad populos concurrentes, ſubditur: (Et
« multitudo copioſa plebis) Scilicet ſtetit cũ eo, qui ſcilicet ex diuerſis locis cõuenerant, cõuenerant aũt tã de locis propinquis, quã remotis de propinquis dicit: Ab omni Iudęa, & Samaria & Ieruſalẽ, quę intra regnũ Iſrael erãt

Iudęa

M.E.C.D. 2017

Iudęa nomen eſt regni. Samaria principalior ciuitas in regno decem tribuum. Et Ieruſalem principalior in regno duarum tribuum, ab his omnibus confluebant ad
Iſaiç.2.a. CHRISTVM, ſecundum illud Iſaiæ.2. Erit in nouiſsimis diebus præparatus mons domus domini, in vertice montium, & eleuabitur ſuper colles. Et fluent ad eũ omnes gentes, & cæt. De locis autẽ remotis, ſubdit. (Et maritima, & Tyri & Sydonis.) Et debet iterari multitudo copioſa plebis à maritimis, & multitudo copioſa (Tyri,) id eſt de Tyro. (Et Sydonis.) Id eſt, de Sydone. Et hęc erant
Beda. loca remota, ſicut dicit Beda in Gloſſa, quòd maritima non à proximo mari Galilæę, ſed à mari magno cognominatur.
Iſaiç.60.a Iſai.60. Tunc videbis & affluues, & mirabitur, & dilatabitur cor tuum, quando conuerſa fuerit ad te multitudo maris, fortitudo gentium venerit tibi. Hoc autẽ
2.para.9.f præfiguratum fuit in Salomone.2. Parali.9. Vbi dicitur qnòd omnes reges terrarum deſiderabant videre faciem Salomonis: vt audirent ſapientiam quam dederat deus in corde eius.

Quantum ad cauſas incitantes, ſubiungitur. (Qui venerant vt audirent eum.) Quantum ad illuſtrationẽ veritatis in mente. (Et ſanarentur à langoribus ſuis.) Scilicet quantũ ad curationem ſalutis in carne. Et hęc erat
Oſeę.6.a. recta intentio, ſecundum illud. Ozeę.6. Venite & reuertamur ad dominum quia ipſe cœpit, & ſanabit nos, percutiet, & curabit nos. Et poſt: Et viuemus in conſpectu eius Sciemus, ſequemurq;, vt cognoſcamus dominũ. In hoc oſtendebãt iſti quod erãt de ouibus CHRISTI, quia ad ipſum concurrebant ad veritatem & ſalutem percipiendam.
Ioan.10.c Ioan.10. Oues meæ vocem meam audiunt, & ego cognoſco eas, & ſequuntur me, & ego vitam ęternam do eis. Amor igitur veritatis intelligendæ, & ſanitatis obtinendæ, attrahebat eos, vt venirent ad CHRISTVM: ſicut ad magiſtrum, & ſicut ad medicum. Ad primum in-
pſal'o.33. uitat ſalu[illegible]or & Pſalmiſta in Pſalmo.33. Venite filij, audite me, timorem domini docebo vos. Ad ſecundum. Mat-
Matt.11.d thę.11. Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati eſtis & ego reficiam vos.

Quantum ad efficacias ſequentes ſubinfertur. (Et qui vexa-

M.E.C.D. 2017

vexabãtur à ſpiritibus immundis curabantur.) In quo tangitur efficacia ſanitatis, reſpectu ſpirituum immundorum. Zach. 13. Spiritum immũdum auferam de terra. Zach.13.a
Iſti ſpiritus immundi vexant eos quos poſsident. Matthę.15. Filia mea malè à dæmonio vexatur. Hæc vexatio Matt.15.c
compellebat eos fugere ad CHRISTVM, quia ſecũdum quod dicitur. Iſai.28. Tantummodo ſola vexatio intelle- Iſaię.28.e
ctum dabit auditui. Secundum quod dicit Gregorius. Gregori.
Mala quæ nos hic premunt, ad deum ire cõpellunt. Certè quum ad deum compellunt, ad bonam diſpoſitionem deducunt, ſecundum illud Sapien. 3. In paucis vexati, in Sapi.3.a.
multis bene diſponentur. Nec tantum efficacia erat in
animam, ſed & in corpus, per ipſius CHRISTI corpus,
quod notatur, cum ſubditur. (Et omnis turba quærebat
eum tangere.) Ex fide ſcilicet & deuotione, ſicut illa mu-
lier, de qua Matth. 9. Si tetigero tantum veſtimentũ eius Matt. 9.c
ſalua ero. Et merito deuoti erant. Vnde ſubditur. (Quia
virtus de illo exibat, & ſanabat omnes.) Id eſt, operatio
virtutis, Infra. 8. Ego noui virtutem de me exiſſe. Tunc Infra.8.g
virtus exit, quando latens in ſe, manifeſtatur in opere, ſe
cundum illud. Sapiẽt. 12. Virtutem oſtendis tu, qui non Sapi. 12.c
crederis in virtute conſummatus. Tunc etiam exit, quando aliis communicat, ſecundum illud. Iſaiæ. 40. Qui dat Iſaię.40.g
laſſo virtutẽ, & his qui non ſunt, fortitudinem, & robur multiplicat. Et magna erat hæc virtus, quę in omnes poterat, ſecundum illud. Sapient. 14. Potens es ex omnibus Sapi.14.a
ſanare. Qui conuerſus eſt, non per hoc quod videbat ſanabatur, ſed per te omnium ſaluatorem. Et hoc maximè
attrahebat omnes ad CHRISTVM, ſicut dicitur Ioannis ſexto. Sequebatur eum multitudo magna: quia vide Ioan.6.a.
bant ſigna quæ faciebat ſuper his qui infirmabantur.

Spiritualiter nota hic quod auditores, qui veniunt ad ¶Spñaliter
CHRISTVM, attrahũtur de ſex locis. De tribus ſcilicet Iudęorũ, & tribus gentiliũ. Per loca Iudæorũ, ſignantur iuſti: Per loca gentilium peccatores. Tria aũt ponuntur loca Iudęorum, ſecundum ſtatum triplicẽ iuſtorum. Iudæa enim interpretatur confitens, & ſignat ſtatum actiuorum, qui CHRISTVM bonis operibus confitentur. Oſeæ. 10. Arabit Iudas, & confringet ſibi ſulcos Iacod. Oſeę.10.c

R Tobiæ,

M.E.C.D. 2017

Tobi. decimotertio. Confiteminiilli, regemq; seculo-
rum exaltate in operibus vestris.(Samaria,quę)interpre-
tatur custodia, signat statum prelatorum. Nam illis di-
3.Re.20.g citur. Tertij Reg.vigesimo.Custodi virum istum, qui si
lapsus fuerit, erit anima tua pro anima eius.(Ierusalem)
quæ interpretatur, visio pacis, signat statum contem-
Isaię.60.a platiuorum. Isai.sexagesimo. Surge illuminare Ieruſa-
Tobi.13d lem,quia venit lumen tuum. Tobi.decimo tertio. Dici-
tur de Ierusalem: Beati omnes qui diligunt te, & gau-
dent in pace tua.

Tria etiam ponuntur loca gentilium, secundum tri-
plicem statum peccantium(Maritima)enim quæ vento-
sa est, & frequẽtet turbulenta,signat vanitatem,& turbu
Isaię.57. d lentiam superborum. Isai.quinquagesimo septimo. Im-
pij,autem quasi mare feruens, quod quiescere non po-
test.(Tyrus.)Quæ interpretatur angustia, signat anxie
Eccl'.27.a. tatem,& angustiam cupidorum. Ecclesiastic vigesimo-
septimo.Inter medium venditionis,& emptionis angu-
Eccl'i.5 c. stiabitur peccatis.Ideo. Ecclesiastici.quinto. Noli esse
anxius in diuitijs iniustis. (Sydon.)Quæ interpreta-
tur venatio, signat desiderium & concupiscentiam car-
psal'o.58. nalium.Vnde in Psalmo.Conuertentur ad vesperam,&
famem patientur vt canes, & circuibunt ciuitatem. Om
nes hi coucurrunt ad CHRISTVM, sed iusti tan-
quam ad magistrum, vt doceantur sapientiam, quia se-
prou.9. b cundum illud Prouerbior.9. Doce iustum, & festinabit
Deu.pẽ.b accipere. Et Deuteron.penultimo.Qui appropinquant
pedibus eius, accipient de doctrina illius. Sed peccato-
Infra.15 a res, vt ad amicum, vt assequantur misericordiã. Infra.15.
Supr.4. f. Erant appropinquantes ad IESVM publicani & pecca-
upr.5.c. tores, vt audirent illum. A quibus primo eijciuntur dæ-
mones per culpæ expulsionem. Secundo sanantur in ta-
ctu per curationem sequelæ. Iuxta quod dicitur in psal-
psal'o.102 mo.10[illegible]Qui propiciatur omnibus iniquitatibus tuis:
qui sa[illegible] omnes infirmitates tuas.

¶Et ipse eleuatis oculis in discipulos suos.) Post electio-
nem discipulorũ,& auditorũ attentionẽ,subditurhic ex
plicatio documentorũ. Est aũt pars ista tripartita, secun
dum tria quorum notitia est ad salutem necessaria, scili
cet præ

cet præmiorum,ſuppliciorum,præceptorum. Prima igi-
tur pars eſt de prȩmijs,Secunda de ſuppliciis,ibi.(Verun
tamen,vȩ vobis diuitibus.)Tertia de prȩceptis,ibi: (Sed Iſto.ca.d
vobis dico qui auditis.) Prima pars cõtinet promiſsiões Ibidem.
ptȩmiorũ.Secũda cõminationes pȩnarũ,ſiue ſuppliciorũ.
Tertia vero leges prȩceptorũ. In promiſsis prȩmijs doce
mur quid ſperandũ.In cõminatis ſuppliciis, quid timen
dum.In prȩceptis vero,quid operandum. Circa promiſ-
ſionem autẽ beatitudinum, nota quòd quatuor promit
tit,ſcilicet regnum , quod conſiſtit in participatione di-
uinȩ poteſtatis.Secundo ſaturitatẽ, quæ conſiſtit in gu-
ſu diuinæ bonitatis. Tertio riſum, qui conſiſtit in con-
tẽplatione diuinæ veritatis. Et quarto mercedẽ multam
quȩ conſiſtit in duratione ȩternitatis.Et hȩc quatuor de
ſignantur ad Ephe.3.Vt poſsitis, inquit comprehendere Ephe.3.d
cũ omnibus ſanctis quȩ ſit latitudo,&longitudo,& ſub-
limitas,& profunditas,Longitudo ſcilicet ȩternitatis,la
titudo bonitatis ,ſublimitas poteſtatis, & profunditas
ſapientiæ ſiue veritatis.Hȩc autẽ quatuor promittit qua
tuor generibus meritorũ erigentium nos ad deum,&re-
ctificãtium liberum arbitrium noſtrum. Regnum enim
opulentiæ promittitur contemnentibus bona tempora
lia,cuiuſmodi ſunt pauperes . Conuiuium abundantiæ
deſiderantibus ſpiritualia,& hi ſunt eſurientes.Riſus io
cunditatis deteſtantibus mala culpæ, & hi ſunt flentes.
Multitudo mercedis ſuſtinẽtibus mala pȩnȩ,&hi ſunt pa
tientes. In his quatuor clauditur perfecta oratio volun-
tatis humanȩ reſpectu duplicis boni,& reſpectu duplicis
mali.Primo ergo promittit dominus pauperibus regnũ
opulentiæ , propter contemptum temporalium,& tales
erant diſcipuli,& ideo dicit:

« Et ipſe eleuatis oculis in diſcipulos ſuos dicebat: Beati ¶Paupere
« pauperes)Eleuãdo oculos dicit beatos, quia oculi domi tas.
ni ſuper iuſtos.Et maximè ſuper pauperes.Eccl.u.Eſt ho pſal'o.33.
mo marcidus , egens recuperatione, plus deficiens vir- Ecc.u.b.
tute , & abundans paupertate,& oculus Dei reſpexit il-
lum in bono.Ideo autẽ vocat beatos hos pauperes,quia
« ſunt ad beatitudinẽ præparati. Et ideo addit: (Quia ve-
« ſtrum eſt regnum dei.) Quod quidẽ eſt valde magnum.

M.E.C.D. 2017

psalo.144 Nam in Psalmo.144.Regnum tuum, regnum omnium
seculorum. Hoc dicit esse pauperum· quia illius paupe-
Iaco.2.a. res sunt hæredes,secundum illud Iacobi secundo. Non-
ne Deus elegit pauperes in hoc mundo, diuites in fide,
& hæredes regni,quod repromisit Deus diligentibus se?
Melior est ergo pauper qui ambulat in simplicitate sua,
prou.19.a quàm diues torquens labia sua. Prouerbiorum decimo
nono.Et nota,quòd dicit: (Est.) De præsenti, siue pro-
pter certitudinem promissionis, siue etiam, quia verè
pauperes nunc quodammodo incipiunt esse reges, se-
2.Cor.6.c cundum illud.Secundæ ad Chorinth.sexto. Tanquam
nihil habentes, & omnia possidentes. Altissima enim
paupertas eorum abundauit in diuitias simplicitatis eo-
2.Cor.8.a rum, sicut dicitur.Secundæ ad Corinthios octauo. Vn-
de iam quasi fœlices sunt, non miseri reputandi paupe-
Seneca. res euangelici siue voluntarij. Seneca. Nemo nascitur
diues,quisquis exit in lucem, iussus est pane & lacte esse
contentus,& nemo in hoc pauper est.Inter quæ, si quis
desiderium suum clauserit cum Ioue poterit de fœlicita-
te contendere.Et nota,quòd à paupertate incipit, quia
Amhrosi sicut dicit Ambrosius: Paupertas est prima parens virtu-
tum,quia qui contẽpsit secularia,merebitur æterna emu
8.Cor.8 b lus illius pauperis,qui cum diues esset,factus est propter
nos egenus.2.ad Corint.8.

¶Fames iustitię. Secundo promittit esurientibus conuiuium abũdan
tiæ,propter desiderium spiritualium.Et hoc notat, cum
subdit:(Beati qui nunc esuritis.)Scilicet cibum iustitiæ, »
Glossa. secundum quod dicitur in Glossa.Matth.5. (Quoniam »
saturabimini.)Per conuiuium abundantiæ. Ambrosius »
Ambrosi. Qui esurit virtutem quęrit augmentum, secũdum illud
Eccli.24.c Eccli.24.Qui edunt me,adhuc esurient: & qui bibunt
me,adhuc sitient.Illi iustitiã esuriunt qui possunt dicere
Ioan.4.d cũ IESV,illud Ioan.4.Meus cibus est, vt faciam volun-
tatem eius qui misit me.Illi etiam iustitiã esuriunt, qui
amore iustitię,libenter esuriem patiuntur.Et hi possunt
1.Cor.4 c dicere cum apostolo,illud Primæ ad Corint.4.Vsque in
hanc horam & esurimus,& sitimus.Tales fuerũt illi san-
Hebr.11 g cti patres,de quibus dicitur ad Hebr.11.Quòd circuerũt
melotis in pellibus caprinis,egentes, angustiati,afflicti,
&cęt.

M.E.C.D. 2017

& cęt. Tales à domino ſaturabuntur, quia. Apocalyp. 7. Apoc. 7. d
Non eſurient neq; ſitient amplius, nec cadet ſuper illos
ſol, neq; vllus æſtus: quoniam agnus qui in medio thro-
ni eſt, reget illos. Et hoc erit in diuina gloria, ſecundum
quod in Pſalm. 16. dicitur: Satiabor cum apparuerit glo- pſal'o. 16.
ria tua. Et iterum. Pſalmo. 35. Inebriabuntur ab vbertate pſal'o. 35.
domus tuę: & torrente voluptatis tuę potabis eos. Et ſic
impletum eſt illud Primi Regũ. 2. Famelici ſaturati ſunt. 1. Re. 2. a.
Nec mirum, quia Iſai. vigeſimoquinto. Faciet dominus Iſaię. 25. b.
exercituum omnibus populis in monte hoc, conuiuiũ
pinguium, conuiuium vindemiæ pinguium medullato
rum, vindemię defecatæ. Et rurſus, ſecundum illud pſal pſal'o. 80.
mi. 80. Cibauit eos ex adipe frumenti & de petra, melle
ſaturauit eos.

Tertio promittit flentibus riſum iocunditatis pro- ¶Fletus
« pter pęnitentiam de malo culpæ, cum adiungit: (Beati
« qui nunc fletis.) Scilicet pro malis commiſsis, ſicut Eze-
chias conuerſus ad parietem fleuit fletu magno, ſicut di
citur Iſaiæ. 38. Sicut etiam Petrus, de quo Matthæi. 26. Iſaię. 38. a
Poſt negationẽ dicitur, quòd egreſſus foras, fleuit ama- Matt. 26. g
re. Et Iob. trigeſimo. Verſa eſt in luctum cithera mea, & Iob. 30. d.
organum meum in vocem flẽtium. Vel pro peccatis alie-
nis, ſicut Dauid ſuper Saulem. Secundi Regum. primo. 2. Re. 1. c.
Sic CHISTVS ſuper Ieruſalem, Infra. 19. Videns ciuita- Infra. 19 f
« tem, fleuit ſuper illam. Vel. (Qui nũc fletis.) Scilicet pro
alienis miſeriis. Iob. 30. Flebam quondam ſuper eo, qui Iob. 30. d.
« afflictus erat. Ad Rom. 12. Flere cum flentibus. Vel. (Qui Rom. 12 d
« nunc fletis.) Pro euadendis peccatorum tentationibus,
& ſequelis. Vnde Iudicũ. 2. dicitur: quòd cum loqueretur Iudic. 2 a.
angelus domini hæc verba ad omnes filios Iſrael, eleua-
uerunt vocẽ ſuã, & fleuerunt: & vocatũ eſt nomen loci il-
lius, flentiũ & lachrymarũ. Et hic locus eſt ſtatus vitę prę
ſentis, qui nõ durat niſi ad nũc. Et ideo dicit (qui nũc fle
tis. 1. Pet. 1. Modicum nunc ſi oportet contriſtari in variis 1. Pet. 1. b.
tentationibus, vt probatio veſtrę fidei multo pretiosior
auro quod per ignẽ probatur, inueniatur in laudẽ & cę.
Vel, (qui nũc fletis, (Scilicet deſiderio ęternorũ, & hic eſt
proprius intellectus. Ioã. 16. Plorabitis & flebitis vos, mũ Ioan. 16. c
dus aũt gaudebit, vos aũt cõtriſtabimini, ſed triſtitia ve-

M.E.C.D. 2017

psal'o .41. stra vertetur in gaudiũ. Et Psal. 41. Fuerũt mihi lachrymę
¶Risus meæ panes die ac nocte, dũ dicitur mihi quotidiè: vbi est
spiritual. deus tuus. Istis dicit, Estis beati. (quia ridebitis.) risu spi- »
rituali, qui cõsistit in iocũditate mẽtis, propter contẽpla-
Iob .8. d. tionẽ veritatis. Iob. 8. Impleatur risu os tuũ, & labia tua
prou.31.d iubilo. Et sicut dicitur. Prou. 31. Fortitudo & decor indu
mẽtum eius, & videbit in die nouissimo. Hic risus erit de
bonis proprijs & alienis, secundũ quod dicitur de Sara.
Geñ.21.a. Gen. 21. Risum fecit mihi deus, quicunq; audierit, con-
ridebit mihi.

Quarto vero promittit patientibus magnitudinẽ mer
¶Tolerã- cedis, propter tolerantiam in malo pęnæ, cũ subdit. (Bea »
tia. ti eritis, quum vos oderint homines. Scilicet, quantum, »
ad actum cordis. Optimè dicit. (Homines,) id est, anima-
les & bestiales, quia homo cum in honore esset, non in-
tellexit: cõparatus est iumentis insipiẽtibus, & similis fa
psal'o. 48. ctus est illis. Psal. 48. Et. 1. ad Cor. 3. Cũ sit inter vos zelus,
1. Cor. 3. a & contẽtio, nõne carnales estis, & secundũ hoĩem ambu
Eccl'i. 28. a latis: secundũ illum videlicet hoĩem, de quo Eccl'i. 28. Ho
mo homini reseruat irã. Isti oderunt seruos CHRISTI.
prou. 19. 2: Prou. 19. Fratres hoĩs pauperis oderunt eum. Et Mat. 10.
Matt. 10 c Eritis odio oĩbus hoĩbus propter nomẽ meũ. Quantum
ad actũ operis addit: (Et cũ separauerint vos.) Scilicet eij- »
Ioan. 9. e. cientdo extra synagogas, secundũ illud. Ioã. 9. Iam eñ con
spirauerant Iudęi, vt si quis eũ confiteretur esse Christũ,
extra synagogã fieret. Et ita in opprobriũ separaretur ab
alijs etiã ab ipsis domesticis. Quod quidẽ p̃dicabat dñs
Matt. 10 d vẽturum esse suis discipulis. Mat. 10. Veni separare hoĩem
aduersus patrẽ suũ, & filiam aduersus matrẽ suã, & nurũ
aduersus socrũ suã: & inimici hoĩs, domestici eius. Quã-
tũ ad actũ oris, subiũgit. (Et exprobrauerint) vobis cõui »2
1. Pet. 4. c, tiando (Et eiecerint nomẽ vestrũ tanq; malũ.) Detrahẽdo »
Iaco. 2. b. 1. Pet. 4. Si exprobramini in noĩe CHRISTI beati eritis.
Matt. 5 a. Iac. 2. Nõne ipsi blasphemãt bonũ nomẽ quod inuocatũ
¶Pœna est sup[illegible]vos, quia bonũ dicũt malũ, secundũ illud Mat. 5
nõ facit Et dixerint oẽ malũ aduersum vos, mẽtientes, ppter me.
martyrẽ. Et quia martyrẽ non facit qualiscũq; hęc pęna, nisi adsit
1. Pet. 3. c. debita causa, ideo subdit: (Propter filium hoĩs.) 1. Petr. 3. »
1. Co. 1. d. Si quid patimini propter iustitiam, beati. Id est, propter

CHRI-

M.E.C.D. 2017

Christũ,qui factus est nobis sapientia & iustitia & sancti
ficatio & redemptio. Sic volebat pati Paulus Actuum.21. Actu.21.c.
Ego nõ solum alligari, sed & mori in Ierusalem paratus
sum propter nomen dñi IESV. Sic patiẽtes lętificat per
« præmiũ,cum subdit(Gaudete in illa die & exultate:ecce
« merces vestra multa est in cœlo.) Gaudete scilicet ob re-
tributionẽ bonã,ad Roman.12. Spe gaudẽtes,in tribula- Rom.12.c
tione patiẽtes. Quod impletum est Actuum .5. Ibant A- Actu.5.g.
postoli gaudẽtes à conspectu concilij, quia digni habiti
sunt pro nomine IESV contumeliã pati. Ad hæc autem
inducit mercedis consideratio. Ieremię trigesimo primo Iere.31. c.
Quiescat vox tua à ploratu, & oculi tui à lachrymis;
quia est merces operi tuo. Merces inquã multa est, quia
Pax multa diligentibus legem tuam. psalmo centesimo psal.118.
decimo octauo. Et perpetua, quia (In cœlo) Sapientiæ
quinto, Iusti autem imperpetuũ viuent, & apud dominũ Sapi.5. c.
est merces eorum. Et hoc est quod dicit Beda. Inter odia Beda.
cordium. inter probra linguarũ, inter manus persequen-
tium, æquali imo lætiori corde versemini, intuitu super-
ne mercedis. Et quia Hoc opus est arduissimum, scilicet
gaudere in tribulationibus, Ideo nõ solum spondet prę-
« mium, sed adiungit exemplum, cum subdit. (Secundum
« hæc enim faciebant prophetis patres eorum.) Secũdum
quod dicitur Matthæi vigesimo tertio. Testimonio estis Matt.23.d
vobismetipsis quia filij estis eorũ qui Prophetas occide-
runt. Et Actuum. 7. Dura ceruice, & incircũcisi cordibus Actu.7. f.
& auribus, Vos semper spiritui sancto restitistis: sicut pa-
tres vestri, & vos. Quem prophetarũ non sunt persecuti
patres vestri? Et occiderũt eos qui prænunciabant de ad-
uẽtu Iusti Hos proponit in exemplũ propter ipsorũ con
stãtiam. Iacobi quinto. Exemplum accipite fratres labo- Iaco.5. c.
ris & patientiæ, prophetas: qui locuti sunt in nomine
domini. Qui à veritate propter flagella, non moue-
bantur. Vnde de Eliseo Ecclesiastici quadragesimo octa Eccl.48.b
uo. In diebus suis non pertimuit principem, & [illegible]otentia
nemo vicit illum. Nec superauit illũ verbũ aliq[illegible]od. Hæc
omnia mala sufferebãt prophetę propter mercedem quã
alijs promittunt. Ecclesiastici trigesimo sexto. Da merce- Eccle.36 c
dem sustinentibus te, vt prophetę tui fideles inueniãtur.

M.E.C.D. 2017

Vnde eximius ille propheta Ioannes, post omnes tribu-
Apoc.22.c lationes ecclesię, subiungit in persona CHRISTI Apocalypsis vigesimo secũdo. Ecce venio cito, & merces mea mecũ est, reddere vnicuiq; secundũ opera sua, Vnde.

¶Diuersa præmia ꝓmittit scriptura.

Nota quod diuina scriptura insinuat nobis differentias præmiorum secundum diuersitates meritorum. Vnde inuenitur merces salua, merces magna, digna, plena, tẽporanea, festina, fidelis, copiosa, ꝑpetua. Merces salua, est angelis ministrantibus nobis. Magna dat prælatis siue præsidentibus. Digna obedientibus. Plena contemplantibus. Temporanea datur operantibꝰ. Festina proficientibus. Fidelis perficientibus. Multa siue copiosa patientibus, Sed Perpetua perseuerantibus.

Vnde de salua mercede Angelorum (quia ob ministerium quod habent erga nos, a suo præmio non fraudãtur) dicitur
Tobi.5.a Tobię quinto. Inquire tibi aliquem fidelem virum qui eat tecum salua mercede sua.

De mercede magna præsidentium. A domino dicitur
Geñ.15.a. Genesis.15. ad Abram, qui typum gerit prælatorum. Ego protector tuus sum, & merces tua magna nimis.

Ester.16.d De mercede digna obedientiũ, dicitur Esther decimo sexto. In posterum cognoscantur omnes qui Persis obediunt, dignam pro fide recipere mercedẽ.

Rut.2.c. De mercede plena contemplantium, dicitur ad Ruth secundo, quæ typum gerit contemplatiuorũ, quę cuncta reliquit propter deũ, & interpretatur ouis vel videns, vt ouis dicatur propter mititatem affectus anima contemplatiua, sed videns propter illuminationem intellectus. Vnde dicit ei Boos. Reddat tibi dominus pro opere tuo & plenã mercedem recipies à domino deo Israel, ad quẽ venisti, & sub cuius confugisti alas.

eccl'i.51.d De mercede temporanea operãtium dicitur Ecclesiastici vltimo. Operamini opus vestrũ ante tempus. & dabit vobis mercedem vestrã in tempore suo.

eccl'i.11.c De mercede festina proficientiũ dicitur Ecclesiast. vndecimo. Benedictio dei in mercedem iusti festinat.

De mercede fideli perfectorũ vt prædicantiũ vel taliũ
prou.11.c dicit Prouerbiorũ.11. Seminanti iustitiã merces fidelis.

De mercede patientiũ copiosa siue multa, dicitur hic.

Et mat-

M.E.C.D. 2017

Et Matthęi. 5. Ecce eñ merces veſtra copioſa eſt in cęlis. Matt.5. a.
De mercede vero perpetua,quę congruit perſeueranti
bus.Eccleſiaſtici.18. Non vetêris vſq; ad mortẽ iuſtificari eccli.18.c
quoniã merces dei manet in ęternum. Sic ergo ſecundũ
diuerſitates meritorũ appropriãtur differentię pręmiorũ
Et ſic reddet deus iuſtis mercedẽ laborũ ſuorũ. Sapien.11. Sapi.11.d.
¶Verũtamen vę vobis diuitibus,)Poſt promiſsiones bea
titudinum ſubiungit cõminationes ſuppliciorũ.Et quia
cõtra bonũ malũ,quatuor ponit cõminationes quatuor
beatitudinibus ex oppoſito reſpondentes, ſcilicet deſo-
lationẽ in amiſsione boni tẽporalis.Eſurię in amiſsione
boni ſpiritualis,Fletũ,in afflictione mali corporalis.Cõ-
fuſionẽ in paſsione opprobrij ſempiternalis. Et hęc ſunt
quatuor vę, quę cõminatur quatuor generibus hominũ
oppoſitis viris euãgelicis prędeterminatis,ſc; cupidis,gu
loſis,laſciuis,& vane glorioſis.Cupidis ergo cõminatur ¶Contra
væ ſempiternæ deſolationis,cum dicit. cupidos.
« Verũtamen vę vobis diuitibꝰ,)Aduerſatiue dicit diui-
tibus,id eſt,diuitias amãtibus,quia tales inhiant ad diui
tias congregandas.Habacuc.2. Vę ei qui multiplicat nõ Haba.2.b
ſua,id eſt bona terrena quę nõ ſunt noſtra, quia nec no-
biſcũ veniũt,nec nobiſcũ recedũt. Terreni tamen homi-
nes reputãt eſſe ſua. Apocalyp.8. Vę vę vę habitãtibus in Apoc.8. d
terra. Tales ſunt cupidi,contra quos dicit dñs Matthę.6. Matt.6.c.
Nolite theſaurizare vobis theſauros in terra : vbi ęrugo
& tinea demolitur.Quoniã ad diuitiarũ iſtarũ multipli
cationẽ neceſſe eſt ſequi inopiã,& ad conſolationẽ ſequi
« deſolationẽ.Ideo ſubdẽs rationẽ dicit, (qui habetis cõſo
« lationẽ veſtrã,) ſc; de pręſenti,ſed nõ de futuro. Vnde Ia- Iaco.5. a.
cobi.5. Agite nũc diuites,plorate,vlulãtes in miſerijs ve-
ſtris què adueniẽt vobis. Ideo conſolatio iſta vana & fal-
ſa eſt,quia deſolationẽ inducit. Zacharię.10. Somniato- Zac.10.
res loquuti ſunt fruſtra,& vanè cõſolabãtur. Vere fruſtra
quia dormierũt ſomnũ ſuũ: & nihil inuenerũt oñes viri
diuitiarſi in manibus ſuis. pſalmo. 75. Et prę[illegible]a etiã cũ pſal'o. 75.
prophetà Dauid. renuit cõſolari anima mea memor fui pſal'o. 76.
dei & delectatus ſum.Iob.6.Hęc mihi ſit cõſolatio, vt af- Iob. 6. b.
fligẽs me dolore,nõ parcat,vt per deſolationẽ viæ perue-
niatur ad cõſolationẽ patrię.De qua Iſaię.66,Quomodo Iſaię.66.d
ſicut

si cui mater blandiatur, ita ego cõsolabor vos. Hanc de-
Iudit.8.c bemus expectare, nõ præoccupare. Iudith octauo. Expe-
ctemus humiles consolationem eius.

¶Cõtra gulosos. prou.23.d

Gulosis comminatur væ perpetuæ famis, cum subdit. » (Væ vobis qui saturati estis, &c.) vacando scilicet crapulę »
& ebrietati. Prouerbiorum decimo tertio. Cui vę? cuius
patri væ? cui rixæ? cui foueæ? cui sine causa vulnera?
cui suffosio oculorum? Nonne his qui cõmorantur in
Isaię.5.e. vino, & student calicibus epotandis? Isaiæ quinto. Væ
qui potẽtes estis ad bibendum vinũ, & viri fortes ad mi-
scendam ebrietatem. Et ideo subditur, (quia esurietis,) »
Saturitas hęc inducet perpetuam famem, secũdum illud
Iob.20.c. Iob vigesimo. Cum satiatus fuerit, arctabitur, ęstuabit,
Isaię.65.b & omnis dolor irruet sup eũ. Et Isaię sexagesimo quinto.
Ecce serui mei comedent, & vos esurietis. Ecce serui mei
psal'o.77. bibent, & vos sitietis. Vnde de malis dicitur psalmo.77.
Manducauerunt & saturati sunt nimis.

¶.Cõtra lasciuos & risus ineptos. Iob.20.a. prou.14.b Eccl's.3.a.

Lasciuis cõminatur vę sempiterni fletus, cũ dicit. (Væ »
vobis qui ridetis nũc: quoniã lugebitis & flebitis.) Id est »
in hoc momẽto temporis. Iob.20. Gaudiũ hypocritæ ad
instar pũcti. Et Prouerbiorũ.14, Risus dolore miscebitur,
& extrema gaudij luctus occupabit. Melius est certe q̃
fletus risum antecedat, quã econtrario. Et propterea di-
citur, Ecclesiastes.3. Tẽpus flendi, sc; prius in hoc tẽpore,
& tẽpus ridendi post in æternitate. Sed fatuus non vult
Eccli.12.c nũc cõtinere à risu. Ecclesiastici.21, Fatuus in risu exaltat
vocẽ suam: vir autẽ sapiens vix tacitè ridebit. Imo Eccle-
Eccle.2.a. siastes secũdo. Risum reputaui errorem: & gaudio dixi.
Quid frustra deciperis? Stulti ergo sunt qui nũc rident,
& sapiẽtes qui nunc lugent, secundum illud Ecclesiastes
Eccles.7a septimo. Cor sapientiũ vbi tristitia est, & cor stultorum
vbi lætitia. Propter quod dicitur stultis & mundanis.
Isaię.65.c Isaiæ sexagesimo quinto. Ecce serui mei laudabunt prę
exultatiõe cordis, & vos clamabitis prę dolore cordis, &
præ cor[illegible]tione spiritus vlulabitis, scilicet in inferno.
Matt.13.g Matthæi decimo tertio. Ibi erit fletus & stridor dentiũ.

¶Cõtra vanè glorioſos.

Vane glorioſis comminatur væ ſempiterni contem- »
ptus, cum ſubdit, (Væ vobis cum benedixerint vobis o- »
mnes homines,) Vanis ſcilicet laudibus extollendo, Pro-
uerbiorũ

M.E.C.D. 2017

uerbiorum vigesimo septimo. Qui benedicit proximo suo voce grandi, de nocte consurgens maledicenti simi- prou.27.c
lis erit. Quia sicut dicitur Isaiæ nono. Erunt qui beati- Ilaiç.9.c.
ficant populum istum seducẽtes, & qui beatificantur, prę
cipitati. Pręcipitãtur enim ex vanis laudibus in oppro-
brium sempiternũ dum ex illis extollũtur, secundũ illud
Iob trigesimo. Eleuasti me quasi super ventũ ponens, sc; Iob.30.c.
vanę laudis, elisisti validè. Et quia difficile est huiusmodi
« laudes vitare, subiũgit exemplũ. (Secundũ hæc enim fa
« ciebant prophetis patres eorũ,) Prophetis inquã, nõ ve-
ris, sed falsis. Vnde glossa. Benedicebãt pseudo prophetis Glossa.
qui ad captandum fauorẽ vulgi de corde suo propheta-
bant. Ieremiæ. 5. Stupor & mirabilia facta sunt in terra, Iere. 5. g.
prophetæ prophetabãt mendaciũ, & sacerdotes applau-
debant manibus suis: & populus meus dilexit talia. In
hoc ergo quod ostẽdit malos homines laudari à pseudo
prophetis, ostendit omnino contẽnendum esse fauorem
popularẽ, Psalmo .52. Deus dissipauit ossa eorum qui ho- psalo.52.
minibus placent: confusi sunt, quoniã deus spreuit eos.
Hoc autẽ dictum est nõ de his qui bona exempla & lau-
dabilia populis ostẽdunt ad deum glorificandum, cum
dicatur Matthæi.5. Luceat lux vestra coram hominibus: Matt.5.b
vt videant opera vestra bona, & glorificẽt patrẽ vestrum
qui in cœlis est. Sed qui propriã gloriã in placẽdo ho-
minibus, & in eorũ laudibus quærunt. Ad Galatas pri- Gala.1.b
mo. Si adhuc hominibꝰ placerẽ, Christi seruus nõ essem.

Nota hic de diuersitate inter Matthæum & Lucam, Matt.5.a
quòd Lucas ponit promissiones. & comminationes.
Matthæus autẽ solas promissiones ponit. Propter quod
videtur, vel quod alter dixerit diminutè, vel alter super-
fluè, sed certè potest responderi secundum quod Glossa Glossa
innuit, & Augustinus dicit, quòd alius fuit sermo hic, & Augu-
alius apud Matthæum. Cuius diuersitas ex locis colli-
gitur, & personis, & præceptis. Nam ille factus est disci-
pulis, iste turbis. Ille sedendo, iste stando. Ille in monte,
iste in loco campestri. Ille plura documẽta continet quã
iste. Ille septẽ beatitudines, iste quatuor. Ex quibus omni
bus colligitur quod fuit alius atq; alius. Nec immerito,
quia alijs & alijs personis, aliter & aliter est loquendum.

Discipuli ꝛ

M.E.C.D. 2017

Discipulis enim tanquã perfectioribus perfectiori modo debuerũt mandata euangelica expl cari, turbę vero non possunt ad altiora cõscendere. Ideo nõ adeo perfectè explicatur verbũ dei turbis. sicut apostolis. Et quia perfecti mouẽtur amore, imperfecti vero nõ solum amore, sed simul cõminationis timore: Ideo in sermone apostolorũ ponũtur beatitudines & non vę, in sermone turbarũ & beatitudines & vę. Rursus quia perfecti cõformes efficiũtur CHRISTO per septiformẽ spiritũ: qui requieuit sup-
Isatę.11.a. eum. Isaię.11. Ideo septẽ ponũtur beatitudines, septem donis spirituſſancti sc; concordantes. Hic notãtur quatuor beatitudines correspondẽtes quatuor virtutibꝰ cardinalibus, vt habef in Glossa. Paupertas, temperãtiæ, Esuries
Glossa. boni spiritualis, iustitię. Fœtus, prudetię. Passio malorũ,
Beda. fortitudini siue patiẽtię, sicut dicit glossa Bedæ. In his tamen quatuor alię cõtinẽtur implicitè. Vnde nõ ita exprimit Lucas spiritualẽ intellectũ in huiusmodi promissio-
Matt.1.a. nibus vt Matthęus. Dicit eñ beati pauperes spiritu. Hic solũ beati pauperes, Ille, beati qui esuriũt & sitiũt iustitiã quoniã ipsi saturabũtur. Hic autẽ, beati qui nũc esuritis,
Ibidem. quia saturabimini. Et iterũ in Matthęo proponũtur pluraliter in tertia persona, quia alloquitur intelligẽtes. In Luca particulariter, & in secunda persona, qa alloquitur sensuales. Ex his colligi possunt rationes aliarũ diuersitatum, quia pro diuersitate audientium diuersimodus est
Coll.4.a. sermo doctorũ. secũdũ illud apostoli ad Coloss.4. Sermo vester semp in gratia sale sit cõditus. vt sciatis quomodo oporteat vos vnicuiq; respõdere. Et hoc faciebat ille do-
1.Cor.3.a ctor gentiũ. 1. Corinth.2. Ego cũ veniſſem ad vos fratres, veni nõ in sublimitate sermonis aut sapiẽtiæ annũcians vobis testimoniũ CHRISTI, post sequitur. Sapientiã au-
Marc.4.d tem loquimur inter perfectos. Sic faciebat saluator qui turbis loquebatur in parabolis, seorsum autẽ, discipulis
Matt.13.a suis differebat omnia. Quia sicut dicitur Matthæi.13. Eis datum e[illegible]noſſe mysteria regni cœlorum.

¶Sed vobis dico qui auditis,) Post promissiones premiorum, & comminationes suppliciorum, subdit hic tertio Euangelici præceptoris leges siue documenta dirigentia, & habet partes duas. In quarum prima ponit documenta

M.E.C.D. 2017

menta propria & expressa. In secunda verò similitudinaria & translata, ibi: (Dicebat autem illis & similitudinem, & cætera.) Circa prima documenta auditoribus cõmendanda hoc modo procedit CHRISTI doctrina. Primo nanq; promulgat legem euangelicam sub perfectione conueniente: secundo verò probat ex conditione deficiente, ibi:(Etsi diligitis qui vos diligunt.) Tertio verò resumit cum ratione mouente, ibi:(Veruntamẽ diligite inimicos vestros.) Quarto concludit per retributionem sufficientiæ, ibi. (Estote ergo misericordes.) Circa documentorum promulgationem notandum est quod ad hoc quod homo sit perfectus, necesse est ipsum esse perfectè beneuolum, perfectè pacificum, & perfectè benesicum. Primum respicit affectionem, secundum verò passionem. & tertium operationem. Dat ergo primo mandatum perfectæ beneuolentiæ, cum ait: Inf. eo. c.

« Sed vobis dico qui auditis: Diligite inimicos vestros) Hoc nanq; mandatum est auditoribus, id est credẽtibus & obedientibus proponendum, in quibus habitat deus quia dicitur primæ Ioannis quarto: Qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. Et talis audit mandatum charitatis, non solum aure corporis, sed cordis, secundum illud Ioannis octauo. Qui ex Deo est, verba dei audit. Hunc auditum dominus excitabat. Isaię quinquagesimo quinto. Audite audientes me, & comedite bonum, & delectabitur in crassitudine anima vestra. Inclinate aurem vestram, & venite ad me, audite, & viuet anima vestra. Viuet vtiq; per mandatũ dilectionis, quia sicut dicitur primæ Ioannis tertio. Qui non diligit. manet in morte. Et ante illud. Nos scimus quoniam translati sumus de morte ad vitam, quoniam diligimus fratres. Ad hãc apostolus inuitat ad Ephesios quinto. Ambulate in dilectione, sicut & CHRISTVS dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis oblationem & hostiã Deo in odorem suauitatis. Quoniam cum inimici essemus, reconciliati sumus per mortem filij eius. Ad Romanos quinto. Et ita nos debemus inimicos diligere. Et quoniam non sufficit diligere verbo, neq; lingua solum « sed opere & veritate, ideo subdit(Benefacite his qui oderunt vos

¶De dilectione inimicorũ, & beneuolentia. 1.Ioã.4.d Ioan.8.f. Isaię.45.d 1.Ioan.3.c Ibidem. Ephe.5.a Rom.5.b 1.Ioã.3.c.

M.E.C.D. 2017

prou.25.c runt vos.)Vt sit dilectio sine simulatione.Prouerbiorum vigesimo quinto . Si esurierit inimicus tuus,ciba illum
Rom.12d. si sitiuerit,da ei aquam bibere.Idem dicitur ad Roman. duodecimo. Et quia verbum melius est quàm datum, & sermo declarat affectum, ideo subdit. (Benedicite male» dicentibus vobis.)In sermone publico.(Et orate pro ca »» lumniantibus vos.)In sermone priuato . (Benedicite.) » inquam sermone manifesto . Ad hoc hortatur Aposto.
Rom.12.c lus ad Romanos duodecimo . Benedicite persequenti»
1.Pe.3.b. bus vos,benedicite,& nolite maledicere. Et primæ Petri tertio . Non reddentes malum pro malo , nec maledictũ pro maledicto, sed econtrario, benedicentes .(Orate .) »»
Isaiç.53.d. etiam in sermone secreto , exemplo illius , de quo Isaiæ quinquagesimo tertio dicitur.Pro transgressoribus ora»
Actu.7.g. uit . Et exemplo illius protomartyris Actuum septimo. Positis autem genibus clamauit voce magna : Domine, ne statuas illis hoc peccatum. Sed huic contrariari vide
4.Re.2.d. tur quod quarti Regum secundo scribitur : Vbi Elisæus iratus legitur pueris irridentibus,& Elias quinquagena»
4.Re.1.b rijs quarti Regum primo . Et Paulus sacerdoti summo.
Actu.23.a. Actuum vigesimo tertio . Ad quod respõdet Beda, quod
Beda. ista non sunt vota optantium , sed prædicationes futu» rorum. Vel non irascebantur contra naturam . sed con»
Augustii . tra vitium. Vt enim dicit Augustinus. Sic homines sunt diligendi . vt tamen eorum non diligantur errores . Sic igitur dat mandatum perfectæ beneuolentiæ , quæ non solum consistit in corde, sed & opere & sermone indica»
Gregori ri debet . Vnde Gregorius . Ad dilectionem conditoris,
¶Conclu lingua,mẽs, & manus requiritur. De hoc autem manda
sio. to beneuolentiæ in summa notandum est , quòd quan» tum ad affectum astringit vniuersos, quantum ad signũ astringit perfectos,non imperfectos,quantum ad effectũ in articulo necessitatis omnes astringit. Circa necessita» tem non astringit imperfectos , nisi quantum requirit debitum alicuius præcepti . Perfectos autem à statu præ
Patiẽtia lationis,astringit , quantum requirit debitum officij as»
perfecta. sumpti.Perfectos à statu perfectionis, quantum requirit debitum boni exempli . Perfectos autem à perfectione virtutis

M.E.C.D. 2017

virtutis,quantum requirit vnctio charitatis.

Secundo dat mandatum de perfecta patientia , cum subdit:(Et qui te percutit in maxillam vnam .) Inferendo scilicet iniuriam in persona . Et ponit maxillam pro parte corporis nobiliori,quæ cum percutitur , præcipua iniuria irrogarur. Iob.16.Aperuerũt super me ora sua,& exprobrãtes percusserũt maxillã meã , satiati sunt pœnis meis.De tali ac tanta iniuria non est exigenda vindicta, sed exhibẽda patiẽtia.Vnde subdit:(Præbe illi & alterã.) Scilicet maxiliam,id est,paratus sis aliam percussionem sustinere,exemplo magistri. De quo Threnorum tertio: Dabit percutienti se maxillam , saturabitur opprobriis. Dabit vtiq; , non inuitando ad percussionem , sed non apponendo defensionem,secundum illud ad Romanos duodecimo . Non vosmetipsos defendentes charissimi, sed date locum iræ.Scriptũ est enim,mihi vindictã , ego retribuam dicit dominus.Sed si esurierit inimicus tuus, ciba illum:si sitit, potum da illi. Hoc enim faciens, carbones ignis congeres super caput eius. Noli vinci à malo,sed vince in bono malũ.Vnde in hoc mãdato ,phibet libidinosa defensio,sed non charitatiua correptio ,cum dicatur Matthæi decimo octauo . Si peccauerit in te frater tuus, vade , & corripe eum & cætera . Et exemplum huius in CHRISTO,Ioannis decimo octauo. Vnus assistens ministrorum dedit alapam IESV,dicens Sic respondes pontifici?& subditur: Respondit ei IESVS: Si malè loquutus sum,testimonium perhibe de malo,si autem benè,quid me cædis ? Vnde Augustinus in quodam sermone de verbis domini ait: Si iniuriam pateris ,& taces,& proximum non corripis,plus peccas negligendo, quàm ille affligendo.Per hoc etiam mandatum non arcentur personæ sæculares laicæ à sui vel aliorum defensione.Vnde Paulus Actuum vicesimo tertio .Petijt milites vt illęsus seruaretur.Vnde Augustinus primo de ciuitate dei exponẽs illud pręceptũ Exo.20.Nõ occides,dicit q; contra hoc pręceptũ nõ fecerũt qui Deo authore bella gesserñt,aut personã gerẽtes publicę potestatis , secundũ eius leges , hoc est iustissimæ rationis imperiũ scelleratos

Iob.16.b. Thre.3.d Rom.12.d Matt.18.b Ioan.18.c Augusti. Actu.23.d Augusti. Exo.20.b

morte

M.E.C.D. 2017

morte punierũt. Vnde Canon dicit .23.Q.3. capitulo. For
23.Q .2.ca titudo & est verbũ Ambrosij libro primo de officijs. For
Ambrosi. titudo quæ bello tuetur à barbaris patriã, vel domi de-
¶Fortitu fendit infirmos, vel à latronibꝰ socios, plena iustitia est.
do. Ista præcepta patientiæ sunt semper in cordis præpara-
tione retinenda, ipsa nanq; beneuolentia ne reddatur
malum pro malo semper in cordis voluntate complen-
da est. Agenda autem, sunt multa cum inuitis benigna
quadam asperitate plectendis, quorum potius est vtilita
ti consulendum quàm volũtati. Sic igitur intelligendũ
est mandatum de exhibenda patientia iniurianti ipsi
personæ. Exhibenda est patientia etiam iniurianti in re
possessa, propter quod additur: (Et ab eo qui aufert tibi »
vestimentum.) Scilicet exterius per iniuriam. Sicut illi, »
Iob.24.b. de quibus ait Iob.24. Nudos dimittunt homines, indu-
menta tollentes, quibus non est operimentum in frigo-
Mich.2 .c re. Et mich.2. Desuper tunicam pallium sustulistis. Tali
ter iniurianti exhibenda est patientia, vnde subdit. (Etiã
tunicam noli prohibere.) Scilicet rixando vel contradi- »
psal'o .22. cendo, exemplo saluatoris, de quo in Psalmo vicesimo »
primo. Diuiserunt sibi vestimenta mea &cæ. Sine repu-
gnantia scilicet & contradictione. In hoc etiam manda
to intelligendum est, prohiberi contentionem vel libi-
Augusti. dinem vindicandi. Vnde Augustinus ad Marcellinum:
Cauendum est ne vindicandi cupiditate amittatur ipsa
patientia, quæ pluris habenda est quàm omne bonum
¶Conclu quod potest inimicus inimico auferre. In summa hic te-
sio. nendum est, de præcepto patientiæ quòd non prohibe-
tur hic correptio proximi, seu impeditio vel prohibitio
mali, vel punitio sceleris perpetrati ab eo qui potest. &
debet præpedire, cuiusmodi est legis minister, sed prohi-
betur & cohibetur hic vlciscendi libido, & quantum ad
manum, & quantum ad signum, & quantum ad animũ.
Vnde hic addit Euangelista super legem quam perficit,
& confirmat secundum spiritualem intelligentiam.

¶Benefi- Suprà egit de mandato beneuolentiæ, & de manda-
centia. to patientiæ. Hic tertio dat mandatum de perfecta bene
ficientia, cum subiungit, (Omni autem petẽti te tribue.)
Hoc est mandatũ generale respectu omnis personę &om
nis

M.E.C.D. 2017

nis dari,siue obsequij,siue mutui,siue alterio muneris.Est proximo dandũ munus exterioris releuationis,secundũ illud Deuter.15.Ego præcipio tibi,vt aperias manum fratri tuo egeno & pauperi.Et Exodi.23. Si videris asinum odientis te,iacere sub onere,non pertranſibis,sed subleuabis cum eo.Est & munus internæ cõpassionis. Isai.58. Cum effuderis esurienti animam tuam, & animam afflictam repleueris, orietur in tenebris lux tua, & tenebræ tuæ erunt sicut meridies.Et ad Colloss.3. Induite vos, sicut electi dei,sancti & dilecti viscera misericordiæ, benignitatem,humilitatem,modestiam,patientiam, supportantes inuicem,& donantes vobismetipsis,si quis aduersus aliquem habet querelam, sicut & dominus donauit vobis,ita & vos.Super omnia autem hæc, charitatẽ continuam habete, quod est vinculum perfectionis, & pax CHRISTI exultet in cordibus vestris.Et etiam munus dulcis loquutionis.Eccli.18.Nonne ardorẽ refrigerabit ros? sic & verbum melius,q̃ datum:Nonne ecce verbum super datum bonum? & vtraq; cum hoĩe iustificato. Ad duo subsequentia oẽs obligantur. Ad primum aũt obligantur præcipuè diuites, siue qui habent vnde possint alienam necessitatem releuare.Vnde.1.ad Timot.vltim. dicitur:Diuitibus huius seculi precipe,non sublime sapere,neque sperare in incerto diuitiarum: sed in deo viuo, (qui præstat nobis omnia abundè ad fruendum,) bene agere, diuites fieri in bonis operibus, facilè tribuere, communicare,thesaurizare sibi fundamentum bonum in futurum,vt apprehendant veram vitam.Obligat etiã respectu omnis personæ,cõsiderata natura & necessitate non autẽ pensato vitio.Vnde non contrariatur ei quod dicitur.Ecclesiast.12.Da bono,& non receperis peccatorem.Benefac humili,& non dederis impio. Hoc dicit in quantum peccator, vel impius. Vnde non dandum histrionibus ratione sui ministerij:quia sicut Hieronymus dicit · Mimis & histrionibus dare, nihil aliud [illegible] quàm dæmonibus immolare. Si tamen in necessitate sint constituti, dandum est eis,quia sunt ad imaginem dei creati, & quia fratres nostri.Vnde Primæ Ioann.tertio.dicitur: Qui viderit fratrem suum necessitatem habere, &

¶Varia sunt beneficentiæ munera. Deut.15.b Exo.23. a. Isaię.58. c

Collo.3 b

Eccli.18.b

¶A quibus danda & quibus dari debeat eleemosyna. 1.Tim.6d

Eccli.12.

Hierony.

1.Ioã.3. c.

M.E.C.D. 2017

clauſerit viſcera ſua ab eo: quomodo charitas dei manet in eo? Et quia hoc mandatum beneficientiæ ſe extendit ad omnes ſine exceptione, ideo ſpecificat etiã de iniuriã tibus, cũ ſubiungit. (Et qui aufert quę tua ſunt, ne repe- »
Gloſſa. tas.) Gloſſa, Cum litigio vel contẽtione, quę venit ex cu- »
Iſaię.58.a piditate. Vnde. Iſa.58. dicitur: Ecce in die ieiunij veſtri in- uenitur voluntas veſtra, & oẽs debitores veſtros repeti-
Eccli.31.d tis. Ecce ad lites, & ad contentiones ieiunatis. Et Eccl'.31. Verba improperij nõ dicas illi.ſ. proximo, & nõ premas illum in repetẽdo. Maximè aũt tunc premit, qñ corã iu- dice alieno, vel infideli in cauſam trahit, propter quod.
1.Cor.6 b 1.ad Corint.6. dicitur: Frater cũ fratre iudicio contendit & hoc apud infideles? Iam quidẽ oĩno delictum eſt in vo bis, q̃ iudicia habetis inter vos. Quare nõ magis iniuriã accipitis? quare non magis fraudem patimini? Hoc au- tem dicit, non quia nullo modo liceat repetere, ſed vt o- ſtendat, q̃ magis debemus diligere proximum, & eius ſa
Gregorius lutem, q̃ rem tẽporalem. Vnde Gregorius. Cum pro terre na re pax à corde cum proximo ſcinditur, apparet quòd plus res q̃ proximus amatur.

¶Tribus modis cõtingit res ſuas repe- tere. Vnde hic nota q̃ repetere cõtingit tripliciter, ſcilicet ex cupiditate, ex zelo iuſtitiæ, ex timore caſus. Primum eſt malorum, non iuſtorum charitatem habentium, ſecun- dum illud. Primæ ad Corint. decimotertio. Charitas nõ quærit quæ ſua ſunt. Gloſſa. Non repetit ablata ſcilicet ex amore cupiditatis ad rem.

¶Ex cupi ditate. Secundo cõtingit repetere zelo iuſtitiæ, & hoc modo licet perfectis, qui habẽt proprium in communi, nomine

¶Zelo iuſtitiæ. communitatis. Perfectis verò qui nec in communi, nec in ſpeciali, habẽt proprium, non licet eis repetere, ſed eis ſolum licet, qui habẽt proprietatẽ illarum rerum, quarũ ipſi vſum habẽt. Ille zelo iuſtitiæ repetit, qui intẽdit con ſulere ſaluti rapiẽtis, & refrenationi cupiditatis alienæ,
Gregorius & paci vniuerſalis eccleſiæ. Vnde Gregorius. Non ſolum debe[illegible]e cura, ne noſtra rapiant, ſed ne rapiẽtes nõ ſua, ſemetipſos perdant. Ille zelo iuſtitiæ repetit, qui inten dit ius ſuum defendere, vel perſonæ, vel eccleſiæ, ſeu ali- cuius communitatis adiunctæ, maximè quum illud ex cauſa teneatur defendere.

Eſt ter

M.E.C.D. 2017

Est tertio repetere timore casus, scilicet ne propter paupertatem & indigẽtiam cadat in culpã. Et sic spectat ad infirmos. Vnde orabat Sapiẽs in persona talium. Pro.30. Mendicitatẽ, & diuitias ne dederis mihi: tribue tantum victui meo necessaria, ne fortè satiatus illiciar ad negandum, & dicam: Quis est dñs? aut egestate compulsus furer, & periurẽ nomẽ dei mei. Vult ergo in hoc mandato dicere, quòd homo sit paratus ad benefaciẽdum omnibus, non tantum benefactoribus suis, sed etiã prędatoribus. Ad perfectionẽ etiã beneuolentię exigitur, ꝙ homo benefaciat in omnibus. Vnde subditur. (Et prout vultis, vt vobis faciãt homines, & vos facite illis similiter.) Et nota, ꝙ nõ dicit, prout faciunt, sed prout vultis, quia quilibet vult, cũ indiget sibi benefieri, & in omni necessitate releuari. Prouerbiorum. 24. Ne dicas. Quo modo fecit mihi, sic faciam ei: reddam vnicuiq; secundum opus suum. In hoc mandato est conseruatio legis naturalis, cuius altera pars videlicet, negatiua ponitur Tobiæ. 4. Et implicatur hic scilicet: Quod ab alio oderis fieri tibi, vide ne tu aliquãdo alteri facias. Vult ergo quòd semper bonũ, quando possumus cuilibet faciamus, sicut prompti sumus, pro nobis bona recipere, secundum illud ad Galat. vltimo. Bonum autem faciẽtes, non deficiamus, tẽpore enim suo metemus, non deficientes. Ergo dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes: maximè autem ad domesticos fidei. Et nota, quòd non dicit, facite prout volunt homines. sed prout vultis. Tum, quia voluntas nostra nobis notior est. Tum etiam, quia magis nos mouet consideratio nostri. Tum etiam, quia loquitur ad eos, qui voluntatẽ habent ordinatam, & secundum illam est operandum. In summa tenendum est de prȩcepto beneficẽtiæ in generali, quod tantum astringit quantũ explicatur per speciales obligatiões prȩceptorũ. Et ideo supra legẽ naturę, addita est lex scripta vt per eã sciret homo ad quid astringeretur ex iustitia.

¶ Timore lapsus. prou. 30 b

prou. 24 d

Tob 4. c.

Gala. 6. b

Nota.

¶ Et si diligitis eos, qui vos, & cætera.) Postquam promulgauit leges euangelicas, sub perfectione conuenien te, hic secundo probat ex conditione deficiente, vbi ostẽdit quòd prȩcipere debuit secundũ modum præmissum,

¶ Conclusio.

M.E.C.D. 2017

alioquin nullum est meritum apud Deum. Vnde ostendit hic tria, scilicet, quòd non sufficit ad meritum esse benevolum respectu amantium, nec beneficum solum respectu retribuentium nec communicatiuum respectu recompensantium. Et in hoc ostendit, quòd perfecta benevolentia, & beneficentia non tantum debet se extẽdere ad amicos, verum etiam ad aduersarios, iuxta formam superius promulgatam. Est ergo primo notãdum, quòd non sufficit esse benevolum solum respectu diligẽtium, quia hoc est peccatorum, propter quod ait.

¶Nõ ois dilectio proximi apud deũ meritum habet.

Et si diligitis eos qui vos diligunt.) Id est quia vos di- »
ligunt. (Quæ vobis est gratia.) Id est, quod meritum re- »
tributione dignum: quasi diceret, nullum. Et rationem »
reddit. (Nam & peccatores diligentes se, diligunt.) Qui
nullum habent meritũ apud deũ. hoc enim est naturale,
secundũ illud. Eccl'. 13. Omne animal diligit simile sibi: sic
Eccl'i. 13. c & ois homo proximũ sibi. Omnis caro ad similem sibi
coniungetur, & ois homo simili sui sociabitur. Vel etiam
Eccl'i. 37. a carnale diligit simile sibi. Eccl'i. 37. Sodalis amico coniocũdabitur in oblectationibus, & in tempore tribulationis aduersarius erit. Sodalis amico condolet causa ventris, & contra hostem accipiet scutũ. Talis dilectio apud deum nõ habet meritũ, quia nõ impenditur propter deũ
Si eñ propter deũ impenderetur, vtiq; diligeret deus di-
prou. 8. b ligẽtes se, secundũ illud Prou. 8. Ego diligẽtes me diligo.
Minus etiã diligẽtibus plus dilectionis repẽderet, secun-
2. Cor. 12 e dum illud 2. ad Corin. 12. Ego aũt libentissimè impẽdam
& superimpẽdar ego ipse pro animabus vestris licet plus
vos diligens, minus diligar. Item nullo modo etiam dili-
1. Ioã. 4. b gẽtes, diligeret secundum illud. 1. Ioan. 4. In hoc est charitas, non quasi nos dilexerimus deum: sed quoniam ipse prior dilexit nos, & misit filium suum propitiationem
Rom. 5. b pro peccatis nostris. Et ad Romanos. quinto. Commendat autem charitatem suam Deus in nobis: quoniam cum adhuc peccatores essemus, secundum tempus CHRISTVS pro nobis mortuus est. Vnde quando dilectio solum ad diligentes extenditur, non est dilectio diuina nec gratuita: sed mercenaria, & humana, ac per hoc nec retributione digna.

Non

M.E.C.D. 2017

Non ſufficit etiam eſſe beneficum, reſpectu retri-
buentium: quia hoc etiam eſt ipſorum mundanorum,
« propter quod ſubdit: (Et ſi bene feceritis his, qui vobis
« benefaciunt.) Gloſſa, id eſt ideo, quia benefaciunt. Gloſſa.
« (Quæ vobis eſt gratia.) Id eſt, quod meritum, quaſi di-
ceret, nullum. & ratio redditur. (Siquidem & peccatores
hoc faciunt.) Beneficium namque ob recompenſatio-
nem factum, non eſt gratuitum, ſed venale, & ideo, nec
acceptabile eſt. Vnde Eccleſiaſtici vigeſimo. Datus inſi- Eccl'i.20b
pientis non erit vtilis tibi: oculi enim illius ſeptemplices
ſunt: exigua dabit, & multa improperabit, & apertio
oris illius inflammatio eſt: Hodie fœneratur quis, &
cras expetit, & odibilis eſt homo eiuſmodi. Illud autem
quod liberaliter, & hilariter datur, hoc acceptatur, ſe-
cundum quod dicitur. Secundæ ad Corinthios. nono. 2 Cor. 9b
Vnuſquiſque prout deſtinauit in corde ſuo, non ex tri-
ſtitia, aut ex neceſsitate. Hilarem enim datorem diligit
deus. Si ergo benefacere benefacientibus, ſolum eſt de-
bitum: benefacere non benefacientibus, gratuitum: vi-
detur, quòd malèfacere benefacientibus, eſt impium, &
crudeliſsimum: quòd porrò peccator facit, quum Deum
offendit. Iuxta quod dicitur. Secundi. Paralipomen. tri- 2. pa, 32. f.
geſimoſecundo. de Ezechia, quòd non iuxta beneficia
quæ receperat à deo, retribuit: quia eleuatum eſt cor eius
Vnde CHRISTVS potuit dicere illud Pſalmiſtę trigeſi- pſalo. 34.
moquarto. Retribuebant mihi mala pro bonis ſterilita-
tem animæ meæ. Et peccator poteſt dicere CHRISTO
illud, Primi Regũ. 24. Tu tribuiſti mihi bona, ego autẽ 1. Re. 24. d
reddidi tibi mala. Et eo ipſo ſi vult domino reconciliare
oportet quòd ipſe benefaciat, non tantum benefacienti,
ſed etiam aduerſanti, & talc eſt beneficium charitatis, ſe-
cundum illud. 1. ad Chorinth. 13. Charitas patiens eſt, & 2. Cor. 13b
benigna eſt, charitas nõ æmulatur, nõ agit perperã &c.
Non ſufficit etiam cõmunicatiuum eſſe reſpectu recõ-
« penſantium, quia hoc eſt ipſorum fœnerato n. Vnde
« & ſubiungit: (Et ſi mutuum dederitis his à quibus ſpera-
« tis recipere.) Scilicet recompenſationẽ. (Quæ gratia eſt
« vobis.) Quaſi diceret nulla. Et hoc oſtendit. (Nã & pec-
catores peccatoribus fœnerantur.) Id eſt, cõmodant ad

M.E.C.D. 2017

vſuram.vnde ſubdit:(Vt recipiant ęqualia.) Scilicet pro ſeruitio,nõ ſolum pro debito.Et quia mercedẽ accipiũt non habent meritũ apud deum.Vnde in Pſal.14.Dicitur Dñe quis habitabit in tabernaculo tuo? aut quis requieſcet in monte ſancto tuo? &cę.Et ſubditur: Qui pecuniam ſuam non dedit ad vſuram, & munera ſuper innocentes non accepit.Alioquin in montem dñi non aſcendet.Vnde Ezech.18. Ille iuſtificatur de quo ibidem dicitur:Qui ad vſuram non accõmodauerit, & amplius nõ acceperit.Et ille ecõtrario qui amplius accipit,reprobatur ibi,vt iniuſtus.Vnde talibus poteſt dici illud.Agg.1. cap.reſpexiſtis ad amplius, & ecce factũ eſt minus, quia dicitur in Pſal.75.Nihil inuenerunt oẽs viri diuitiarum, in manibus ſuis.Tales fœneratores inter peccatores cõputantur,quia ſunt oppreſſores aliorũ.Vnde.Prouer.22. Qui accipit mutuum,ſeruus eſt fęnerantis.Et propterea inhibetur.Exod.22.Si pecuniam mutuam dederis populo meo pauperi qui habitat tecũ,non vrgebis eum quaſi exactor,nec vſuris opprimes.Sed contrarium huius videtur dici.Deutero.23.Non fęnerabis fratri tuo ad vſurã pecuniam,nec fruges,nec quãlibet aliam rem:ſed alieno Sed intelligendum eſt, ꝙ hoc eſt malum ſecundum ſe, ſed permiſit hoc illis lex, ſicut & libellum repudij, propter vitationem maioris mali.Ratio autẽ huius prohibitionis eſt multiplex.Tum quia pecunia propter accommodationem nõ deterioatur.Tum quia de ſe nõ fructificat,ſed tota ratio vtilitatis eſt ex parte vtẽtis.Tum quia continuè conſumit & deuaſtat, & ita cõmodum mutui cõuertitur in cõmodum dãni. Tum. quia in mutuatiõe pecunię trãſit rei mutuatę dñium,quia nõ tenetur eandẽ numero reddere.Tũ quia totũ transfertur periculum in eũ qui fuerat mutuatꝰ.Tũ etiã qa in tali modo mutuãdi plus diligitur nũmus q̃ proximus,dũ nũmos ꝓximo accõmodat non ex amore proximi, ſed ex amore nummi.

Deut.23.c

Deut.24a

¶Cur vſura prohibeatur.

¶Verum diligite inimicos &c.)Hic poſt promulgationẽ & probationẽ,reſumit mãdata approbata cũ ratione mouẽte.Sunt aũt tria quę debẽt nos mouere ad prędicta facięda.ſ.authoritas prędicti immẽſitas ꝑmij, & ſublimitas exẽpli.Primũ mouet iraſcibilẽ, ſecũdũ cõcupiſcibilẽ, tertium

M.E.C.D. 2017

tertium vero rationalem. Resumit ergo prædicta documenta per modum præcepti, cum ait.

« Verumtamẽ diligite inimicos vestros, & benefacite,) Scilicet vt non diligatis verbo neq; lingua sed opere & veritate. primę Ioannis tertio. Et hoc imperando dicit, quia sicut dicitur Ioannis. 15. Hoc est præceptum meũ vt diligatis inuicẽ. sicut dilexi vos. Ipse aũt dilexit nõ solũ affectu, sed etiã effectu, sine aliquà spe retributionis. Ideo additur. (Et mutuũ date, nihil inde sperãtes,) Scilicet recõpensationis. Deuteronomij vigesimo tertio dicitur. Fratri autem tuo absq; vsura id, quo indiget, commodabis. vt benedicat tibi dominus deus tuus in omni opere tuo in terra ad quã ingredieris possidendam, Id est, non quęras retributionẽ de hoc ab homine, sicut vsurarij qui propter spem vsurę perdunt spẽ vitę ęternę. Contra quos Apostolus primę ad Corinthios decimoquinto ait. Si in hac vita tantum, in CHRISTO sperãtes sumus: miserabiliores sumus omnibus hominibus. Tales sunt diuites qui in diuitijs sperant, taliũ vacua est spes, & labores sine fructu, vt dicitur Sapiẽtiæ tertio. Et ideo Ecclesiastici trigesimo prio dicit. Beatus diues qui inuẽtus est sine macula: & qui post aurũ non abijt, nec sperauit in pecunia & thesauris. Quis est hic, & laudabimus eum? Fecit enim mirabilia in vita sua. Nota quod spes in mutuo potest esse ad consimile obsequium vel ad lucrum. Primo modo licet. Secundo modo potest esse dupliciter, vel expressa per pactum, & hæc simpliciter est prohibita, quia facit vsurarium. Vel est tacita & in corde. Et hoc modo dupliciter. Vel vt principaliter mouens ad mutuum, & hæc similiter est prohibita, quia contra mandatum diuinum. Vel est non principaliter mouens, sed quasi annexa, quia licet non faciat propter commodum principaliter vel lucrum, credit tamen accipientem non fore sibi ingratum, & ideo facit libentius, hic vero non est talis spes commodi, quæ est contra diuinum mandatum.

1. Ioã. 3. c. Ioan. 13. b

Deut. 23. d

1. Cor. 15. e

Sapi. 3. c. Eccli. 31. a

¶ Spes lucri ex mutuo qñ dãnãda.

Secundo subdit rationem motiuam ex parte præmij, « cum adiungit. (Et erit merces vestra multa.) quia Ecclesiastici duodecimo. Benefac iusto, & inuenies retribu-

Eccli. 12. a

M.E.C.D. 2017

tionem magnam, vt si non ab ipso, certè a domino. Et dicitur retributio multa & magna, quia æterna merces omnia bona continet in excellentia, Secundum illud
psal.30. Psalmistę trigesimo Quam magna multitudo dulcedinis tuæ Domine, quam abscondisti timentibus te, perfeciſti eis qui sperant in te, in conspectu filiorum hominum. Et vere magna & multa & abscondita, sed promissa,quia primæ ad Corinthios secundo, Et Isaiæ sexage-
1.Cor.2.c Isai.64.b simo quarto. Oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderũt quæ præparauit Deus ijs qui diligunt illum.

Tertio subiungit rationem motiuam, ex parte exempli,cum subdit, (Et eritis filij alti ſsimi,) scilicet per imi- 25
Eph.5.a. tationem secundũ illud ad Ephesios quinto. Estote imi-
¶Debemus deũ nostrũ vt filij patrẽ imitari. tatores dei, sicut filij charissimi. Debemus autem sicut filij Deum imitari, quia accepimus gratiam fidei ab eo De qua dicitur Ioannis primo. Dedit eis potestatem fi-
Ioan.1.b lios dei fieri,his qui credunt in nomine eius.Accepimus
Rom.8.c etiam ab eo spiritum adoptionis filiorum,secundum illud ad Romanos octauo. Non accepistis spiritum seruituris iterum in timore: sed accepistis spiritũ adoptionis filiorum,in quo clamamus Abba, pater. Et ideo debemus imitari Deum sicut filij patrem. secundum illud
Ioan.8.e. Ioannis octauo. Si filij Abrahæ estis, opera Abrahæ facite. Et propterea ad exemplum eius debemus viuere, quod adiungit,cum addit.(Quia ipse benignus est su-
Iohel.2.c per ingratos & malos,) Secundum illud Iohelis secundo. Benignus & misericors est, patiens & multæ misericordiæ & præstabilis super malitia. Et hæc benignitas se
Rom.2.a ad ingratos & malos extendit,quia ad Romanos secundo capitulo dicitur. Ignoras quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit? Secundum autem duritiam tuam & impœnitens cor,thesaurizas tibi iram in die iræ & reuelationis iusti iudicij dei,qui reddit vnicuique secundum opera eius. Et propterea dicitur secundę ad Ti-
2.Tim.3.c motheum [illegible]tio. Mali autem homines & seductores proficiunt in peius: errantes,& in errorem mittentes. Et Ec-
Eccl's.8.b clesiastes octauo dicitur. Etenim quia non profertur cito contra malos sententia,absque timore vllo filij hominum

M.E.C.D. 2017

minum perpetrant mala. Ab his malis omnibus liberat & ſaluat diuina benignitas excedens noſtram malitiam Vnde ad Titum tertio, dicitur Cum autem benignitas & humanitas apparuit ſaluatoris noſtri dei: non ex operibus iuſtitiæ quæ fecimus nos, ſed ſecundum ſuam miſericordiam ſaluos nos fecit. Titũ.3.b.

¶Eſtote miſericordes, & cętera.) Poſtquam euangelicas leges promulgauit, probauit, & reſumpſit cum ratione mouente, hic tandem ſaluator noſter concludit per retributionem conſequentem, quam quidem retributionem oſtendit, ſequi bona & virtuoſa opera noſtra in ſententia iudiciali, in gloria cœleſti, & in pæna inferni. In iudicio quidem reſpectu vniuerſorum. In pręmio reſpectu bonorum. Et in ſupplicio reſpectu peccatorum. Concludit igitur primo quod debemus præmiſſa mandata implere ſecundum formam præſcriptam prędicendo iudicialem ſententiam, cum dicit.

" Eſtote ergo miſericordes,) ſcilicet in exhibendo vos proximis, beniuolos, pacificos & beneficos. In quo tan-
" git mandatorũ prædictorum ſubſtantiam. (Sicut & pa-
" ter veſter miſericors eſt,) in quo tangit formam ſiue circumſtantiam, quia ipſe non tantum amicis ſed aduerſariis condeſcẽdit. Hoc quippe neceſſarium eſt, ſecundum illud Matthæi decimo octauo. Nonne oportuit & te miſereri conſerui tui, ſicut & ego tui miſertus ſum? Vnde illam miſericordiam exiget quam ipſe impendit, & ſecundum illam quã impendimus, In iudicio rependet, ſecundum illud Eccleſiaſtici quarto. In iudicãdo eſto pupillis miſericors vt pater, & pro viro matri illorũ: & eris tu velut filius altiſſimi obediens, & miſerebitur tui magis ą̃ mater. Et Iacobi ſecundo. Iudiciũ ſine miſericordia illi, qui non facit miſericordiam. Et ideo addit retributionẽ iudicij correſpondentem operibus meriti, ſecundũ quadruplicẽ differentiam actus ſcilicet iudicandi, condemnandi, dimittendi, & donandi, quorũ primus eſt equitatis, ſecundus ſeueritatis, tertius pietatis, quartus liberalitatis, retributionẽ per actum iudicandi deſcribit primo, cum ſubdit. (Nolite iudicare, & non iudicabimini,) Matthęi ſeptimo. In quo iudicio iudicaueritis, iudicabimini. Matt.18.d Eccli.4.b Iaco.2.a Matt.7.a

Et quia

M.E.C.D. 2017

Et quia non intelligit de quocunque iudicio, ſed de eo quod a pietate deuiat in crudelitatem. Ideo adiungit. (Nolite condemnare, & nõ condẽnabimini.) Ad Roma- »
Matt.7.a. nos ſecundo. In quo enim iudicas alterũ, teipſum con-
Rom.2.a demnas. Quia ſicut dicitur Prouerbiorũ decimo ſepti-
prou.17.c mo, Et qui iuſtificat impiũ, & condemnat iuſtum, abomi nabilis vterq; eſt apud deũ. Vnde reuocat a iudicio iniquitatis, & hortatur ad beneficiũ pietatis, quod conſiſtit in dimittendo iniurias, & in dando indulgentias, vel in dimittendo mala commiſſa, & in dando bona conceſſa, Quantum ad dimiſsionem malorum adiungit. (Dimit- » »
te, & dimittetur vobis,) alioquin non ſalubriter oratis.
Matt.6.b Matthęi.6. Dimitte nobis debita noſtra. & cęt. Et poſt, ſi non dimiſeritis hominibus, nec pater veſter dimittet vo-
Eccli.28.a bis peccata veſtra &c. Vnde Eccleſiaſtici.28. Relinque proximo nocenti te: & tunc deprecanti tibi peccata tua ſoluentur. Quantũ ad collationẽ bonorũ operũ ſubditur. »
(Date & dabitur vobis,) ſcilicet in iudicio, in quo dicetur illud Prouerbiorũ, 31. Date ei de fructu manuũ ſuarũ.
prou.31.d &c. quia Matthæi.25. Omni habenti dabitur, & abunda-
Matt.25.c bit. Illa enim ſola homo habebit ſecũ, quę pro domino dedit, Secundum illud Eccleſiaſtici.17. Eleemoſyna viri
Eccli.17.c quaſi ſacculus cũ ipſo, & gratiã hominis quaſi pupillam conſeruabit, & poſtea, reſurget & retribuet illis retributionẽ. Et ideo hoc attendens Zachæus dicebat infra.
Infra.19.b 19. Ecce dimidiũ bonorũ meorũ domine do pauperibus,
¶ Conclu- &c. In ſumma nota hic, q̃ non prohibetur hic iudicium
ſio declarãs quod iudiciũ prohibeat a ſcriptura. quod deliberatũ eſt & iuſtum, ſed vſurpatum & temerarium & iniquum. Vſurpatum dico quando nõ officium nec authoritas imminet. Temerarium quando eſt de re quę nõ cõſtat ſed procedit ex ſola ſuſpitione. Iniquum, quando eſt contra ius diuinitus approbatum, & tale iudicium hic prohibetur, non primum.

¶.4. ſunt beatitudinis ptes, Secũdo promittendo ſupercœleſtem gloriã ſecundũ menſuram perfectam, cum adiungit, (menſurã bonam,) » & nota 4 ponit hic quatuor dictiones ſecũdũ quatuor cõditiones beatitudinis, quarũ prima eſt in gaudio interiori, in beatitudine animę, propter quam dicit, menſu-
pſal.102. ram bonam, quia ſecundum pſalmiſtam, tunc replebitur in bonis

M.E.C.D. 2017

in bonis desiderium tuum, & dices cum Petro Matthęi.17. Matt.17.a
Domine,bonum est nos hic esse. Quia eadem erit mẽsura Apoc.21.e
hominis tunc quæ est angeli. Secũda ex gaudio inferio-
" ri,in glorificatione corporis,propter quod dicit,(Et con
" fertã,)Iob quinto. Ingredieris in abundantia sepulchrũ, Iob.5.d.
sicut infertur aceruus in tempore suo. Tertia ex gaudio
exteriori,scilicet ex societate sanctorum, & renouatione
" omnium creaturarũ,proprer quod addit,(& coagitatã,)
Iob vigesimo secundo. Argentũ & aurum tuum coacer- Iob.22.d.
uabitur tibi,id est, imperfecti & perfecti in meritis, omnes
colligẽtur in vnũ gaudiũ. Quarta est ex gaudio superio-
" ri,in visione dei,propter quod dicit,(& super effluentẽ,)
Iob.22. Tunc super omnipotentem delicijs afflues. Et de Ibidem.
hoc quadruplici gaudio,in pręmio ęterno potest exponi
illud ad Ephesios.3. In charitate radicati & fundati, vt ephe.3.d.
possitis cõprehẽdere cũ omnibꝰ sanctis, q̃ sit longitudo
gaudij interioris,latitudo exterioris, sublimitas superio
" ris,& ꝓfunditas inferioris,hãc quippe mensurã (dabunt
" in sinũ vestrũ,) illi sc; quibus misericordiã facitis in prę-
senti,secundũ qꝺ infra dicitur.16. Facite vobis amicos de Infra.16b.
mãmona iniqtatis,&c. Et tales sunt pauperes quos fecit
dominus iudices. Iob.36. Iudiciũ pauperibus tribuit(hãc Iob.36.b.
dant in sinũ)id est,in animę capacitatẽ stabilẽ & intrinse
cam. Iob.19. Reposita est hęc spes mea in sinu meo. Quã Iob.19.d.
si vis habere fac consiliũ sapientis. Ecclesiastı decimo no ecclc.29.b
no. Conclude eleemosynam in sinu pauperis, & hęc pro
te exorabit ab omni malo.

" Tertio cõminando infernalẽ pœnã secundũ æquipa-
" rantiã ad culpã cũ adiungit. (Eadẽ quippe mensura qua
" mensi fueritis) sc; nocẽdo, vel male agẽdo, siue demerẽdo
" (remetiet vobis,) Iuxta illud Deut. vigesimo quito. Pro Deut.2r
mẽsura peccati,erit & plagarũ modus. Et Apocalip.deci- Apoc.18b
mo octauo. Quantum glorificauit se,& in delicijs fuit:
tantũ date illi tormẽtum, & luctũ,& hoc est quod cõmi-
natur dominus,Iohelis tertio. Cito velociter reddam vi- Iohel.3.a.
cissitudinẽ vobis super caput vestrũ. Retribuet autẽ do-
minus in mẽsura ęquali pensato reatu,sed in maiori pen
sata duratione,quia cito trãsit delectatio sed sempiterna
manet punitio. Iob septimo. Sicut consumitur nubes, & Iob.7.b.
pertransit,

M.E.C.D. 2017

pertranſit, ſic qui deſcenderit ad inferos, non aſcendet, nec reuertetur vltra in domum ſuam. In minori verò mẽ ſura penſata offenſa, quia qui contra omne bonum pec
Thre.3.c. cauit, omni bono debet priuari, ſecundũ illud Threno- rum tertio, Miſericordiæ domini quia non ſumus con- ſumpti, quia non defecerunt miſerationes eius. Rurſus, qui peccat in bonum infinitum intenſiue & extenſiue, deberet vtroq; infinitè modo puniri, & quia creatura nõ poteſt habere infinitatem intenſionis, ſuſcipit alteram. ſcilicet infinitatem durationis cum firmitate acerbita-
Auguſti. tis Vnde Auguſtinus, Non actus temporalis facit vt pec- catum mortale æternaliter puniatur, ſed circunſtantia illius in quem peccatur, qui cum ſit æternus implentibus mandata, bona æternа promittit, peccantibus verò pœ- nam comminatur æternam. Et ideo Auguſtinus dicit, Dignus eſt malo æterno, qui in ſe perimit bonum, quod
Gregorio poſſet eſſe æternum. Et Gregorius dicit: Hoc ipſum eſſe iuſtum, Qui æternaliter peccato perfrui voluit, æterna- liter pœnam inueniat, & quorum voluptas non habuit finem peccandi, non habebit finem torquendi. Licet igi tur pœna ſit maior voluptate & minor offenſa, attamen æquat reatui obligationis neceſſario. Nec mirũ ſi actionẽ temporalem comitatur reatus perpetuus, quia in con- tractu temporalis eſt actio, & tamen ius perpetuũ acqui ritur ab emptore, vulneratio etiam temporalis ad mortẽ ducit perpetuam, & bellum diurnũ acquirit perpetuam ſeruitutẽ, & temporale peccatũ exilium ſempiternum.
Inf.eo.f. ¶Diceb at autem illis & ſimilitudinem.) Poſt præcepta propria & expreſſa, ſubiungit hic euangeliſta documen ta domini ſimilitudinaria, & tranſlata. In quibus domi- nus quadrupliciter nos informat. Primo nanq; retrahit à vanitate poſſidendi. Secundo verò reuocat à temerita
Ibidem. te iudicandi, ibi. (Quid autem vides feſtucam & c.) Ter tio informat ad prudentiã diſcernendi, ibi. (Nõ eſt enim
Ibidem g arbor bo &c.) Quarto verò inuitat ad diligentiam operandi, ibi. (Omnis qui venit ad me &c.) Primo ergo retrahit à vanitate poſſidendi ex conſideratione triplici ſcilicet ex conſideratione periculi declinandi, & vitij de- teſtandi, & exempli imitandi. Declinandum nanq; eſt ruinã

M.E.C.D. 2017

ruinæ periculum quod imminet præſidenti ſuperbe, pro pter quod dicit:

« Nunquid poteſt cæcus cæcum ducere?) Quaſi dice- « ret non poteſt ſane, propter periculum ruinæ, quod ad- « iungit. (Nonne ambo in foueam cadũt?) Sed homo prę- ſumptuoſus cæcus eſt, ſecundum illud Apocalypſis ter- tio, Dicis: diues ſum, & locupletatus. & nullius egeo, & neſcis quia tu es miſer, & miſerabilis, & pauper, & cæcus & nudus. De tali ad Romanos ſecundo. Confidis teip- ſum eſſe ducem cæcorum, lumen eorum qui in tenebris ſunt, eruditorem inſipientiũ. &c. Et ſubditur. Qui ergo alium doces, teipſum non doces, quaſi dicat cæcus es. Et ideo qui ambit & præſumit aliis præferri cum ſit cæcus, ſe & alios in præcipitium demergit. Vnde Ieremiæ quin- quageſimo. Grex perditus factus eſt populus meus, pa- ſtores eorum ſeduxerunt eos. Et ratio huius redditur Ie- remiæ decimo. Stulte egerunt paſtores, & dominum nõ requiſierunt, propterea non intellexerũt, & omnis grex « eorum diſperſus eſt. Et ideo ſubdit (Ambo in foueam « cadunt,) Et hoc eſt quod dicit Gregorius. Dum paſtor per abrupta vitiorum graditur, neceſſe eſt vt grex in prę- cipitium trahatur. Et tales maledictionem domini me- rentur, ſecundum illud Deuteronomij viceſimo ſeptimo Maledictus qui errare facit cæcum, tales ductores cum illis quos ducunt in foueam cadunt, ſicut & lucifer, qui voluit aliis præeſſe, & qui ei adhæſerunt omnes corrue- runt in foueam. Secundum illud Iſaiæ decimo quarto. Quomodo cecidiſti de cœlo lucifer qui mane oriebaris? corruiſti in terram, qui vulnerabas gentes.

Deteſtandum etiam eſt ſuperbię vitium, quod adiacet volenti prędidere, propter quod ſubdit. (Non eſt diſcipu lus ſupra magiſtrum.) ſcilicet ſecundum rectum ordinẽ, qui ergo magiſtro ſubiacente cupit præeſſe, magiſtrum ſuum contendit præcedere. Vnde Bernardus: Quoties hominibus præeſſe deſidero, toties Deum [illegible]um præ- ire contendo, & tunc non ſapio quæ Dei ſunt. Et hoc eſt quod dicit dominus diſcipulis Ioan. 13. Amen amen di- co vobis, non eſt ſeruus maior domino ſuo, neq; apoſto- lus maior eo qui miſit illum Qui ergo vult aliis ſuperef-

ferri

Apoc. 3. c.

Rom. 2. d

¶ Quipre laturam ambit cũ ſit cęco, & ſe & alios prælatus fallit.

Iere. 50. a.

Iere. 10. d.

Gregori.

Deut. 27. c

Iſaię. 14. c.

Bernard.

Ioan. 13. b

M.E.C.D. 2017

Matt.11.d ferri ignorat doctrinam CHRISTI, qua dicit Matthei vndecimo, Discite à me quia mitis sum & humilis corde Aut si aliud nouit, in apostasiam cadit. Iuxta illud quod Gregorio dicit Gregorius. Quotiens pastor aliis præesse delectatur, totiens in apostasiæ crimen dilabitur. Definit autem esse discipulus dum vult dominari, & magister aliorum Matt.23.b vocari. Contra illud Matthæi vicesimo tertio: Nec vocemini magistri, quia magister vester, vnus est CHRISTVS. Qui maior est vestrum &c.

Imitandum etiam est vitæ perfectæ exemplum, quod consistit in volendo subiacere, propter quod dicit. (Perfectus autem omnis erit, si sit sicut magister eius.) CHRISTVS, scilicet qui non venit ministrari, sed ministrare, & dare animam suam in redemptionē pro multis. Matthæi vicesimo. Et ideo dicitur infra vicesimo secundo. Matt.20d Infra Luc.22.c. Qui maior est in vobis, fiat sicut iunior, & qui præcessor est. sicut ministrator, & ratio additur: Ego autem in medio vestrum sum sicut qui ministrat. Et hoc ipse ostendit eis per exemplum. Ioannis decimotertio. Postquam Ioan.13.b lauit pedes. Subditur: Scitis quid fecerim vobis? vos vocatis me magister & domine, & benè dicitis, sum etenim. Si ego laui pedes vestros & cætera. Et post subditur: Exemplum enim dedi vobis, vt quemadmodum ego feci vobis, ita & vos faciatis. Et ad hoc perfectum exemplum phili.2.a. inuitat apostolus ad Philippenses secundo. Nihil inquit per contentionem neq; per inanem gloriam, sed in humilitate, superiores sibi inuicem arbitrantes, non quæ sua sunt singuli considerantes, sed ea quæ aliorum. Hoc enim sentite in vobis, quod & in CHRISTO IESV De quo subdit, quòd semetipsum humiliauit, formam serui accipiens & cætera.

¶ Quid autem vides festucam & cætera.) Hic reuocat à temeritate iudicandi, quod quidem facit ostendendo eum qui temerè iudicat iniquum in cogitatione, indiscretum in [illegible]cutione, inordinatum in operatione. Ostendit ergo primo temerè iudicantem iniquum esse in cogitatione, quia non iudicat æqualiter, propter quod dicit:

Quid autem vides festucam in oculo fratris tui?) Tu scilicet qui iudicas Festucam vocat leue peccatum, quod

quis

quis reprehendit in alio, magnum negligens in seipso.
" ideo addit,(Trabem autem qui in oculo tuo est non cõ-
" sideras.)trabem, id est, magnum peccatum, ex quo colli-
gitur, quod sic iudicantis iniquum est iudicium, quia si
cut dicit Prou.20. Abominatio est apud dominũ põdus prou.20.d
&põdus, statera dolosa nõ est bona. Nõ habet equale põ
dus qui magis põderat culpã in alio q̃ in se. Et talis dici-
tur abominabilis, quia dupliciter peccat, & seipsum(cum
sit superbus & impius)iustificãdo, & suũ proximũ condẽ
nando. Vnde Prouer.17. Qui iustificat impiũ. & cõdem- prou.17.c
nat iustũ, abominabilis est vterq; apud deũ. Et ergo sanũ
est cõsiliũ, alijs indulgere & semetipsũ dijudicare secũ dũ
illud ad Gala.6, Si p̃occupatus fuerit homo in aliquo de Gala.6.a
licto, vos qui spirituales estis huiusmodi instruite in spi-
ritu lenitatis, considerãs teipsum, ne & tu tẽteris. nam si
quis existimat se aliquid esse cũ nihil sit ipse se seducit. Et
ideo talis trabẽ habet in oculo, id est, superbiã excęcãtẽ,
sicut Balaam Nume.24. Dixit homo cuius obturatus est Num.24.c
oculus, cuius obturatio est valde grauis in iudicãdo ini-
qua. Eccli,13. Nequius oculo quid creatũ est? Et meritò. Eccl.31.b.
quia sicut dicitur infrà.11. Si oculus tuus nequam fuerit,
etiam corpus tuum tenebrosum erit. Infra.11.c

Secũdo ostẽdit indiscretũ esse in locutione, quia nõ
" loquitur rationabiliter. propter quod subditur(Aut quõ
" potes dicere fratri tuo.)Exterius scilicet ipsum alloquẽs-
" do.(Frater, sine eijciã festucã de oculo tuo:)In reprehen
dẽdo & corrigẽdo. (Ipse in oculo tuo trabẽ non vides?)
Peccatũ grauissimũ in te nõ attẽdẽdo, quasi dicat: Non
potes hoc rationabiliter dicere. Potest eñ tibi dici q aliũ
iudicas, teipsum nõ iudicas? ad Ro.2. Et illud sup.4. Me- Rom.2.d
dice, cura teipsum. Vñ talis monitio merito potius despi supr.4.d
citur, q̃ auditur, Secũdũ illud Gregorij, Cuius vita despi Gregorio
citur, restat vt eius prædicatio contemnatur, quia turpe
est doctori dum culpa redarguit ipsum. Chrysostomus. Chrysost
Quare in alienis vides tam parua peccata, & te tam
magna transcurris? Ecclesiastici tricesimo quarto. Ab im Eccle.34.a
mundo quid mundabitur? & à mendace quid verum di-
cetur? Et ideo in Psal. Peccatori autem dixit Deus, qua- psal.49.
re tu enarras iustitias meas?

Tertio

M.E.C.D. 2017

Tertio vero ostendit inordinatũ in operatione, quia postponit illud ad quod tenetur principaliter, propter quod dicit. (Hypocrita eijce primũ trabẽ de oculo tuo.) Hypocritam vocat talem iudicẽ temerariũ, qui in iudicando alios, ostendit & prætendit zelum iustitiæ, & seipsum non iudicando habet vitiũ intus latens superbię.

Gregorius Vnde Gregorius. Hypocrita cęteros reprehendit, vt in aliorum comparatione ipse sanctior videatur. Vel Hypocritam vocat qui exteriora ponderat, interiora negligit

Matt.23.c quæ sunt magis ponderanda. Secunũ illud Matthæi. 23. Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ: quia mundatis quod deforis est calicis & paropsidis, intus autem plenĩ estis rapina & immunditia, Pharisęæ cęce. munda prius quod intus est calicis, &c. Et ideo rectè nunc dicit, (eijce primũ,) quia circa hoc principaliter insistendũ, vt trabs,

Iaco.4.b. id est graue peccatũ de interiori oculo eijciatur. Iaco. 4. Purificate corda, duplices animo. Quoniã sicut dicitur

Eccli.14.a Ecclesiastici. 14. Qui sibi nequam est, cui alij bonus erit? Debet enim charitas esse ordinata, vt primo intẽdat sibi,

1.Tim.4.d & post alij. secundum illud primę ad Timotheũ quarto. Attende tibi & doctrinæ: insta in illis. hoc enim faciens, & teipsum saluũ facies, & eos qui te audiunt. Vnde subditur, (& tũc perspicies,) id est perfecte aspicies, oculo iam

Iob.26.d. mundato, (vt educas festucam de oculo fratris tui.) Iob vigesimo sexto. obstricante manu eius, eductus est coluber tortuosus. Vnde glossa. Nõ est doctor prius idoneus

Glossa. alij mederi, qui nondum se sanauit. Vnde in omnibus talibus est ordo peæcipue attendendus: stultus enim est & hypocrita qui solicitius curat aliena facta quã propria.

Cassianus Exemplum de collationibus patrũ, de eo qui posuit arẽnam in sacco, quem superponens humero, habens posterius arenæ multum & anterius modicũ, & interpretatus est illud multũ peccata esse propria, & illud modicũ peccata esse aliena, sic enim facit hypocrita.

¶Non est enim arbor bona, &c.) Postquã retraxit a temeritate iudicandi hic informat ad prudentiã discernendi, quod quidã facit hoc ordine. Primo enim proponit similitudinem metaphoricam. Secundo elicit eruditionẽ explicitã. Tertio vero ex hoc redarguit simulationẽ deceptoriã,

M.E.C.D. 2017

ceptoriam: Proponitur ergo metaphorica similitudo, cum dicitur:

« Non est enim arbor bona, quæ facit fructus malos.) Enim, non est hic causale, sed continuatiuum. Arborem vocat, non voluntatem quæ est à deo, sic enim est bona: sed voluntatem, quæ non est bona quũ facit malum, « nec etiam est mala, quum facit bonum, quod addit. (Ne- « que arbor mala, faciens fructum bonum.) Conformis est enim voluntas operi: sicut arbor fructui. Prouerb.12. prou.12.e
De fructu oris sui vnusquisque replebitur bonis, & iuxta opera manuum suarũ retribuet ei: quia sicut dicitur. Su- Supra. c.
pra.3. Excidetur & in ignem mittetur. Vnde spiritualiter arbores fructibus priuantur per gelicidium iniquitatis, secundum illud Iudæ in canonica sua de malis. Arbores Iudę.1. c.
autumnales, infructuosæ, bis mortuæ. Tunc autem fructibus replentur, cum appropinquant calori charitatis, « secundum illud. infra.21. Videte ficulneam & omnes ar- Infra.21.f
« bores, cum producunt iam ex se fructum, scitis quoniam prope est æstas. Vnde prudens considerator arbores discernit per fructum. Propterea adiungit: (Vnaquæque enim arbor de fructu suo cognoscitur.) Et hoc est quod dicitur Mat.7. Ex fructibus eorum cognoscetis eos: quia Matt.7.c.
sicut dicitur ad Galatas.5. Manifesta sunt opera carnis, Gal.5.c d
quæ sunt fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, idolorum seruitus & c. Fructus autem spiritus, est charitas, gaudium, pax, patientia, longanimitas, bonitas, benignitas, & c. Vnde de viro iusto in Psalmis dicitur: Erit psalo.1.
tanq̃ lignũ quod plantatũ est secus decursus aquarum, quod fructũ suũ dabit in tẽpore suo. Nec mirũ: quia Sa- Sapi.3. d.
piẽ.3. Bonorũ laborũ glorioſus est fructus, sed malorum nullus. Rom.6. Quẽ fructũ habuistis tunc in illis, in qui Rom.6.
bus nunc erubescitis? Et ideo dicitur de auaro. Eccles.5. Eccl's.5.b
Qui amat diuitias, fructũ non capiet ex eis. Et q̃ arbor discernatur per fructũ, probatur per sensibile experimen
« tum. cũ subditur (Neq; eñ de spinis colligũt[illegible]s neque « de rubo vindemiant vuã.) Duos ponit fructus præcipuè laudabiles. s. ficus & vuas. Vnde Iudic.9. Introducitur fi- Iudic.9.b
cus, & vitis per prosopopœiã loquens: Ficus sic. Nunquid possum diserere dulcedinem meam, fructusque suauissi-

M.E.C.D. 2017

mos? Et vitis sic, ¶Numquid possum deserere vinum meum, quod lætificat deum & homines? Duo etiam arbusta ponit pessima, scilicet rubum, & spinam, quæ gignit terra propter peccata humana, secundum illud Geneſis
Gene.3.d tertio. Maledicta terra in opere tuo, in laboribus comedes ex ea cunctis diebus vitæ tuæ, spinas & tribulos germinabit tibi. Sed spiritualiter per ficum dulcem, intelli-
¶Intellectus spiritualis. gitur dulcedo pietatis: per spinas, homines intelliguntur iracundi, & sciſmatici, qui non possunt alijs compati. Secundi Regũ. vigesimotertio. Præuaricatores quasi
2.Re.23.a. spinæ euellentur vniuersi quæ non tolluntur manibus. Et si quis tangere voluerit eas, armabitur ferro, & ligno lanceato. Per vuam intelligitur perspicua cognitio veritatis, & per rubum, homines hæretici, à quibus detinen-
Gene.22.c tur superbi, secundum illud. Geneſis vigesimosecundo. Leuauit Abraham oculos suos, viditq; post tergum arietem post vepres hærentem cornibus. Ista duo hominum genera dissipant vineam domini exercituũ. s. sciſmatici
Isaiç.32.c. & hæretici. Isaiç.32. Super humum populi mei spinæ, &
Isaiç.5. a. vepres ascendent. Isai.5. Expectauit vt faceret vuas, & fecit labruscas. & post, ascendent super eã vepres & spinæ.

Secundo autem elicitur expressa eruditio cum adiungitur. (Bonus homo de bono thesauro cordis sui pro- „
fert bonũ.) Ad similitudinem scilicet arboris bonæ, bo- „
num thesaurum vocat habitum interioris perfectionis, siue in affectu, quẽadmodum ad quendam dicitur. Pro-
prou.21. c uerbio.21. Thesaurus desiderabilis, & oleum in habitaculo iusti, siue in intellectu, quẽadmodum ad apostolos di-
Matt.13.g citur Matth. decimotertio. Omnis scriba doctus in regno cœlorum, similis est hoĩ patrifamilias, qui profert de thesauro suo noua & vetera, de vtroq; bono thesauro bona proferuntur tam opera quàm etiã verba. Vnde
Iaco.3.c. Iacob. tertio. Quis sapiens & disciplinatus inter vos? Ostendat ex bona conuersatione operationem suam in mansue[illegible]line sapientiæ. Et sicut bonus homo bonę arbori comparatur: ita & malus malæ. Vnde & addit: (Et „
malus homo de malo thesauro profert malum.) Malum „
thesaurũ malam vocat voluntatẽ, & malam conscientiã.
Mich.6.c Mich. sexto. Adhuc ignis in domo impij, & thesauri iniquitatis

M.E.C.D. 2017

quitatis. Et certè de malo corde procedunt mala opera, & immunda verba. Vnde Marc. ſeptimo. De corde homi num malæ cogitationes procedunt, adulteria, fornica- tiones, homicidia, furta, auaritiæ, nequitiæ, dolus, impu dicitiæ &c. Omnia hæc mala ab intus procedunt, & cõ- municant hominem, & ſimiliter mala verba, ſecundum illud. Prou. decimoquarto. Teſtis fidelis non mentietur Marc. 7. c
prou. 14 a
profert autem mendacium doloſus teſtis. Et rationẽ hu- « ius ipſe reddit, cum ſubiungit. (Ex abũdantia enim cor- « dis os loquitur.) Bonum ſcilicet verbum aut malum. de bono. Eccleſi. ſexto. Lingua gratioſa in bono homine Eccli. 6. a
abundat. Et Eccli. decimoquinto. Sapiẽtiæ dei aſtabit Eccli. 15 b
laus, & in ore fideli abundabit. Et de malo. Prouerbio- prou. 15. d
decimoquinto. Mens iuſti meditabitur ſapientiam, os impiorum redundabit malis. Et in eodem. Os fatuorũ Ibidem. a
ebullit ſtultitiam.

Tertio vero redarguitur deceptoria ſimulatio, cũ ſub- « iũgitur (Quid aũt vocatis me dñe, dñe?) ſcilicet cõfeſsiõe « oris (& nõ facitis quę dico) omiſsiõe boni operis. Oſtẽſio eñ reuerentiæ in ore fallax eſt, niſi aſsit pariter exibitio obediẽtię in opere. Vnde de talibus. Iſa. vigeſimo nono. Iſaię. 29 d
Appropinquat populus iſte ore ſuo, & labĳs ſuis glorifi- cat me, cor autem eius longè eſt à me. Et Matt. 15. Popu- Matt. 15. a
lus hic labĳs me honorat, cor autem eorum longè eſt à me. Et ad Titum. 1. Confitentur ſe noſſe Deum, factis au Titũ. 1. d.
tem negant. Et ita eſt in eis repugnantia, quia verbum indicat bonitatem in corde, & factum oſtendit maligni tatem in opere, tales non decipiunt dominum, ſed fal- Iunt ſemetipſos, ſecundum illud Iacob. primo. Eſtote fa- Iaco. 1. d.
ctores verbi, & non auditores tantum, fallentes voſmet- ipſos. Vnde Matthęi ſeptimo. Non omnis qui dicit mi- Matt. 7. c
hi, Domine, domine, intrabit in regnum cœlorum, ſed qui facit voluntatem patris mei. & c.

¶Omnis qui venit ad me.) Poſtquã informauit ad pru- ¶Diuiſio
dentiam diſcernendi, hic inuitat ad diligenti[illegible] operan di, & hoc ſub duplici metaphora, in quarum prima com- mendat obedientes. In ſecunda vero vituperat negli- Inf. eo. g.
gentes, ibi: (Qui autem audit, & non facit, &c.) Circa cõ ¶Vere
mendationẽ obediẽtis. Primo præmittit obediẽtis actũ. obediens

M.E.C.D. 2017

Secundo,modum. Tertio,fructum. Quantum ad actũ igitur verè obedientis,dicit:

¶Verè obediẽdi actus.

Oĩs qui venit ad me.)Scilicet fideliter credendo,(& audit sermones meos.)Deuotè intelligẽdo,(Et facit eos) scilicet opere cõplendo. (Ostendam vobis, cui similis sit.)

Ioan.6.c.

Ex quo colligitur,ꝙ verè obediẽtis est, primo per fidem venire,credendo fideliter,de quo aduẽtu Ioan.6. Nemo potest venire ad me ,nisi pater qui misit me, traxerit eũ.

Matt.19b

Sic veniunt paruuli secundũ illud.Matt.19.Sinite paruulos venire ad me.Deinde audire,intelligendo viuaciter.

Eccli.3.d.

Eccli.3. Auris bona audiet cũ omni concupiscentia sapientiam.Et Iaco.1.Sit omnis homo velox ad audiendũ

Iaco. 1.c

Tertio verè obedientis est implere efficaciter.Vnde Deuteron.3. Iuxta te est sermo valde in ore tuo, & in corde

Deut.30.c

tuo,vt facias illum.Alioquin non iustificaberis apud dominum,quia vt dicitur ad Roma.2.Factores legis iustificabuntur.

Rom.2.b

¶Verè obediẽdi modus.

Quantum ad verè obediendi modum, adiungit documentum similitudinarium de ædificante domũ, cum subdit:(Similis est homini ædificanti domum.)Per profectum virtutum,Prou.24.Diligenter exerce agrũ tuum

prou.24.c

& postea ædifices domum tuã. Hæc quidem domus, est bona conscientia.Sapiẽ.nono.Intrans in domum meã,

Sapi.8.c.

conquiescam cum illa.Prouerb.14.Sapiens mulier ædificat domum suam, insipiens, extructam qnoq; manibus

prou 14.a

destruit.Qui fodit in altum,per descensum humilitatis secundum præceptum Elisei. Quarti. Regum. tertio.

4.Re.3.c.

Facite alueo torrentis huius fossas,& fossas. Scilicet per humilitatem in intellectu pariter & affectu. Sed huic respondet superbia illius mali villici.Infra decimo sexto.

Luc.16 a

Fodere non valeo, mendicare erubesco. Cuius rursus contrarium redditur.Isai.secundo.Ingredere in petram

Isaiç.2. b.

& abscõdere in fossa humo à facie timoris domini. Ille enim altius fodit magis,qui per humilitatẽ descendit,& huius ædificiũ altius ascẽdit:quia qui se exaltat,humiliabitur: & qui se humiliat, exaltabitur.Infra.decimooctauo. (Et posuit fundamentum supra petram.) Per stabilimentum claritatis, secundum illud ad Ephesi. tertio.

Luc.18.c.

Ephe.3.d.

In charitate radicati & fundati. Hęc charitas fundatur super

M.E.C.D. 2017

ſuper CHRISTVM, qui eſt petra ſolida, ſecundũ illud. Iſaiæ. vigeſimooctauo. Ecce, ego mittam in fundamentis Sion lapidem, lapidem probatum, angularem, pretioſum, in fundamento fundatum. Super hunc fundat charitas, dum facit implere eius mandata, ſecundum illud. Ioann. decimoquarto. Qui habet mandata mea, & ſeruat ea, ille eſt qui diligit me. Et hic eſt in CHRISTO fundatus. Eccleſiaſt. vigeſimoſexto. Fundamenta æterna, ſuper petram ſolidam, ſic mandata Dei in corde mulieris ſanctæ. Ambroſius. Omnium virtutum fundamẽtum eſt, cœleſtium obedientia mandatorum. Hic eſt ergo modus verè obediendi diuinis præceptis, vt ſit ſedulitas in profectu virtutis, ſit profunditas in deſcenſu humilitatis, ſit firmitas in affectu charitatis.

Iſaiç. 28. d

Ioan. 14. c

Eccſi. 16 d

Ambroſi.

Quantum ad verç obedientiæ fructum, ſubiungit: « (Inundatione autem facta, illiſum eſt fluuen domui illi. & cæt.) Obſeruatio namque diuinorum mandatorũ firmat contra impulſum tentationum, quam deſignat per inundationem, quantum ad tentationem exteriorem à dæmonibus, ſecundum illud Iſaiæ. octauo. Addu, cit ſuper eos aquas fluminis fortes & multas, regem Aſſyriorum, & omnem gloriam eius. Et aſcendet ſuper omnes riuos eius, & fluet ſuper vniuerſas ripas eius, & ibit per Iudam inundans, & tranſiens, vſq; ad collum veniet. Hic apertè deſignat diabolum: & Iob. 21. Quotiẽs lucernam impiorũ extinguetur, & ſuperueniet eis inundatio: Deſignat etiam tentationem per illiſionem fluminis, cũ addit: (Illiſum eſt flumẽ domui illi.) Quãtum ſcilicet ad tentationem interiorem, ſcilicet timoris, vel doloris, vel lętitiæ, vel amoris. Naum. 2. Portæ fluuiorũ apertæ ſunt, Quod quidem fit, quando ingrediuntur tentationes interiùs. Vt poſsit clamare cum propheta illud, Pſal. 66. Saluũ me fac deus, qm̃ intrauerunt aquę vſq; ad aĩam meã. Sed hę tẽtationes nõ pręualent cõtra diuinorum mandatorũ obſeruatores, „pterea ſubdi Et nõ potuit eã mouere.) Prou. 10. Quaſi tẽpeſtates tranſiens nõ erit impius: iuſtus aũt quaſi fundamentũ ſempiternũ. In Pſal. 16. Perfice greſſus meos in ſemitis tuis, vt nõ moueãtur veſtigea mea. Huius aũt ſtabilitatis ratio redditur, cũ

¶ Veræ obediẽtię fructus.

Iſaiç. 8. b.

Iob. 21. b.

Naũ. 2. b

pſal'o. 68.

prou. 10 d

pſal'o, 16.

T 3 ſubdi-

M.E.C.D. 2017

ſubditur: (Fundata enim erat ſupra firmam petram.)» Hinc dicitur de iuſto. Iſai.vigeſimo ſecundo, Figam illum paxillum in loco fideli. Hæc quidem fixio eſt per
Rom.8.f. charitatem, ad Rom.octauo. Quis nos ſeparabit à charitate CHRISTI? Tribulatio? an anguſtia? an fames? an nuditas? an periculum? an perſequutio? an gladius? Veræ igitur obedientiæ fructus eſt victoria tẽtationis exterioris & interioris per virtutẽ ſtabilis fundamẽti ¶Qui autem audit & non facit &c.) Hic poſt cõmendationem verè obẽdientis, ſubiungit vituperiũ negligentis prẽmittẽs negligẽtis vitiũ, addens periculum, & negligẽtis precipitiũ. Prẽmittit ergo negligẽtis vitiũ cũ ſubdit.
Num.24.c Qui aũt audit & nõ facit.) Sicut Balaam. Nũ.24. Dixit » auditor ſermonñ dei, qui nouit doctrinã altiſsimi. Hic reprehenſibilis eſt, quod oſtendit per ſimile, cũ ſubdit. (Similis eſt hoĩ ẽdificanti domũ ſuã ſupra terrã ſine fun- » damento.) Terrã vocat locum inconſtantẽ, & facilè mo- »
pſalmo.1 bilem, ſecundum illud Pſal.1. Non ſic impiĩ, non ſic, ſed
Iſaiẽ.24.c tanq̃ puluis quẽ proĩcit ventus à facie terrẽ. Iſai.24. Confractione confringetur terra, cõtritione cõteretur terra, cõmotione commouebitur terra. agitatione agitabitur terra ſicut ebrius, & auferet quaſi tabernaculũ vnius no
Iob.4.b. ctis. Iob.4. Quãto magis hi, qui habitant domos luteas, qui terrenũ habent fundamentum, conſumuntur velut à tinea? Et hoc eſt, quia nõ ſunt in charitate radicari, ſed
Sapi.4.a. in terrena cupiditate, Sapien.4. Adulterinę plantationes non dabunt rądices altas.

Adiungit negligentis periculum in illiſione fluminũ cum adiungit. (In quam illiſus eſt fluuius.) Id eſt, tẽtatio »
Ezec.13.b impellens, ex qua imminet periculũ ruinæ Ezech.13. Dic ad eos qui liniunt parietem abſq; temperamento, quòd caſurus ſit. Erit enim imber inundans, & dabo lapides prægrandes deſuper irruentes, & ventum procellæ diſſi-
Iſaiẽ.28.e. pantem. De talibus Iſai.vigeſimo octauo. Flagellum inundans quum tranſierit, eritis ei in conculcationem. Quandocunque pertranſierit, tollet vos. Ii enim ſunt,
Iuſra.8.b de quibus dicitur Matth.decimo tertio. Hi radices non habent, quia ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt.

Subiũ-

M.E.C.D. 2017

Subiungit postremo negligentis præcipitiũ, cum ait.
« (Et continuo cecidit, & facta est ruina domus illius ma-
« gna,) Zacharię decimo quarto. Erit ruina equi & muli, Zach.14.c
& cameli & asini, & omniũ iumentorũ, id est, omniũ ho-
minum animaliũ & negligentiũ, & impiorũ. Sophoniæ Soph.1.a
primo. Dicit dominus: cõgregans hominẽ & pecus, con-
gregans volatilia cœli & pisces maris: & ruinæ impiorũ
erunt & disperdam homines à facie terrę. Nec mirũ quia
Prouerbiorũ quarto. Via impiorum tenebrosa, nesciunt prou.4.c
vbi corruãt. Ex periculo igitur & vituperatiõe negligen ¶Conclu-
tiũ, & cõmendatiõe obediẽtiũ, sufficiẽter innuitur diligẽ sio.
tia agẽdorũ, & in hoc documẽta diuina habẽt terminũ.

CVPVT SEPTIMVM.

VM autem implesset oĩa ver
ba sua,) Posquã prosecutus
est doctrinæ CHRISTI ve-
ritatem, hic ad ipsius cõmen-
dationem manifestat docto-
ris sublimitatem, quã osten-
dit esse pręcipuã propter tria:
scilicet propter excellentiam
potestatis, propter euidentiã
veritatis, ibi. (Et exĳt hic ser-
mo.) Et propter affluentiam pietatis, ibi. (Rogabat au-
tem illũ quidã de Pharisęis) Excellẽtia ostenditur in opẽ
rando magna miracula. Euidentia veritatis in appro- ¶Diuisio
bando vera testimonia. Affluentia pietatis, in condonã-
do peccata. Quantum ad primum, intelligẽdum quod
prima pars habet duas partes secundum duo miracula. Inf.eo .a.
Quorum primum est curatio pueri morituri, Secundũ
est resuscitatio adolescẽtis iam mortui, quæ ibi describi-
tur, (Et factum est deinceps: ibat IESVS. & cęte) In sana Eodem.e
tione nanque morituri, ostenditur dominus vitæ, qui
potest vitam pereuntẽ saluare. In suscitatione mortui do
minus mortis, qui potest mortem superare. Item in sana- Inf.eo.b
tione corporis morituri ostenditur dominus corporum
qui potest corpus reparare, In suscitatione mortui domi
nus animarum, qui potest animas ad corpora reuocare.

M.E.C.D. 2017

Quantum igitur ad ſanationem pueri ægrotantis,tria introducit Euangeliſta ad explicationẽ miraculi facien tia.Primũ eſt opportunitas faciendi miraculum.Secun-
Inf.eo. a. dum eſt dignitas impetrandi remedium,ibi. (Cum au-
diſſet de Ieſu,miſit,&cę.) Tertium eſt congruitas accele-
Ibidem. randi beneficium,ibi.(Et cum iam non longe eſſet,&c.) Opportunitas igitur faciendi miraculum colligitur ex tribus,ſcilicet ex temporis cõmoditate, Ex loci congrui-tate,Et ex morbi neceſsitate.Primo igitur quantum ad commoditatem temporis dicitur.

Cum autẽ impleſſet omnia verba ſua in aures plębis,) »
id eſt, poſt tempus prædicationis perfectæ & completæ, quę propriè ſpectat ad illum doctorẽ,ſecundum illud Ec-
Eccli.43.d cleſiaſtici quadrageſimo tertio,Multa dicimus,& deficie mus in verbis, conſummatio ſermonũ ipſe eſt in omni-bus.Ipſe ſcilicet abbreuiatus in carne,ſecũdũ illud Iſaiæ
Iſaię.10.e. decimo.Conſummatio abbreuiata inundabit iuſtitiam
Iſaię.28.f. Et vigeſimo octauo. Conſummationẽ & abbreuiationẽ audiui à domino deo exercituũ, hoc dicebat in pſentia populi audientis CHRISTVM. Ad quẽ CHRISTVS
Supra.4d dixit ſupra quarto.Hodie impleta eſt hęc ſcriptura in au ribus veſtris,ſcilicet Iudęorum.

Secundo quantum ad congruitatẽ loci ſubditur,(In- »
trauit Capharnaũ,) vbi miracula facere conſueuerat,ſe- »
Ibidem. cundũ illud quod dicitur ſupra quarto. Quanta audiui
Matt.11.c. mus facta in Capharnaum &c.vnde Matthæi.11.dicitur. Et tu Capharnaum, nũquid vſq; in cœlum exaltaberis? quod dicit propter multas virtutes quas ibi fecit.Ratio huius eſt,quia hæc ciuitas Galilęæ erat in confinio gen
Ephe.2.c. tium,& per hoc oſtenditur CHRISTVS lapis angula ris,ſecundũ illud ad Epheſios ſecũdo.Vt duos condat in
Iſaię.9.a. ſemetipſo in vnum nouum hominem,faciens pacem. Et in hoc impleta eſt prophetia Iſaiæ nono. Primo tempo-re alleuiata eſt terra Zabulon & terra Nephthalim, & nouiſsim aggrauata eſt via maris trans Iordanem Ga-lilęæ gentium.&cętera.

Tertio quantum ad morbi neceſsitatem adiungitur. (Centurionis autẽ cuiuſdam ſeruus male habẽs erat mo »
riturus.) Ita grauem habebat morbum, ſecnndum illud »
Matthæi

M.E.C.D. 2017

Matthæi octauo. Puer meus iacet in domo paralyticus, & male torquetur. Centurionẽ autem vocat eum, quia præerat centũ militibus, qꝑ faciebant ex industria in prę- liijs, vt scirẽt facilius numerum bellatorũ. Vnde erant ibi Tribuni, Centuriones, Quinquagenariꝰ, & Decani: qui denominãtur à numero erũ quibus præsunt. Tribunus autem dicitur qui præest mille. Et hoc ad exhortationẽ populi constituere consulebat Ietro Moysi, Exodi decimo octauo, Constitue ex eis tribunos, & centuriones, & quinqugenarios, & decanos, qui iudicent populum omni tempore. Hic Centurio, licet plures haberet seruos, hunc charũ habebat inter alios, & ideo subdit. (Qui illi erat pretiosus,) id est affectuosius dilectus, secundũ illud Ecclesiastici trigesimo tertio. Si est tibi seruus fidelis, sit tibi quasi anima tua. Quia secundum illud Prouerbiorum. 17. Seruus sapiẽs dominabitur filijs stultis. Vnde seruus hic licet esset infirmus, non tamen erat suo domino oneros⁹, sed charus propter domini sui pietatẽ. Prouerbiorũ. 12. Nouit iustus iumentorũ suorum animas.

Matt. 8. a.

Exo. 18. c.

Eccli. 33. d

prou. 17 a

prou. 12. b

¶Et cum audisset de Iesu, &cę.) Post opportunitatem faciendi miraculum, subdit hic Euangelista dignitatẽ impetrandi remedium, quemadmodũ colligit Euangelista ex tribus, scilicet ex Centurionis reuerẽtia in supplicando, Ex seniorum confidentia in postulando, Et ex saluatoris clęmentia in condescendendo. Quę tria in vnum concurrentia, dignum faciũt seruum ægrotum ad inueniendum remedium sanitatis. Quãtum igitur ad Centurionis reuerentiã supplicantis præmittit.

Et cum audisset de Iesu) non solum aure corporis, sed & aure cordis, secunũ illud ad Romanos decimo. Fides ex auditu, auditus autem per verbũ CHRISTI. Et quia fides facit cum reuerentia accedere dum admirabilẽ dei prędicat maiestatem, ideo subdit. (Misit ad eum seniores Iudeorum,) quasi ipse non esset dignus accedere, nec auderet, sicut filij Israel tempore dationis legis, Exodi vigesimo, dixerũt ad Moysen, Loquere tu nobis. & audiemꝰ: nõ loquatur nobis dominus, ne fortè moriamur. Et hãc causam ipse reddit infra eodẽ. Propter quod & meipsum nõ sum dignũ arbitratus vt venirem ad te. Et ideo illos misit

Rom. 10

Exo. 20. c

Inf. eo. a.

M.E.C.D. 2017

misit nō tanq̄ nuncios inferiores .sed tanq̄ digniores. Et ideo mittebat seniores, qa ipsi sunt pro ętate & sapientia
Iob.12.b. reuerendi & audiendi. Iob.12, In antiquis est sapientia, & in multo tēpore prudētia. Vnde per eos dñm interpellabat, quod notatur cū subdit (rogās eū vt veniret, & salua
Eccli.38.a ret seruū eius.) scdm illud Eccli.38. In tua infirmitate ne despicias teipsum, sed ora dñm, & ipse curabit te. Simili
Iaco.5.d. ter & aliū propter te, quia Iacobi.5. Oratio fidei saluabit infirmū, & alleuiabit eū dns . Sed videtur huic cōtrariari. Mat, qui dicit. q̄ Cēturio ipse accessit ad dñm, sed nō
Matt.8.a. est contrarietas, quia sicut dicit Beda. Math. loquitur de accessu per fidē, Lucas narrat ordinē rei gestę. Augu. etiā
Beda. Augusti. dicit q̄ secūdū eomunē modū dicit accedere, qui incipit ire. Dicit etiā rogare qui per aliū facit. Vnde nulla est cōtrarietas, sed tūc esset si diceret Mat. q̄ corporaliter ad eū peruenisset in propria persona, qd non dicit, sed qd dicit stat cū dicto Lucę & vnus alterū explicat & cōfirmat.

Quātū aūt ad seniorū confidētiā intercedētiū, subdit (At illi cū veniissent ad Iesum rogabāt eū solicitè,) quia hoc faciebāt ex amore & cōfidentia. Ad Ro.12. Solicitu-
Rom.12.c dine nō pigri. spiritu feruētes, domino seruiētes, spe gaudentes, in tribulatiōe patiētes, orationi instantes, necessitatibꝰ sanctorū cōmunicātes. Et quia potissima ratio impetrādi est meritū eius, pro quo petitur. Ideo addit (Dicētes ei, quia dignus est vt hoc ei pręstes,) & sic iā inuenisti quē quęris, secundū illud Sapiē. 6. Vbi de sapiētia dicitur
Sapi.6.c. Quoniā dignos se, ipsa circuit quęrēs, & in vijs ostendet se illis hilariter, & in oñi prouidētia occurret illis. Et ad huiꝰ dignitatis cōprobationē adiūgūt (Diligit eū gentē nostrā) cū tamē sit alienigena. Et ideo tu, qui es de gente nostra, debes eū rediligere, secūdū qd dicis te Prouerb.8.
prou.8.b. Ego diligētes me, diligo. Nec tātū diligit ore vel lingua, sed ope & veritate. Vnde addūt. (Et synagogā ipse ędificauit nobis) qd quidē magnū bñficiū fuit, & signū magni amoris, vt dicit Grego. de charitate dicit q̄ amor operat magna si est, si aūt operari renuit, amor nō est. Et qm̄ magnā
Gregoriꝰ prętet eleemosynā, dignus est vt magnā ei facias gratiā, vt cognoscat illud Eccli.11. esse verū. Bñfac iusto & inue-
Eccli.11.a nies retributionē magnā. & si nō ab ipso, certè a dño qua

si dicant

ſi dicãt oſtende te dñm populi noſtri, vt facias huic ſicut obſtetricib9. Exo. 1. quę fecerũt mĩam cũ Hebręis, de qbus dicit. qa timuerũt obſtetrices deũ, ędificauit illis domos. Exo. 1. d.

Quãtũ ad ſaluatoris clęmentiã cõdeſcendẽtis, ſubdit. ℭ (IESVS autẽ ibat cũ illis,) omnino ſatiſfaciẽs petitioni eorũ. Maluit aũt dominus petitioni eorũ ſatiſfacere, quã petitioni reguli, Ioãnis. 4. dicentis. Dñe, deſcende priusq̃ moriatur filius meus, ſiue propter maiorẽ fidẽ & humilitatẽ Centurionis, cui dominus magis condeſcendebat, ſecundũ illud Ieremię. 5. Domine oculi tui reſpiciũt fidẽ, Siue ad cõmendandam humilitatẽ, ſecundũ quod dicit Ambroſi. Ad filiũ reguli ire noluit, ne diuitias honorare videretur. Ad ſeruũ vero Centurionis vadit, ne ſeruilem conditionẽ ſpreuiſſe putaretur. Elucet quidẽ fides in operibus dũ ſanat, ſed plus operatur humilitas in affectibus dum vadit. Vel hoc facit ad excludendã perſonarũ acceptionẽ, ſecũdũ quod dicitur Sapien. 6. Puſillũ & magnũ ipſe fecit, & ęqualiter cura eſt illi de omnib9. Vnde Actu. 10. In veritate comperio quia non eſt perſonarũ acceptor deus. Et ideo Iacobi. 2. Nolite in perſonarum acceptione habere fidẽ domini noſtri Ieſu Chriſti glorię, Quod fit quãdo diues præfertur pauperi, ſicut dicitur ibidem. Iere. 5. a. Ambroſi. Sapĩ. 6. b Actu. 10. f Iaco. 2. a. Ibidem

¶ Et cũ iã nõ longe eſſet &c) poſt opportunitatẽ faciendi miraculũ, & dignitatẽ impetrandi remediũ. ſubditur hic modo cõgruitas accelerãdi beneficiũ, q̃ quidẽ cõſiſtit penes meritũ fidei excellẽtis. Cuiꝰ excellẽtia triplex cõprobat. Prima ſc; ex humilitate cõfeſſionis deuotę. Secunda ex authoritate teſtificationis diuinæ. Ibi. (Quo audito, &c.) Tertia ex celeritate curationis optatę, Ibi. (Et reuerſi q̃ miſſi fuerãt.) Quãtũ ad humilitatẽ deuotę cõfeſſionis Nota q̃ Cẽturio excellẽtiã diuinæ poteſtatis primo inſinuat, Secũdo explicat verbo, Tertio probat argumento. Infinuat autẽ cum nõ audet eum ſuſcipere, explicat verbo, cum dicit eum omnia poſſe. Et probat argumento q̃ omnia debent ei obtemperare, propter quod ait. Inf. eo. b.

ℭ Et cũ iam nõ lõge eſſet à domo)propè eñ erat domui corporali, ſed propior domui mẽtali. Iuxta illud Pſalm. Prope eſt dñs oñibus inuocãtib9 eũ. Diuerſum dicit de malis, Iere. 12. Prope es tu ori eorũ, longe à renibus eorũ. pſal. 144. Iere. 12. a.

Non

M.E.C.D. 2017

renibus eorum. Non talis erat iſte, Cuius ſignũ erat pręcipua humilitas, quã oſtẽdit primo confitendo ſuam indignitatem, cum dicit. (Miſit ad eum Centurio amicos, dicens, domine, noli vexari.) Quaſi diceret, non ſum talis, ꝙ propter me debeas laborare & corporaliter fatigari, quia laborioſum erat illi illuc ire, ſecundũ illud Ioannis quarto. IESVS autẽ fatigatus ex itinere, ſedebat ſic
Ioan.4.a ſupra fontem. Quod non dicebat quia recuſaret pręſentiam CHRISTI corporalem, ſed propter ſuam indignitatẽ. Vnde & addit. (Non eñ ſum dignus vt ſub tectũ meum intres,) Quod dicit conſideratione ſuæ immunditię & peccati, ſicut & Petrus ſupra quinto. Exi a me do
Supr.5.b. mine quia homo peccator ſum. Secundi Regum vigeſimo quarto. Dixit Areuna regi. Quid cauſę eſt, vt veniat
2.Re.24.d dominus meus rex ad ſeruũ ſuum? Et hæc indignitas nõ latebat eum per ſuperbiã, ſed nota erat ei per humilitatẽ pręcipuã. Ideo adiungit. (Propter quod & meipſum non ſum dignum arbitratus vt venirem ad te,) ſignũ eſt humilitatis, ſecundum illud Philip. ſecundo. In humilitate
Phili.2.a. ſuperiores ſibi inuicem arbitrantes. Hoc arbitriũ erat in Apoſtolo per veram humilitatem qui dicebat. primę Corinthio. decimo quinto. Ego ſum minimus Apoſtolorũ,
1.Cor.15b qui non ſum dignus vocari Apoſtolus. Ambroſius, Militari honore depoſito, reuerẽtiam ſumit, ad fidem facilis, ad honorificentiã promptus. Et hoc quidẽ facit vera humilitas, ſecundũ illud Eccleſiaſtici tertio. Magna potẽ-
Ambroſi. Eccl'i.3.c. tia dei ſolius, & ab humilibus honoratur. Vnde iſte non ſolum honorificabat dominũ confitendo ſcilicet ſuam indignitatem, ſed & proferendo diuinę virtutis ſublimitatem, cũ addit. (Sed dic verbo & ſanabitur puer meus.) Quaſi diceret, non eſt apud te impoſsibile omne verbum, tu es enim illud verbũ per quod omnia facta ſunt.
Ioan.1.a. Ioannis primo. Tu es ille ſermo qui ſanas omnia. Sapiẽ-
Sapi.16.b tię decimo ſexto. Qui poteſtate plenꝰ es. Eccleſiaſtes. 8.
Eccl's.8.a Qui es verus & efficax, &c. ad Hebr. 4. Dic ergo verbo &
Heb.4.c. ſanabitur puer meus. Et ꝙ ſufficiat, id oſtendit a minori cũ adiũgit (Nã & ego ſum homo ſub poteſtate cõſtitutꝰ)
Rom.13.a & ita alijs me recognoſco ſubiectũ, ſcdm illud Ro. 13. Oĩs anima poteſtatibꝰ ſublimioribꝰ ſubdita ſit, ſic tamẽ ſubditus.

M.E.C.D. 2017

ditus q; & alijs prępositus, propterea dicit. (Habens sub me milites.) Qui scilicet verbo meo obediunt. Vnde addit. (Et dico huic: vade, & vadit, & alio: veni, & venit.) Sine contradictione. Secundum illud Hebræ. vltimo. Obedite præpositis vestris, & subiacete eis. Et hoc dicit quantum ad maiora ministeria. Et quantũ ad minora, addit. (Et seruo meo.) Scilicet dico. (Fac hoc, & facit.) Infra. 12. Beatus ille seruus, quem, cum venerit dominus, inuenerit ita facientem. scilicet sicut præcepit. Ex quo colligit, cum ipse sub nulla sit potestate & innumerabiles habeat subditos, quod potest sanare solo verbo. In quo confitetur IESVM dominum omnium. De quo. Ecclesiast. 42 Omnia in omni necessitate obaudiunt ei. Heb. 13. e. Infra 12. f Eccli. 42 d

Quantum autem ad authoritatem diuinæ testificationis subditur. (Quo audito IESVS miratus est.) Id est, ad modum admirantis se habuit, non quia hoc esset sibi ante incognitum vel magnũ sed vt signo ostenderet fidem gentilis hominis esse magnam. Sicut illius mulieris gentilis. Matthę. 15. O mulier magna est fides tua. Et hoc manifestat verbo, cum addit. (Et conuersus, sequentibus se turbis dixit.) maximè discipulis, ad quos per benignitatem conuertebatur vt doceret, secundum illud Deuteron. 33. Qui appropinquant pedibus eius, accipient de doctrina illius. Proue. 21. Qui sectatur sapientem, sumet sapientiam. Et dixit. (Amen dico vobis, nec in Israel tantam fidem inueni.) Vbi maior deberet inueniri. quia ipsi habent eam quasi per hæreditatem ab Abrahã De quo dicitur Genesis. 15. Credidit Abram domino, & reputatum est illi ad iustitiam. Ipsi etiam habent per legem Ioann: 5. Si crederetis Moysi, crederetis forsitan & mihi. de me enim ille scripsit: si autem illius literis non creditis, quomodo verbis meis credetis? Sed quomodo potest illud intelligi. cum beata virgo de Israel fuerit? cui dicitur supra primo. Beata quæ credidisti. Et etiam Apostoli, Sed hoc de Centurione dicitur, nõ quia maior est simpliciter, sed respectu habito ad personam. Vnde Chrysostomus. In modico sermone sapientiæ plus laudatur rusticus, quàm in magno Philosophus, & puer si dicat aliqua sapienter, laudatur vbi sapientior vel perfectior Matt. 15. e Deut. 33. a prou. 21. b Geñ. 15. b Ioan. 5. Supra. 1. e Chrysost.

M.E.C.D. 2017

ctior non auditur. sic & in proposito intelligendum est. Vel potest dici q̃ intelligitur quantũ ad reuerẽtiã, quæ exterius exhibetur. Vel q̃ in hoc intelligitur fides gẽtiũ.

Quantũ ad celeritatẽ optatę curationis, subiũgitur (Et reuersi q̃ missi fuerãt domũ.) Quasi spe de salute im-
Matt. 8.b petrata per verbũ Christi, quod dixit. Et Matthęus expri-
mit, licet Lucas taceat. Sicut credidisti fiat tibi. Et sana-
tus est puer ex illa hora. quod tacet Lucas, qa satis potest colligi ex ptęmissis. qa vt dicit Beda: Mos est beati Lucæ
Brda. ab alijs plena exposita breuiare. vel etiã de industria prę-
terire. Quę aũt breuio dicta ab alijs, vel omissa, solicitio dilucidare. Et ideo tacet verbũ dñi quod alij dicũt, & di-
cit nũciorũ reuersionẽ, vt exprimat miraculi celeritatẽ, q̃ insinuat cũ adiũgit. (Inuenerũt seruũ qui lãguerat sanũ) Ante ergo peruenit virtutis operatio. q̃ nũciorũ reuersio vt sic verũ esse cõprobetur quod in Psalmo dicitur: Velo-
psal. 147. citer currit sermo eius. Nec mirũ, quia idẽ est apud eũ di-
cere & facere, sicut Cẽturio fideliter credidit & ore con-
fessus est. Corde eñ creditur ad iustitiã, ore aũt cõfessio
Rom 10 b fit ad salutẽ. Et ideo credẽdo & cõfitẽdo. quod subito so-
lo verbo potest facere, hoc merito fidei impetrauit, vt sic impleta ostẽdat dñica ,pmissio. Marc. 1. Quęcũq̃ orãtes
Marc. 11. c petitis, credite qa accipietis & eueniẽt vobis. Et sic suffi-
cienter expresit euangelista mirabilẽ curationem serui.

Spiritualiter hic secũdũ allegoriã intelligitur curatio
Allego populi gẽtilis, quod colligitur ex persona ęgrotãte, & ex
ria. psona interueniẽte & ex curatiõis ordine. Persona nãq̃ ęgrotãs erat seruilis cõditionis, sic & populus gẽtilis añ
¶ Cura- nduẽtũ Christi. qa seruiebat peccato, secũdũ illud Ioã. 8.
cio gẽtiũ Oĩs qui facit peccatũ. seruus est peccati. Et ratio huius
Ioan. 8. d dicitur. 1: Pet. 2. A quo quis superatus est. huius & seruus
2. Pe. 2. d. est, Et ,ppter peccatũ specialiter idololatriæ, ,ppter quod erãt serui infimarũ rerũ. Ad Gal. 4. Cũ essemus puuli, sub
Gal. 4. a. elemẽtis mũdi eramus seruiẽtes. & post Quõ cõuertimi
Ibidẽ. b. ni ad in[illegible]ma & egena elemẽta, qbus denuo seruire vul-
tis. Ad Gal. Loquitur qui fuerãt gẽtiles. Ex persona inter-
ueniẽte, qui fuerũt seniores Iudęorũ, per quos intelligũ-
tur apostoli, secũdũ illud Isai. 3. Dñs ad iudiciũ veniet cũ
Isaię. 3. c. senibus populi sui & principibus eius. Isti sunt apostoli,
Matt. 19 d quibus dicitur Mat. 19. Sedebitis & vos super sedes duo-

M.E.C.D. 2017

decim iudicãtes duodecim tribus Iſrael &c. Horũ interuẽtione gẽtilis populus eſt curatus, ſecũdũ illud Mat vlt Eũtes docete oẽs gẽtes. Et p hos cõuerſi ſũt ad fidẽ Chriſti, per quẽ illuminati & ſaluati ſunt, ſecũ dñ illud Iſa. 49. Parũ eſt vt ſis mihi ſeruus ad ſuſcitãdas tribus Iacob, & fęces Iſrael cõuertẽdas, dedi te in lucẽ gẽtiũ. Ex curatiõis ordine, qa per fidei magnitudinẽ, quę prẽfertur fidei magnitudini Iſrahelitice. ad Rom. 11. Cęcitas ex parte cõtigit in Iſrael, donec plenitudo gẽtiũ intraret, & ſic oĩs Iſrael ſaluus fieret. Actu. 15. Elegit deus p os meũ (dicit Petrus) audire gẽtes verbũ euãgelij, & credere. Et poſteà: Et nihil diſcreuit inter nos & illos, fide purificãs corda eorũ. Ad Ro. 10. Nõ eſt diſtinctio Iudęi & Greci &c. Sequitur: Oĩs em̃ quicũq; inuocauerit nomen dñi, ſaluus erit. Matt. 28 c Iſaię. 49 b Rom. 11 d Actu. 15. b Rom. 10 c

Spiritualiter aũt ſecũdũ tropologiã deſignat hic curatio viri peccatoris, ad quã tria cõcurrũt. ſc; hęc: Primũ eſt recognitio ĩfirmitatis, ꝑ quã primo requirit vt homo cognoſcat delictũ, ad quod hortat Iere. 2. Vide vias tuas in cõualle, ſcito quid feceris. Alioquin nõ poteris iuſtificari, ſicut ibidẽ ſubditur. Ecce, ego iudicio cõtẽdã tecũ eo quod dixeris: Nõ peccaui. Hoc attẽdẽs aĩa pœnitẽs, dicit Iere. 31. Cõuerte me, & conuertar, quia tu dñs deus meus. Poſtq̃ em̃ cõuertiſti me, ęgi pœnitẽtiã. & poſtq̃ oſtẽdiſti mihi, percuſsi femur meũ &c. Secũdũ eſt interuẽtio authoritatis apoſtolicę, quia dictũ eſt Petro Matt, 16. Et tibi dabo claues regni cœlorũ, & quodcũq; ligaueris ſuper terrã erit ligatũ & in cœlis, & quodcũq; ſolueris ſup terrã erit ſolutũ & in cœlis. Et Ioã. 20. oĩb⁹ apoſtolis dicitur: Quorũ remiſeritis peccata, remittũtur eis &c. Ideo dicitur in Leuiticis. Orabit ꝑ eo ſacerdos & remittetur ei. Vñ ad Heb. 5. Oĩs nãq; põtifex ex hoĩbus aſſumptus, ꝑ hoĩbus cõſtituit in ĩjs q̃ ſunt ad deũ, vt offerat dona & ſacrificia ꝑ peccatis. Tertiũ eſt cõdeſcẽſio poteſtatis diuinę appropinquãs ad domũ ęgroti p gratię infuſionẽ. ſecũdũ illud cãtici Zacharię ſup. 1. Addãdã ſciẽtiã ſalutis & per viſcera mię dei noſtri. Dñi aũt gratia maximẽ approqinquat humilibus ſecũdũ illud Iac. 4. Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus aũt dat gratiã. Excelſus em̃ dñs, & humilia reſpicit &c. Vñ in pſal. Iuxta eſt dñs ĩjs qui tribulato ſunt corde, & humiles ſpiritu ſaluabit, Sicut dicitur infra. 19. Tropologia. Ierę. 2. e. Ibidẽ. g. Ierę. 31. d. Matt. 16 c Ioan. 20 c Leui. 5 b Hebr. 5. a. Supr. 1. g Iaco. 4. b pſal. 137. Infra. 19 a.

M.E.C.D. 2017

de Zacheo pusillo. Festinans descende, quia hodie in domo tua oportet me manere. Quoniam libenter humilibus condescendit. Augustinus: Altus est Deus, humilias te & venit ad te, exaltas te & fugit à te. Et nota quòd se aliter humiliauit Zachæus, aliter Centurio. Zachæus suscipiendo. Centurio non audendo suscipere. Vtroq; enim modo fit domino reuerentia. Vnde benè facit quī propter reuerentiam corpus dominicum suscipit frequēter in sacramento. Et bene etiam facit, qui propter reuerentiam cessat, vtriq; enim salus datur. Sicut Centurionis seruo. Et ipsi Zachæo. Sic intelligendum est in proposito.

Augustū.

¶Et factum est deinceps &c.) Post miraculum de curatione morituri, subditur hic miraculum de suscitatione mortui. In quo expressius fit demonstratio excellentiæ saluatoris. Ad huius autem miraculi explicitam descriptionem tria introducuntur ab Euangelista. Primum, est ratio mouens respectu miraculi faciendi. Secundum est causa efficiens respectu miraculi in fieri, & hoc notatur ibi. (Quam cum vidisset dominus & c.) Tertium est efficacia subsequens respectu miraculi iam perfecti, ibi: (Et resedit qui erat mortuus.) Ratio autem mouens dominum ad mirabiliter resuscitandum mortuum duplex ostenditur in litera: scilicet documentum ignorantium in intellectu, & solatium mœrentium in affectu. Et secundum hæc, duo genera hominum introducuntur in prima parte: scilicet comitantium in via vt derigantur per eius doctrinam, & occurrentium in porta, vt consolentur per eius gratiam. Primo ergo quantum ad comitatū multitudinis erudiendæ, dicitur:

inf.eo.b.

Ibidem.

Et factum est, deinceps ibat IESVS in ciuitatē quæ vocatur Naim:) Ibat scilicet ad docendum: Secundum illud Matth.4. Circuibat IESVS totam Galilæam, docens in synagógis eorum. & quia volentes discere comitantur doctorem, ideo addit, (Et ibant cum eo discipuli eius & turba copiosa.) Sciebāt enim illud esse verū Deut. 33. Qui appropinquant pedibus eius, accipient de doctrina illius. Et illud Prouerb.13. Qui cum sapientibus graditur, sapiens erit. Et idcirco dicitur Eccles.8. Ne despicias

Matt.4.d

Deut.33.a

prou.13.d

Eccli.8.b

M.E.C.D. 2017

ſpicias narrationem presbyterorum ſapiẽtium,& in pro-
uerbijs eorum conuerſare,ab ipſis enim diſces ſapiẽtiam
& doctrinam intellectus. Et ideo turbæ comitantur do-
minum & diſcipulos eius,ſecundum illud Pſalm. Acce- pſal'o .33.
dite ad eum,& illuminamini.

Secundo quantũ ad occurſum multitudinis cõſolãdę
" ſubiũgitur.(Cũ autẽ appropinquaret portæ ciuitatis.ec
" ce defunctus efferebatur filius vnicus matri ſuę,)De quo
erat mœror & luctus,quia mortuus.ſecundum illud.Ec- Eccl'i.22.b
cl'i.22. Super mortuum plora,defecit enim lux eius.Ma-
ior etiam erat luctus,quia erat vnigenitus,de quo fit plã
ctus tanto amarior quanto erat charior.Iere.6. Luctum Iere. 6. g.
vnigeniti fac tibi planctum amarum.Et.2.Regu.primo. 2.Re.1.d.
Dauid lugẽs Ionathã mortuũ, ſicut mater vnicum amat
filium,ita ego te diligebam.Maximus autem erat luctus
quia mater erat omnino deſolata,propter quod dicitur:
" (Et hęc vidua erat.)Et ita iam omnino deſolata, carens
tam ſolatio filij,quàm mariti.Quod allegat illa mulier:
Thecuitis ad miſericordiam impetrandam 2. Regũ.14. 2.Re.14.a
Heu mulier vidua ego ſum. Et ideo plangebat Ieremias
viduitatem Ieruſalem.Thre.1.Quomodo ſedet ſola ciui Thre.1.a.
tas plena populo & cæ.Et propterea multi ei compatie-
" bantur.Vnde addit:(Et turba ciuitatis multa cum illa.)
Scilicet ad condolendum & conſolandum,quia hic erat
mos Iudęorum, ſecundum illud. Ioann.11. Multi ex Iu- Ioan.11.c
dæis venerant ad Martham & MARIAM, vt conſolarẽ-
tur eas de fratre ſuo, ad quos omnes poterat hæc vidua
dicere:O vos omnes qui tranſitis per viam,attendite, & Thre.1.d.
videte,ſi eſt dolor ſicut dolor meus.Et poſt parũ: Poſuit
me deſolatum,tota die mœrore confectum.Et ideo ege- Ibidem. e
bat conſolatione.

¶Quam cum vidiſſet dominus.) Hic tangitur cauſa ef-
ficiẽs reſpectu miraculi in fieri, quæ quidem fuit duplex
ſcilicet affectus pietatis in corde, inclinans ad miſeren-
dum.Et virtus maieſtatis in ſermone imperan[illegible]l refur
gendum. Primum reſpicit naturam aſſumptam, ſecun-
dum vero æternam. Quantum ad affectum pietatis in
corde,dicitur.

" Quam quum vidiſſet dominus, miſericordia motus

M.E.C.D. 2017

super eam.) Scilicet, quantum ad cordis affectum, vt
Iob.30.d. posset dicere illud Iob. trigesimo. Flebam quondam su-
Iob.31. b. per eo qui aflictus erat. Et illud: Ab infantia mea creuit
mecum miseratio. Et quia misericordia latens in affectu
apparet in affatu. (Dixit, Noli flere.) Benigno sermone »
Iob.29.c. eam consolando, secundum illud Iob. vigesimonono.
Iere.31.c. Cor viduæ consolatus sum. Et Ierem. trigesimoprimo.
Quiescat vox tua à ploratu, & oculi tui à lachrymis. Et
quia affectum cordis, & affattum oris, comitari decens
est effectum operis. Ideo addit: (Et accessit, & tetigit lo- »
culum.) Vt omnibus ostēderet suam benignitatem, qua »
non despicit mortuos, quum secundum legem tangens
Leui.21.a. mortuum immundus esset, sicut dicitur. Leuitic. vigesi-
moprimo. Et vt portantes humiliter sistere faceret tan-
gendo, non imperando. Vnde subditur: (Hi autem qui »
portabant, steterunt.) Scilicet miraculum expectantes, »
Iob.37.c. secundum quod ipsi Iob. 37. dicitur: Ausculta hæc Iob:
sta, & considera mirabilia dei.

Quantum autem ad imperium maiestatis in sermo-
Ephe.5.c. ne, subditur (Et ait, Adolescens, tibi dico, surge.) Ephe. 5. »
Surge qui dormis, & exurge à mortuis: & illuminabit te
Ioan.5.e. CHRISTVS. Vt sic verificetur illud. Ioan. quinto. Om-
nes qui in monumentis sunt, audient vocem filij Dei.
Quæ quidem est vox imperans, & potens mortuos susci-
psal.46. tare, ratione suæ virtutis, secundum illud Psalm. Dabit
voci suæ vocem virtutis. Et rectè. quia sicut dicit Au-
Augusti. gustinus. Nemo tam facilè dormientem excitat de som
no, sicut CHRISTVS reuocat à sepulchro. Dirigit
autem hunc sermonem ad mortuum, non solum vt ex-
citatiuum, sed vt auditus reparatiuum: vt ostendat ve-
Ioan.8.c. rum esse illud, Ioan. 8. Principium, qui & loquor vobis.
Principiū scilicet interius operādo, qui loquor exterius
excitando. Vnde in CHRISTO, quia caro iuncta est
verbo æterno. Vox exterior iūcta est illi dicere interiori,
quod principium omnis conditionis: sicut patet in
Genes. 1. operibus sex dierum. Genesis. primo. Est etiam princi-
Sapi.16.b pium omnis reparationis. Sapie. 16. Tuus domine sermo,
qui sanat omnia.

¶Et resedit qui erat mortuus.) Hic tertio notatur effica- »
cia sub

M.E.C.D. 2017

cia ſubſequens, reſpectu miraculi iam perfecti. Quæ quidem duplex eſt, ſecundum duplicem finem, ſcilicet operis & intentionis. Prima efficacia eſt ſuſcitatio mortui. Secunda vero promotio fidei. Primo ergo determinatur ſuſcitatio mortui, vt nota plebi aſsiſtenti, cum dicit.

« Et reſedit qui erat mortuus, & cœpit loqui.) In quo apparet manifeſtè quòd viuebat: quia dupliciter vita dinoſcitur, ſcilicet per ſpiritum & motum. Non eſt dubium quin loqueretur verba diuinæ laudis, quod quidem non eſt mortuorum, ſed viuentium. Secundum illud Pſalmiſtæ. Non mortui laudabunt te domine, neque omnes qui deſcendunt in infernum. Sed nos qui viuimus benedicimus domino, ex hoc nunc, & vſq; in ſeculum. Et nota, quòd ſuſcitatio puellæ probatur mãducatione, Mar. quinto. Quia iuſsit dari illi mandu care. Suſcitatio Lazari, ambulatione. Ioannis vndecimo dicitur. Quòd CHRISTVS dixit: Solute & ſinite abire Suſcitatio adoleſcentis locutione, vt hic. Et reſpicit mãducatio actum vegetabilis. Ambulatio actum ſenſibilis Loquutio actum rationalis. Vt hac triplici probatione CHRISTVS oſtendatur dominus animæ, ſecundum omnem ſui potentiã, & virtutem. Nec tantum erat nota plebi aſsiſtenti, ſed grata matri deſiderantí. Vnde ſubdit

« (Et dedit illum matri ſuæ.) In quo oſtendit ſe illum ſuſcitaſſe, ad matris conſolationem. Vnde ipſa poterat dicere illud Annæ, primi Regum. primo. Pro puero iſto oraui & dedit mihi dominus petitionem meã quam poſtulaui eũ, Idcirco, & ego cõmodaui eum dño cũctis diebus & ſequitur: & adorauerunt ibi dominum. Sic Elias tradidit puerum reſuſcitatum matri ſuæ, & ait illi. tertij Regum decimo ſeptimo. En viuit filius tuus. Sed ille tradidit, iſte dedit: quia ille fuit miniſter ſuſcitationis, iſte vero dator vitæ & ſalutis.

¶Duo argumẽta vitæ. pſal. 113.

Mar. 5. d.

Ioan. 11. f

1. Re. 1. e.

3. Re. 17. e

Secundo vero deſignatur promotio fidei quantum

« ad reuerentiam creatoris, cum dicitur. (Accepit au-

« tem omnes timor: & magnificabant Deum.) Timor ſcilicet reuerentiæ magnificantis. Iob. trigeſimo ſeptimo. Timebunt eum viri, & non audebunt contemplari om-

Iob. 37. d.

V 8 nes qui

M.E.C.D. 2017

Isaię.59.d nes qui sibi videntur esse sapientes. Et Isaiæ quinquage-
simo nono. Timebunt qui ab occidente, nomen domi-
ni, & qui ab ortu solis, gloriam eius. Et sic timentes,
Eccci.43.d corde glorificabunt, & magnificabunt. Ecclesiast. qua-
dragesimo tertio. Glorificantes dominum quantum-
cunque potueritis, superualebit adhuc, & admirabilis
magnificentia eius. Benedicentes dominum, exaltate il
lum quantum potestis: maior est enim omni laude, &
subiungitur. Quis videbit eum, & enarrabit? Et quis
magnificabit eum, sicut est ab initio? Sed non sufficit
promotio fidei ad reuerentiam creatoris, sine intelligē-
tia mediatoris. Et ideo quantum ad illam, adiungi-
tur. (Dicentes, Quia propheta magnus surrexit in no-
bis.) Id est, CHRISTVS mediator secundum il-
Deut.18.c lud. Deuteronomij. decimooctauo. Prophetam susci-ta-
Actu.3.d bit vobis dominus Deus vester de fratribus vestris, tan-
quam me ipsum audietis. (Et quia Deus visitauit ple-
bem suam.) Scilicet per CHRISTVM redeptorem,
Supr.1.g. secundum illud Zachariæ. Supra. primo. Benedictus
dominus Deus Israel: quia visitauit, & fecit redemptio-
Gen.50.d nem plebis suæ. Et hoc secundum illud. Genesis. 50.
Post mortem meam Deus visitabit vos, & ascendere vos
faciet de terra ista, ad terram quam iurauit Abraham.
Quod intelligitur, de visitatione per mediatorem
CHRISTVM. Et sic apparet ex prædictis, quomo-
do manifestatus est, quantum ad excellentiam potesta-
tis suæ.

¶Sēsus spūalis. Secundum spiritualem intelligentiam nota, quòd
triplex status in prosecutione huius miraculi designatur
scilicet status iustitię in comitatu dñico. Status iniustitię
in adolescente mortuo. Et status pœnitentiæ in eodem
resuscitato. Status quidem iustitiæ designatur in CHRI-

¶Iustorū status tri-plex. STO & comitatu suo. Nam triplex est status iustorum,
scilicet, contemplationis, prælationis, & actionis. Sta-
tus præ[illegible]orum in CHRISTO, de quo, Ioannis de-
Ioan.10.b cimo. Ego sum pastor bonus. Bonus pastor animam suā
dat pro ouibus suis. Vbi in se ostendit formam rectę prę-
lationis. Status contemplatiuorum in discipulis, qui
admittuntur in montem in transfiguratione domini,
secundū

M.E.C.D. 2017

secundum illud Matth. decimo septimo. Assumpsit IESVS Petrum & Iacobum & Ioannem fratrem eius, & duxit illos in montem excelsum seorsum: & transfiguratus est ante eos. Et Infra decimo. Conuersus ad discipulos suos, dixit: Beati oculi qui vident quæ vos videtis. hoc dicitur contemplatiuis. Status actiuorum designatur in turba, quę versatur in fluctibus mundi. Infra decimo. Martha Martha, solicita es, & turbaris erga plurima. Vnde Ioannis decimo sexto. In mundo pressuram habebitis: Sed confidite, ego vici mundum. De hoc triplici statu iustitiæ, dicitur in figura Ezechielis. decimo. quarto. Si fuerint in medio eius, Noe, Daniel, & Iob: Ipsi iustitia sua liberabunt animas suas, ait dominus, & cętera. Per Noe intelliguntur prælati. Per Danielem (cui data est intelligentia visionum) contemplatiui. Per Iob actiui. Status vero culpę, designatur in adolescente mortuo, cuius triplex est gradus. Primus in interiori affectione. Secundus in exteriori operatione. Tertius vero, in consuetudine siue obstinatione. Hi tres status per tres mortuos à domino suscitatos, designantur, tum ratione locorum, tum ratione ætatum. Nam status peccantium in corde, designatur per puellam mortuam in domo, de qua habetur. Marc. quinto. Status peccantium in opere, per adolescentem, qui ad portam ciuitatis inuentus est, quia iam processit peccatum: de quo hic. Status peccantium per consuetudinem & obstinationem, per Lazarum, iam in virili ætate iacentem quatriduanum mortuum & fętidum in sepulchro. Ioann. vndecimo. His tribus, respondent tres mortui suscitati in veteri testamento, scilicet, puerulus ab Eliseo filius mulieris Sunamitis. quarti Regum. quarto. Adolescens filius mulieris Sareptanæ suscitatus ab Elia. tertij Regũ. decimoseptimo. Et vir ab Eliseo mortuo. quarti Regũ. decimotertio. In quibus designantur tres prædicti status. Possunt etiam in ijs tribus tres radices peccatorum designari, quia vnus mortuus est ex languore ægritudinis, in quo est cõcupiscentia carnis. Alius ex feruore solis, in quo cupiditas mundi. Tertius inuisibiliter in quo superbia vitæ. Status autem pœnitentiæ, designatur in adolescente re

Matt. 17. a
Infra. 10 d
Ibidẽ. g
Ioan. 16. d
Ezec. 14. e
Dani. 1. d.
¶ Status culpæ triplex.
¶ Tres mortui à domino suscitati.
Marc. 5. d
Ioan. 11. f.
4. Re. 4. f.
3. Re. 17. d.
4. Re. 13. d
3. Re. 17. c.
4. Re. 4. d
4. Re. 13. d
¶ Pœnitẽtię status.

M.E.C.D. 2017

ſuſcitato, de quo dicitur (Quòd reſedit, & cœpit loqui, & redditus eſt matri.) Reſedit quidem per contritionẽ quæ
pſalo.11.6. leuat caput à terra. Pſalm. Surgite poſtq̃ ſederitis qui mã
Iere.15.d. ducatis panem doloris. Ierem. 15. Solus ſedebam, quoniã amaritudine repleſti me. Cœpit loqui per confeſsionem
Iob.10.a. Iob. decimo. Loquar in amaritudine animæ meæ dicam
Iob.7.c. deo, Noli me condemnare. Et ſeptimo. Non parcam ori meo, loquar in tribulatione ſpiritus mei, confabulabor cum amaritudine animæ meæ. Redditus eſt matri eccleſiæ per ſatisfactionem, quia ſatisfacere, eſt debitum reddere, non tantum Deo patri, ſed etiam matri eccleſiæ.
4.Re.4.c. In cuius figura dicitur, quarti Regum, quarto. Tolle puerum iſtum, & duc eum ad matrem ſuam. Et ſicut mater libenter ſuſcipit filiũ ſuſcitatũ, ſic CHRISTVS & eccleſia
Infra.15.g gaudenter peccatorem pœnitentẽ. Vnde infra. 15. Epulari aũt & gaudere oportebat, quia frater tuus hic, mortuus erat & reuixit.

¶Diuiſio ¶Et exiit hic ſermo.) Poſtq̃ oſtenſa eſt ſufficienter excellentia poteſtatis in CHRISTO, per magnitudinẽ duplicis miraculi, hic ſecundo oſtenditur euidentia veritatis in eodem. per certitudinẽ veritatis teſtimonij, quod quidẽ fuit teſtimoniũ præcurſoris. Ad huius aũt teſtimonij certificationẽ dupliciter procedi poteſt & debet, aut per probationẽ veritatis ipſius in ſe, aut per approbationem virtutis in teſtificãte. Primũ reſpicit præcurſoris doctrinã ſecundũ vero reſpicit præcurſoris vitã, quorũ vtrumq; faſcit ad approbationẽ teſtimonij. Primo ergo in hac parte oſtenditur præcurſoris teſtimoniũ eſſe verũ. Secundo vero teſtificãtis meritum eſſe magnũ, ibi: (Et cũ diſceſsiſſent nuncij Ioannis) Circa primũ aũt. ſ. veritatẽ teſtimonij cõprobandũ duo introducũt, primũ eſt quæſtio præcurſoris, ſecundũ eſt reſponſio ſaluatoris, ibi. (In ipſa aũt
Eodem.c hora curauit multos.) Quærit aũt Ioãnes id ex eo cui teſtimoniũ perhibuerat, nõ propter dubiũ amouendũ, ſed propter teſtimoniũ approbandũ per infallibile argumẽtũ Proponitur aũt quæſtio ipſius hoc ordine. Primo em̃ introducitur quæſtionis occaſio. Secundo quæſtionis demandatio. Tertio vero quæſtionis demandatæ denuncia tio. Introducitur ergo primo quærendi occaſio ex nomi-

nis

M.E.C.D. 2017

nis CHRISTI præconio, quantum ad hoc dicitur.

" Et exijt hic sermo) scilicet de suscitatione mortui. (In
" vniuersam Iudęam de eo, & in omnem circa regionem.)
Ita vt possent omnes dicere illud Iob vigesimo octauo. Iob.28.d.
Auribus nostris audiuimus famã eius. Et illud Iosue no- Iosue.9.b
no. Audiuimus famam potentiæ eius, scilicet dei vestri,
Vnde & Matthæ. quarto dicitur quod abijt opinio eius Matt.4.d
in totam Syriam. Cuius figura præcessit in Ozia rege
secundi Paralipo. vigesimo sexto. Egressum est nomen 2.par.26.c
eius procul, eo quod auxiliaretur ei dñs, & corroborasset
eum. Hoc autem famæ præconiũ, licet esset multis causa
credendi, erat tamen aliquibus occasio inuidendi, sicut
" discipulis Ioannis, propter quos additur. (Et nunciaue-
" runt Ioanni discipuli eius de omnibus his.) Beda. Non Beda.
simplici corde, sed inuidiã stimulante, sicut Ioannis ter- Ioan.3.c.
tio vbi querulantur dicentes. Rabbi, qui erat tecum
trans Iordanem, cui tu testimonium perhibuisti, ecce hic
baptizat. Et omnes veniũt ad eũ. De talibus ad Philip.1. phili.1.c.
Quidã ex contentione Christũ annunciant nõ syncerè.
Ex hoc ergo sumpta est occasio quęrendi, vtrũ ipse esset
quẽ Ioãnes pręnũciauerat, tum propter discipulorũ inui
diam extirpandã, tum propter contentionẽ consopien
dam, tum propter ipsorũ dubitationẽ amouẽdam, tum
propter ipsam veritatẽ iam clarius diuulgandam.

Subdit secũdo quęstiõis demãdatio ex Ioãnis officio
" eũ dicit. (Et cõuocauit duos de discipulis suis Ioãnes: &
" misit ad Iesum.) Hoc enim spectat ad officiũ pręcursoris
missio discipulorũ ad Christũ. Pręcursoris em officiũ est
mittere ad Christũ verbo & opere potentẽ, tam sc; prædi
cando quã baptizando, secundũ quod dicitur. Actu.19. Actu.19.
Ioãnes baptizauit baptismo pœnitẽtiæ, populũ, dicens,
in eũ q vẽturus esset post ipsum vt crederẽt. Vnde Glossa. Glossa.
Misit eos ad Iesum, vt hac occasione signa videãt, & cor-
repti credãt in eũ. Et Ambro. Misit discipulos ad Christũ Ambrosi.
vt supplementũ scientiæ assequãtur, quia plenitudo legis
est Christus. Et quia plerũq; mirabantur dicta sine factis
& fides plenior gestorum testificationibus, quam verbo
rum sponsionibus, exhibetur. Ideo mittebat eos ad veri
tatem vt ipsi certificarentur per veritatem, & certificati,

M.E.C.D. 2017

redderent teſtimoniũ veritati, & ideo duos miſit. ſecun-
Ioan.8.b dum illud Ioannis.8. In lege veſtrà ſcriptum eſt. Quia duorũ hominum teſtimonium verum eſt. Quia tamen adhuc dubitabant, ideo formam quærendi eis dat, cum addit, (Dicens, Tu es qui venturus es,) id eſt, quem ego »
Ioan.1.d prædixi venturum. Ioannis primo. Poſt me vẽturus eſt, qui ante me factꝰ eſt, & in cęteris aliꝭs euãgeliꝭs. (An aliũ » expectamusꝰ) quaſi diceret, ſi tu es ille, iam alius non eſt expectandus, ne forte ſi alium expectemus, ſuſcipiamus,
Ioan.5.g. non iam CHRITVM, ſed Antichriſtum. De quo Ioannis quino dticit dominus ad Iudæos incredulos, Ego veni in nomine patris mei, & nõ accepiſtis me, ſi alius venerit in nomine ſuo, illum accipietis.

Subiungitur autem tertio demandatæ quæſtionis re- »
latio diſcipulorum miniſterio, cum ſubditur. (Cum au- »
tem veniſſent ad eum viri.) Iſti duo viri deſignati ſunt
Ioſu.2.a. per duos exploratores miſſos vltra Iordanem. Ioſue ſecũ do. Et dicuntur viri quia viriliter & fideliter impleuerũt quod eis fuerat imperatum. Vnde ſubditur, (dixerunt, »
Ioannes baptiſta miſit nos ad te.) vt ſcilicet nos in per- »
ſona ſua quęreremus a te, Quod notat, cum ſubdit. (di- »
cens, Tu es qui vẽturus es: an alium expectamusꝰ) Vnde »
nota quod quæſtio iſta proponitur à diſcipulis in perſo na Ioannis, vt oſtendatur quòd diſcipuli ferunt intrà ſe animum dubium, ſed per Ioannẽ dirigantur ad CHRIſTVM. Vnde Ioannes non per ſe quęſtionẽ propoſuit, quia nõ in ſe, ſed in diſcipulis dubitauit. Et hoc eſt quod
Chryſoſt. dicit Chryſoſtomus, qui a ſpiritu didicerat, qui vocẽ patris audierat, qui cæteris prędicauerat, qui teſtimonium perhibuerat, quomodo poſt multa miracula, p quæ aliꝭs innotuerat, dubitabat? Nunquid timidior propter incarcerationẽ factus fuerat? Abſit cũ eum dominꝰ dicat, nõ eſſe arundinẽ vento agitatam. Vnde non dubitauit, ſed verba dubitãtis propoſuit ad certitudinẽ diſcipulorum,
Ioan.11.e ſicut dominus Ioannis.11. Vbi poſuiſtis eum? & Marci.7.
Ioan.6.a. Vnde ememus panes? Gregorius tamen vult quod du-
Gregoriꝰ bitauerit & quęſierit non de primo aduentu, de quo certus erat, ſed de deſcenſu ad inferos, quò CHRISTVM
Ambroſi. adhuc præcedere debebat. Ambroſius vero vult quod

dubitaue

M.E.C.D. 2017

dubitauerit,nõ ex infidelitate aut tarditate,vt discipuli, sed quàdam pietate,sicut dicitur in Glossa.

¶In ipsa autem hora &c.) Post propositam quęstionem, subdit quæstionis solutionẽ ad discipulorũ dubium remouendum, & Ioannis testimoniũ confirmandum. In qua dominus perfectissimè respondet scilicet quæstioni, & quærenti,& omni contradicenti. Primũ quidẽ respondet quęstioni faciẽdo miracula, per quę probatur ipsum esse Christum siue Messiam,& ob hoc dicitur.

« In ipsa autem hora) scilicet aduentus discipulorum. Quæ quidem erat hora propalandę veritatis,secundum illud ad Roma. decimo tertio. Hora est iam nos de som- Rom.13.c
no surgere ,& cætera . In hac ergo ad veritatem propa-
« landam.(Curauit multos,) in cuius figura dicitur de Si-
mone filio Oniæ,Ecclesiastici quinquagesimo.Curauit Eccli.50.a
gentem suam & liberauit eam à perditione.Et quia vir-
tus miraculorum non solum attenditur in multitudine
curatorum , & ex parte personarum , sed etiam ex parte
morborum.Ideo subditur quod a multiplici ægritudine
« curauit,scilicet (à languoribus suis,) quo ad morbi pro-
lixiratẽ ,Ecclesiastici decimo. Languor prolixior grauat Eccli.10.b
medicum, Breuem languorem præcidit medicus. Vt sic
impleretur illud Isaiæ quingesimo tertio. Verè languo- Isaię.53.a
res nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit,
« (Et plagis,) quantum ad morbi acerbitatem , Secũdum
illud Ieremiæ trigesimo. Plaga inimici percussi te casti- Iere.30.c.
gatione crudeli.Ab his curauit dominus , sicut in Psal- psalo.38.
« mo petitur.Amoue à me plagas tuas.(Et spiritibus ma-
« lis,) quantum ad impetum alienæ violentiæ, qui fit per
spiritum malum.1.Regum.16. Exagitabat Saul spiritus, 1.Re.16.c
« neq; a domino(Et cæcis multis donauit visum,) In quo
notatur defectus intrinsecæ potentiæ . Vt sic impleatur
illud Isaiæ vigesimo nono.De tenebris & caligine,oculi Isaię.29.f.
cæcorum videbunt . Et per hæc manifestat se esse illum
qui erat venturus,Ioannis quinto. Vos m[illegible]tis ad Ioan- Ioan.5.f.
nem,& testimoniũ perhibuit veritati . Et subditur. Ego
autem habeo testimonium maius Ioanne . Et postea.
Opera quæ ego facio,testimonium perhibent de me,

« Secundo respondet quærenti, denunciando prodi
gia ad

M.E.C.D. 2017

gia à discipulis visa & audita, propter quod dicit. (Et re- »
spondens dixit illis. Euntes renũciate Ioanni quę audi- »
Tobi.12.b tis & vidistis.) Quia sicut dicit Tob.12. Opera dei reue- »
lare & confiteri, honorificũ est. Mandat eis denunciare
quę viderunt & audierunt, quia isti duo sensus plurimas
nobis differentias ostendunt, vt in hoc ostendatur perfe-
ctior fides Ioãnis qui credidit solo auditu, quã istorum
Ioan.20 g qui viderunt & crediderũt. secundũ illud Ioannis.20. De
Thoma, cui dicitur, Quia vidisti me Thoma, credidisti:
Beati qui non viderũt & crediderunt. Pręcipit autem eis
narrare prodigia, quę quidẽ sunt pręcipua miracula pro-
pter impossibilitatẽ respectu virtutis creatę, sicut est resti
tutio visus, rectificatio gressus, mũdatio corporis totius,
reparatio auditus, restitutio vitæ & sublimatio inopiæ.
Quantũ ad restitutionẽ visus dicit. (Quia cęci vidẽt.) »
Isaię.35.b. Isaiæ.35, Tunc aperiẽtur oculi cęcorũ, scilicet in aduentu
Ioan.9.f. CHRISTI. Ioannis.9. A seculo nõ est auditũ quia quis
aperuit oculos cæci nati. Quãtũ ad rectificationẽ gressꝰ
Mich.4.b dicitur. (Claudi ambulant.) Micheæ.4. In die illa dicit »
dominus, cõgregabo claudicantẽ: & eam quã eieceram,
Isaię.35.b. colligã. Isaię.35. Tũc saliet sicut ceruus claudus, & aperta
erit lingua mutorũ. Quantum ad mundationẽ corpo-
Infra.17.d ris totius, dicitur. (Leprosi mundãtur,) sicut infra.17. le- »
Iob.14.a. guntur decẽ leprosi esse mundati, & sicut dicitur Iob.14.
Quis potest facere mundum de immundo conceptum
semine nonne tu qui solus es? Tu ergo qui hæc facis, es
ille, qui venturus es? Quantum ad apertionem auditus,
Isaię.35.b. subditur, (surdi audiunt.) Isaię trigesimo quinto. Aures »
surdorum patebunt, scilicet in aduentu CHRISTI; se-
Marc.7.d cũdum illud Marci septimo. Bene omnia fecit: & surdos
fecit audire, & mutos loqui. Quantũ ad reparationẽ vi-
tæ, dicitur, (mortui resurgunt,) secundum illud Ezechie. »
Ezec.37.d 37. Et scietis quia ego dominus, cum aperuero sepulchra
vestra & eduxero vos de tumulis vestris populę meus: &
dedero spiritum meum in vobis, & vixeritis, Et hoc est
Ioan.5.d. in aduentu CHRISTI. Ioannis quinto. Quia venit
¶ pręconi hora & nunc est, quando mortui audient vocem filij dei
um pau- Postremo quantum ad sublimationem inopię, subditur.
pertatis. (Pauperes euangelizantur.) id est, per Euangelium prę- »
dicantur

M.E.C.D. 2017

dicantur & exaltantur, quod patet, quia sermo domini incepit à commendatione pauperum. Matthæi quinto. Beati pauperes spiritu: quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Et Supra sexto. Et hoc erat certũ signum aduentus CHRISTI secundum illud Isaiæ vigesimo nono. Pauperes homines in sancto Israel exultabunt. Quia sicut dicitur Isaię sexagesimo sexto. Ad quem respiciam, nisi ad pauperculũ, & contritũ spiritu, Et Iacobi. 2. Nõne Deus elegit pauperes in hoc mundo? &c. Quia de ipso Christo dictum est. Psalmo septuagesimo primo. Parcet pauperi & inopi · & animas pauperum saluas faciet. Et post. Et honorabile nomen eorũ coram illo. Et illud erat magnum prodigiũ, quia honorabile fuerat, & amabile, & prædicabile nomen pauperum, quod non fuit nisi per IESVM qui se fecit paperẽ ad nos pauperes ditandos & honorandos. 2. Corinth. 8. Scitis enim gratiam domini nostri IESV CHRISTI, quoniam propter vos egenus factus est, cũ esset diues. vt illius inopia, vos diuites essetis. Et nota quod magis dicit (pauperes euangelizãtur,) Quam virgines vel obedientes, quia paupertas fundamentum est euangelicæ perfectionis. Sicut fundamẽtum ciuitatis Babylonis est auaritia, secundum illud. 1. Timoth. sexto. Radix enim omnium malorum est cupiditas. Et initium omnis peccati est superbia, secundum quod dicitur. Ecclesiastici. decimo. Sic paupertas spiritus, (quæ includit oppositum vtriusque, scilicet, paupertatem, & humilitatem) est fundamentum perfectionis euangelicæ, est & consummatio eiusdem, secundum illud, secundo Corinthiorum octauo. Altissima paupertas eorum abundauit in diuitias simplicitatis eorum.

Matt. 5. a. Supr. 6. c. Isaię. 29. f. Isaię. 66. a Iaco. 2. a. psalo. 71. 2. Cor. 8 b 1. Tim. 6 b Eccli. 10 b 2. Cor. 8. a

¶Et nota quod paupertas est euangelizanda & prædicabilis propter decem excellentissimas dignitates.

¶Paupertas decẽ de causis est extollenda.

Primo, propter intelligentiam infirmitatis propriæ, Threnorum. tertio. Ego vir videns paupertatem meam, & cætera, Contrarium dicitur de diuite. Apocalypsis. tertio. Dicis: Diues sum & locupletatus, & nullius egeo, & nescis quia tu es miser, & miserabilis, & pauper, & cæcus, & nudus. Suadeo tibi emere à me aurũ ignitum & c.

Thre. 3. a. Apoc. 3. c.

Secun-

M.E.C.D. 2017

Secundo, propter excellentiã virtutis gratuitæ. 2. Corin
2.Cor.8. the.8. Altissima paupertas, &c. vt superius. Gene. 41. Cre-
Geñ.41.g scere me fecit deus in terrà paupertatis meę.
Isaię.29.f. Tertio, propter affluentiam iocũditatis internæ. Isaiæ.
vigesimo nono. Pauperes homines in sancto Israel exul-
psalm. 68 tabunt. Psalmo sexagisimo octauo. Videant pauperes &
lętentur: quęritæ deum, & viuet anima vestra.
Quarto, propter copiam abundantis sufficientiæ. To-
Tobi.5.d bię quinto. Sufficiebat nobis paupertas nostra, &cæt. Et
prou.12.b iterum Prouerbio. 12. Melior est pauper & sufficiens sibi,
quàm glorioſus & indigens pane. Contrariũ dicit Eccle
Eccli.14b siastici. 14. Insatiabilis oculus cupidi.
Quinto, propter custodiam protectionis supernę. Pro-
prou.22.d uerbio. 22. Non facias violentiã pauperi, quia pauper est:
neq; conteras egenum in porta, quia iudicabit dominus
Iob.5.c. causam eius, & configet eos qui confixerunt eum. Iob. 5.
Saluũ faciet egenũ à gladio oris eorũ, & de manu violen-
psalmo.9 ti pauperẽ. Psalm. 9. Factus est domino refugiũ pauperi,
adiutor in opportunitatibus in tribulatione.
Sexto, propter complacẽtiã acceptationis diuinæ. Isaię
Isa.66.a 66. Ad quem respiciã, nisi ad pauperculũ & contritũ spiri-
psalm.10. tum? &c. Psalm. Oculi eius in pauperem respiciũt. Et Eccle
Eccli.11.b siasti. 11. Est homo marcidus egens recuperatione, & sub-
ditur, & abundans paupertate, & oculus dei respexit illũ
in bono, & erexit eum ab humilitate ipsius.
Septimo, propter condescendentiam pietatis supernæ,
psalm.33. id est, paternę. Psalm. Iste pauper clamauit & dñs exaudi-
psalm.11. uit eũ. Et iterũ. Propter miseriã inopũ & gemitũ pauperũ
nunc exurgã. Rursus. Parcet pauperi & inopi.
Octauo, propter eminentiam authoritatis iudiciariæ.
psalm.71. Iob.36. Non saluat impios & iudiciũ pauperibus tribuit.
Iob.36.a. Matth.19. Vos qui secuti estis me in regeneratione, &cæ.
Matt.19. Sequitur, Sedebitis & vos, super sedes duodecim, iudicã-
tes duodecim tribus Israel.
Isaię.48.b Nono, propter euidentiam perfectionis probatę. Isa. 48.
Apoc.2.c. Elegi te in camino paupertatis. Apo. 2. Scio tribulationẽ
tuam & paupertatem tuam, sed diues es: & blasphemaris
ab his qui se dicunt Iudæos esse, & non sunt, sed sunt
synagoga satanæ.

Decimo

M.E.C.D. 2017

Decimo & vltimo ; propter excellentiam regalis præsidentiæ Iaco.2. Nonne Deus elegit pauperes in hoc mundo, diuites in fide, & hęredes regni quod repromisit deus diligentibus se: Matt:5. Beati pauperes spiritu: quoniam ipsorum est regnum cœlorum . Si igitur despectissimum est genus pauperum, & excellentissimum genus diuitũ, excellẽtissimum miraculum est quod pauperes, vt reges euangelizantur. Iaco.2.a. Matt.5.a.

Tertio respondet omni contradicenti comprimendo iudicia temeraria , quæ præcipitant homines in diuersa scandala. Ideo dicit: (Et beatus est, quicunq; non fuerit scandalizatus in me.) Id est, qui non iudicauerit me hominem purum & non Deum, in consideratione infirmitatis assumptæ, quod quidem erat valde difficile, imo impossibile non credenti. Vnde. 1. Corint 1. Nos prædicamus CHRISTVM crucifixum, Iudęis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam. Sed quidam scandalizati sunt propter infirmitatem, sicut discipuli. Matt. 26. Omnes vos scandalum patiemini in me in ista nocte. Quidam autem ex malignitate, sicut Scribæ & Pharisæi, secundum illud Matt. 15 Scis quia Pharisæi audito verbo hoc scandalizati sunt ? Vnde generale documentum est hoc omnibus volentibus nosse CHRISTVM, vt videant, ne propter infirma quæ passus est, incurrant scandalum. Secundum illud Isaiæ, 8. Dominum exercituũ ipsum sanctificate &c. & subiungitur : Et erit vobis in sanctificationem . In lapidem autem offensionis, & petram scandali duabus domibus Israel, & in laqueũ & in ruinã habitantibus Ierusalem. Et ideo talem vocat rectè beatũ qui vitat periculum erroris & peruenit ad lucem veritatis. Sicut Petrus cui dicitur Matthę. 16. Beatus es Simon Bariona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi &cæte. Matt.16.

¶ Spiritualiter hic nota quòd ex curatione morborum, præsentialiter exhibita intelligitur perfecta curatio ab originali . Sed ex curatione morborum denunciata Ioanni perfecta curatio ab actuali:

Quantum ad curationem ab originali nota quòd ad hoc quod perfectè curetur oportet quod fiat curatio, & ęmatio à quatuor : quæ fuerunt propter originale peccatum

¶ Quõ quidã in Christo scãdalizati sunt.

¶. 4. mala infixa sunt hoi per peccatum originale.

M.E.C.D. 2017

catum inflicta, scilicet à concupiscentia, impotentia, malitia, & ignorantia. Et hæc quatuor designantur per curationem quatuor generum ægritudinum. Nam concupiscentia intelligitur per languorem propter adhærentiam vniuersalem, secundum illud Isa. 1. Omne caput lãguidum, & omne cor mœrens. Impotentia, per plagam. Ier. 10. c. Ierem. 10. Væ mihi super contritione mea, pessima plaga mea. Per spiritum malignũ intelligitur nequitia. 1 Re. 16 Exagitabat Saul spiritus nequam. Per cæcitatem ignorantia. Isai. 59. Palpauimus sicut cæci, parietem, & quasi absq; oculis attrectauimus: impegimus meridie quasi in tenebris. Et. 56. Speculatores eius cæci omnes. In curatione ergo huius quadruplicis ægritudinis intelligitur perfecta curatio originalis.

Isaię. 1. b.
Ier. 10. c.
1. Re. 16. c
Isaię. 59. b
Isaię. 56. d

¶ In consummatione impietatis sũt 5. gradus

Quantum ad curationem perfectam ab actuali, nota quòd in consummatione impietatis in actuali peccato, quinq; sunt gradus.

Thre. 4. c
Eccli. 11. b

Primus est deuiatio in eligendo, & hoc per cæcitatem designatur. Thre. 4. Errauerunt cęci in plateis: quia error & tenebrę peccatoribus cõcreata sunt, qui autem exultant in malis, consenescunt in malo. Eccli. vndecimo.

psal'o. 17.
3. Re. 18. d

Secundus est deorbitatio in prosequendo, quæ intelligitur per claudos. Psal. Filij alieni inueterati sunt, & claudicauerunt à semitis suis. Vnde tertio Regum decimo octauo. Vsquequo claudicatis in duas partes &c.

Deut. 24 b

Tertius contagium in conuersando quod intelligitur per lepram. Deuteronomij vicesimo quarto. Obserua diligenter ne incurras plagam lepræ. sed facies quæcunq; docuerint te sacerdotes.

Ezec. 36. e

Eze. 36. Mũdabimini ab omnibus inquinamentis vestris.

psal'o. 57.

Quartus est obduratio in perdurando, quæ per surditatem intelligitur, secundum illud Psalmi. Sicut aspidis surdæ, & obturantis aures suas.

prou. 18. a

Quintus est desperatio in contemnendo, quia impius cum in profundum venerit peccatorum, cõtemnit. Prouerbiorum decimo octauo. quæ intelligitur per mortem

Isaię. 28. d
1. Ioã. 5. d.

Isaiæ vicesimo octauo. Percussimus fœdus cum morte. Et hoc est peccatum ad mortem: de quo dicitur. primæ Ioannis quinto. Ab omnibus curat virtus CHRISTI

per

per gratiam ſuam,quæ deſignata fuit in piſcina.De qua Ioannis quinto dicitur quòd angelus domini deſcen- Ioan.5.2.
debat ſecundum tempus in piſcinã,&mouebatur aqua. Et qui primus deſcendiſſet in piſcinam poſt motionem aquæ, ſanus fiebat à quacunquè detinebatur infirmitate.Et hæc eſt virtus quæ de illo exibat,& ſanabat omnes ſecundum quod dicitur ſupra ſexto. Supr.6.c.

¶Et cum diſceſsiſſent & cætera.) Supra comprobauit ¶Diuiſio
teſtimonium Ioannis, per euidentiam veritatis in ſe, hic ſecundo comprobat per euidentiam virtutis in Ioanne teſtificante.Et habet hæc pars duas partes.In quarum prima multipliciter extollitur prærogatiua virtutis in Ioanne. In ſecunda verò redarguitur perfidia incredulitatis in plebe,ibi. (Cui ergo ſimiles dicam homi- Inf. eo.c.
nes & cætera.) Prærogatiua autem virtutis oſtenditur fuiſſe quadruplex in Ioanne. Primo ſcilicet, quantum ad meritum vitæ. Secundo, quantum ad officium doctrinæ,ibi:(Sed quid exiſtis videre? prophetam? & cęter) Ibidem d
Tertio quantum ad donum gratiæ,ibi. (Dico enim vobis,maior inter natos mulierum & cætera.) Quarto, Ibidem d
quantum ad præconium famæ,ibi, (Et omnis populus audiens & cætera.) Quantum ad primum, notan- Ibidem.
dum,quòd meritum vitæ, dupliciter commendatur in Ioanne. Primo,quantum ad conſtantiam reſpectu difficilium.Secundo verò quantum ad abſtinentiam reſpectu delectabilium. Introducitur ergo primo, commendatio conſtantiæ Ioannis, in abſentia diſcipulorum, propter quod dicit:

Et cum diſceſsiſſent nuncij Ioannis.)Solutione quæſtionis obtenta reuertentes, tanquam boni nuncij, ad eum à quo miſsi fuerant. De quibus Iob viceſimo octa- Iob.38
uo. Nunquid mittes fulgura,& ibunt,& reuertentia dicent tibi. Aſſumus? In horum abſentia, laudari debebat Ioannes, vt oſtendatur laus eſſe vera,non adulatoria,ideo dicitur. (Cœpit de Ioanne dicere ad turbas.) Cœpit vtique ipſum turbis laudare, ne vic[illegible]tur Ioannes, ex dubitatione,diſcipulos ad Chriſtum traſmiſiſſe ¶Ioãnis
Ideo incipit eũ de conſtantia commẽdare dicens:(Quid conſtan-
exiſtis in deſerto videre? arundinem vento agitatam?) tia.

Quaſi

M.E.C.D. 2017

quasi dicat, nõ est Ioannes similis arundini, vt quolibet impulsu trepidet & concutiatur, sed fortis & fixus in fi-
Iaco .1. a. de, & in omni bonitate, Iuxta quod Iaco.1. Postulet autem in fide, nihil hæsitans, qui enim hæsitat, similis est fluctui maris, qui à vento mouetur, & circumfertur. Sequitur: Vir duplex animo, inconstans est in omnibus viis suis. Talis verò est arundo, non talis erat Ioannes,
Eccli.27.b cum esset sanctissimus, de quo Eccli.27. Homo sanctus in sapientia manet sicut sol, nam stultus sicut luna mu-
Ephe.4.c tatur. Tales sunt omnes sancti, secundum illud Ephe.4. Non simus paruuli, fluctuantes, & circumferamur omni vento doctrinę in nequitia hominum &c. Ideo rogabat
2. Thes.2 a Paulus.2. Thess.2. Rogamus vos fratres per aduentum domini nostri IESV CHRISTI &c. Subditur: Vt non

¶Cõstantia quõ cõparet.
cito moueamini à vestro sensu. Hanc autem constantiã qui vult adipisci, debet relinquere mundum, & exire ad Ioannem in desertum, secundum quod dicitur.1. Mac.2.
1.Mac.2.c Exclamauit Matathias voce magna in ciuitate, dicens: Omnis qui habet zelum legis, statuens testamentum, exeat post me, & sequitur quòd multi exierũt in desertũ.

¶Ioãnis abstinentia.
Secundo verò subditur commendatio abstinentię Ioannis, respectu delectabilium. propter quod dicit. (Sed, » quid existis videre?) id est considerare. (Hominem molli »
Matt.3. a. bus vestimentis indutum?) Quasi dicat. non. Ioannes enim sanctissimus ab omni mollicie carnalitatis erat alienus, sicut dicitur Matt.3. Ioannes autem habebat vestimentum de pilis camelorum', & zonam pelliceam circa lumbos suos. esca autem eius erat locustæ. Hic verè erat
1 Tim.6.b de numero virorum euangelicorum, in quorum persona.1. Timoth.6. dicitur. Habentes alimenta & quibus tegamur, his contenti simus. Quibus tegamur dicit, non
Bernard. quibus ornemur. Bernardus ad Euge. Apostoli fortes fuerunt in bello, non molles in serico, quod si filius es apostolorum & prophetarum, & tu fac similiter. Sed qui hoc vult facere, oportet vt deserat mundum, & cum Ioanne »

¶Cõtra vestimentorum mollicię.
exeat in desertum. Vnde additur. (Ecce qui in pretiosa » veste sunt & delicijs. in domibus regum sunt.) Quasi dicat, vestis pretiosa & vita delicioſa sunt hominum mundanorum, non virorum spiritualium & Christianorum

Vnde

M.E.C.D. 2017

Vnde.1.Pet.3.dicitur de mulieribus. Quarum non sit extrinsecus capillatura, aut circundatio auri, aut indumenti vestimentorum cultus. super quo Gregorius. Nemo putet in cultu pretiosarum vestium deesse peccatū, quia sine dubio viros appetere culpa est, à quo curauit pastor ecclesiæ etiã fœminas prohibere. Huiusmodi nanq; vestimenta pretiosa sunt carnalia, & delicioſa. In delicijs aũt periclitatur spiritualis vita. Vnde.1. Timo.5. Vidua quæ in delicijs est, viuens mortua est. Ierem. trigesimo primo Vsquequo delicijs dissolueris filia vaga. Huiusmodi eñ vestes pretiosæ, & deliciosæ consueuerunt esse vanę gloriæ occasio. Et ideo addit. (In domibus regum sunt.) de quo Ecclesiast.11. In vestitu ne glorieris vnquam, nec in die honoris tui extollaris &c. Gregori. 1.Tim.5a Iere.31.d. Eccli.11.a

¶ Sed quid existis videre.) Postquam commendauit saluator Ioannem, quantum ad meritum vitæ, hic commendat quantum ad officium doctrinæ. Et recto ordine, quia prior debet esse vita bona, quàm doctrina authentica. Commẽdatur autẽ officium doctrinæ in Joanne dupliciter, scilicet quantum ad limpiditatẽ in cognoscẽdo, & quantũ ad authoritatẽ in docẽdo, quę duo perfectum reddunt doctoris officiũ. Primo quantũ ad limpiditatẽ in cognoscendo diuinum mysterium dicitur.

« Sed quid existis videre prophetam.) Cui scilicet dñs reuelet futura, secundum illud Amos.3. Non faciet dominus Deus verbum, nisi reuelauerit secretum suum ad seruos suos prophetas. Huic autẽ non solum futura præ« dixit, sed etiam se præsentaliter ostendit. Ideo addit, (Vti« que dico vobis, & plusquã prophetã.) De quo Ambrosi. Quia multi cupierũt eũ videre, quem iste prophetauit, quem iste conspexit, quẽ iste baptizauit. ideo ostendendo CHRISTVM digito, & videndo oculis, alijs prophetis fuit excellentior & beatior, secundum illud. infra.10. Beati oculi qui vident quę vos videtis. Dico eñ vobis q̃ multi prophetę & reges voluerũt videre quę vos videtis, & non viderunt. Et ideo quia excellentius fuit hus officiũ q̃ prophetarũ, ideo ipse Baptista Ioãnes primo pharisęis quęrentibus: Propheta es tu? respondit nõ sum, sed vox clamantis in deserto, nec est aliqua contradictio, sed Amos 3.b Ambrosi Ioan.1.d Ioan.1.c

M.E.C.D. 2017

consonantia,quia propheta prædicit futura & absentia, sed vox patefacit præsentia.

Secũdo quantũ ad authoritatẽ in docendo per diuinũ
Mala.3.a mandatũ,dicit(Hic est de quo scriptũ est.)Mala.3.Vbi lo » quitur pater ad filiũ,Ecce mitto angelũ meũ.) Id est, nũ- » ciũ authenticũ Ioannẽ, qui angelus dicitur nõ simplici-
¶Ioãnes, angelus · tate naturę,sed authoritate doctirnę, scdm illud.Mala.2.
Mala.2.b Labia sacerdotis custodiẽt scientiã , & legẽ requirent ex ore eius,quia angelus dñi exercituũ est.Ideo aũt Ioãnes dicit nũcius ad modũ angeli,quia sicut angeli vidẽt fa- ciẽ patris in dietate,sic ipse vidit faciẽ CHRISTI & mõ strauit in carne.Propter ꝙd addit(Ante faciẽ tuã.)Id est,
psal.79. apparitionẽ in carne,de qua in psal. Ostẽde nobis faciẽ tuã,& salui erimus.Et hãc faciẽ desiderabat Isaias in per
Isaię.64.a sona patrũ.64.Vtinã dirũperes cœlos,& descẽderes.A fa- cie tua mõtes defluerẽt. Et quia nõ erãt parati ad istã fa ciẽ recipiẽdam,nisi præmunirẽtur.Ideo dicit.(Qui præ- » parabit viã tuã ante te.)Scilicet nascẽdo,cõuersando,ba » ptizando,prędicando.Omnibus enim modis manudu- cebat ad CHRISTVM,sicut vox ad verbum.Ideo rectè
Isaię.40.a de ipso dictũ est.Isa.40.Et resumptũ est.Supra.3.Et Ioã.1.
Supr.3.a. Ego vox clamantis in deserto· Parate viam domini. Vt
Ioan.1.c. impleatur illud.Isa.35.Erit vobis directa via, ita vt stulti
Isaię.35.c. non errent per eam.

¶Dico eñ vobis,maior &c.)Hic tertio cõmendat CHRISTVS suũ præcursorem quantũ ad donũ gratiæ diuinæ quia fuit magnus corã dño, secũdum quod dicitur. Su-
Supr.1.b. pra.1.Et qm̃ donũ gratiæ in Ioanne prę̃rogatiuã habuit in gradu,& mensuram sanctitatis in statu.Ideo hic duo insinuat,cũ donũ gratiæ commendat in Ioanne.Primo eñ cõmendat Ioannem quantum ad prærogatiuã doni gratuiti,respectu hominis puri,cum dicit:

Dico enim vobis,maior inter natos mulierũ propheta » Ioanne Baptista nemo est.) Cum ergo non sit inter ho- » mines in gradu gratiæ infimo vel medio,necesse est, ꝙ sit in su[illegible]emo.Vnde non solum ex hoc dicitur, quod sit magnus,sed etiam ita magnus, quod possit de eo dici il
Eccli.46.2 lud.Eccli.46.Quod dicitur de Iosue, qui fuit magnus se cundum nomen suum, maximus in salutem electorum

Dei

M.E.C.D. 2017

Dei. Quia enim magnam habuit gratiã, ideo Ioannes vocatus est. Magnus enim fuit per vitę meritũ, maior per doctrinę magisterium, maximus per gratiæ priuilegiũ. Non autem dicitur maior omnibus, vt omnibus præferatur, sed quòd alius non fuerit maior eo. Nec dicitur de omnibus vniuersaliter præteritis & futuris, sed tunc præteritis. Non dicitur etiam respectu vtriusq; sexus, sed tãtum virilis. vnde non includitur virgo MARIA, quę exaltata est super choros angelorum, nullam puram creaturam habens superiorem, nec etiam ęqualem. secundũ illud. Cant. 6. Vna est columba mea perfecta mea, vna est matri suæ, electa genitrici suæ.

¶ Baptista inter natos mulierum maximus.

Cant. 6. c

Secundo vero insinuat doni illius mensuram respectu hominis CHRISTI, vnde dicit: (Qui autẽ minor est in regno Dei, maior est illo.) Regnum dei hic vocat Ecclesiam, secundum quod exponit Grego. Illud. Matt. 13. Mittet filius hominis angelos suos, & colligẽt de regno eius omnia scandala. Minor in hoc regno dicitur humilior, hic autẽ est CHRISTVS, de quo in psal. Minuisti eũ paulo minus ab angelis &c. Quia enim sicut dicitur. Phil. 2. Humiliauit semetipsum, factus est obediens vsq; ad mortem. Sequitur: Exaltauit illũ, & donauit illi nomẽ quod est super omne nomen. Et sic verificatũ est illud. Isai. 60. Minimus erit in mille, & paruulus in gentẽ fortissimam. Et hæc est lex diuina quã ipse tulit. Mat. 18. Quicunq; humiliauerit se sicut paruulus iste, hic est maior in regno cęlorũ. Sic itaque, imo plus per oẽm modum humiliauit se CHRISTVS. Infra. 22. Quis maior est, qui recũbit, an qui ministrat? Nonne qui recũbit? Ego autem in medio vestrum sum, sicut qui ministrat. Vnde Gregor. Humilia te quantũcunq; potes. adhuc CHRISTVS erat humilior.

Gregori. Matt. 13. f.

psal. 8.

phili. 2. b.

Isaię. 60 d

Matt. 18. a

Infra. 22. c

Gregori.

Posset tamen exponi de bonis angelis, q minor bonorũ angelorum maior esset Ioanne, pro statu illo: est enim ignis charitatis in Sion, & caminus in Ierusalem. Isai. 31. Isaię. 31. d.

¶ Et omnis populus audiens & cæte.) Hic qua[illegible], vt nihil defit commendationi Ioannis commendatur à domino, quantum ad præconium famæ. Et quoniam fama bonorum salutifera est electis, & pernicioſa reprobis, secundum illud. Secundæ Corinthior. secundo.

M.E.C.D. 2017

CHRISTI bonus odor ſumus deo,in his qui ſalui fiũ & in ijs qui pereunt. Alijs quidem odor mortis in mortem, Alijs autem odor vitæ in vitam. Ideo commendat dupliciter præconium famæ in Ioanne.Primo oſtendẽdo ipſum ſalutiferum credentibus. Secũdo mortiferum deſpicientibus. Primis enim videbatur Ioannes laudabilis.Secundis vero contemptibilis. Primi erant humiles.Secundi ſuperbi,Primo ergo introducit commendationem Ioannis ab humilibus aſſentiẽtibus, cum dicit:

Et omnis populus audiens.) Ioannẽ.ſ.prædicantẽ:(Et » publicani iuſtificauerunt Deum.)Id eſt iuſtum eſſe dixe» runt,ſeipſos oſtendendo iniuſtos peccata confitendo, ſecundum illud Pſalm. Vt iuſtificeris in ſermonibus tuis & vincas cum iudicaris.peccator enim, dum confitetur peccata,dominũ dicit iuſtum,& ſeipſum iuſtificat.Iſa.43 Narra ſi quid habes,vt iuſtificeris.Alia tranſlatio,dic tu prior iniquitates tuas,vt iuſtificeris. Et hoc modo fecerunt publicani & peccatores audientes Ioannem, ſecundum illud Matt.3. Exibat ad eũ Ieroſolyma & omnis Iudæa,& omnis regio circa Iordanem,& baptizabãtur ab eo in Iordane confitentes peccata ſua.Hęc em̃ duo requiruntur ad iuſtificationem peccatorũ,ſcilicet pęnitẽtia,& baptiſmus.Et ideo ſubdit (Baptizati baptiſmo Ioãnis.) » Supra.3,Venerũt aũt & publicani, vt baptizarentur, & » dixerunt ad illum:Magiſter,quid faciemus?Vnde ſigno & verbo approbabant Ioannẽ tanquã Dei angelum, & glorioſum habebant nomen eius.Vnde cum dñs quęreret à Phariſæis.Matt.21. Baptiſmus Ioannis vnde erat, è cœlo,an ex hominibus?Cogitabant inter ſe dicẽtes: Sequitur. Si autẽ dixerimus ex hoĩbus, timemus turbam, oẽs em̃ habẽt Ioannẽ ſicut prophetã. Vnde ibidẽ ſubditur Publicani & meretrices pręcedẽt vos in regnũ cęlorꝝ

Secũdo ſubditur cõtemptus Ioannis à Phariſęis ſuperbiẽtibus,cũ dicit(Phariſęi aũt)In quibus faſtus ſanctitatis,(& legis periti,)In quibus arrogãtia notitię veritatis » (Cõſilium dei ſpreuerũt in ſemetipſos,nõ baptizati ab eo) » quia ſecundũ illud,Mat.10.& infra.10. Qui vos ſpernit, me ſpernit. Vñ qui ſpreuerũt Ioannẽ dei nunciũ,ſpreuerunt diuinũ conſiliũ. Tales fuerũt Phariſęi, vt poſſet eis ſapien-

Pſal.50.

Iſaiç.43.d

Matt.3.b.

Supr.3.c.

Matt.21.c

Ibidem.

Matt.10d

M.E.C.D. 2017

ſapientia dei improperare. Deſpexiſtis oĕ conſiliũ meum
Et verificatũ ſit in eis illud. Iſa. 1. Filios enutrui, & exalta Iſaię, 1. a.
ui: ipſi aũt ſpreuerunt me, & ideo conſuluit apoſtolus. 1.
Theſ. vlt. Spiritũ nolite extinguere, & c̃. In hoc aũt diui- 1 Teſ vl. d
nũ conſiliũ ſpreuerũt: quia baptiſmũ ſemper recuſauerũt
per quod diuina ſapiẽtia cõſuluit humanę ſaluti. Cuius
figura prȩceſsit in arca Noe in diluuio fabricata. Geñ. 6. Gene. 6. c
Ideo dicitur, 1. Pet. 3. Quod & vos nũc ſimilis formę ſal 1. Pe. 3. d.
uos facit baptiſma. Et notaq; Phariſęi ſpreuerũt conſiliũ- ¶ Phari-
dei in ſemetipſos, ꝓpter ſex rationes. Primo, quia prȩtule ſęi ſper-
runt ſtatuta humana diuinis. Mat. 15. Quare & vos trãſ- nũt cõſi-
gredimini mandatũ dei propter traditionẽ veſtrã? & cæ. lium dei:
Secũdo quia prȩtulerũt iuſtitiã legis iuſtitię fidei. Rõ. 10 Rom. 10 a
Ignorãtes iuſtitiã dei, & ſuã quęrẽtes ſtatuere, & c̃. Tertio Matt. 15. a
quia prȩtulerũt apparẽtiam veritati. Mat. 23. Vę vobis ſcri Matt. 23 c
bę & Phariſæi hypocritæ, quia mũdatis quod de foris eſt
calicis & paropſidis, intus aũt pleni eſtis rapina, & im-
mũditia. Quarto, quia affluẽtiã paupertati. Infra. 16. Au Infra. 16 d
diebãt oĩa hęc Phariſęi qui erãt auari, & deridebãt illum
Et ait illis: Vos eſtis qui iuſtificatis vos corã hoĩbus, deus
aũt nouit corda veſtra: quia quod hoĩbus altũ eſt, abomi
natio eſt ante deũ. Quinto, quia vanã gloriã hoĩm, hu-
militati. Ioã. 12. Dilexerũt gloriã hoĩm magis q̃ gloriã dei Ioan. 12 g
& c̃. Sexto, qa cõmodũ honeſtati. Mat. 23. Væ vobis duces Matt. 23 b
cęci, qui dicitis, Quicũq; iurauerit per tẽplũ, nihil eſt, qui
aũt iurauerit in auro tẽpli, debitor eſt. Stulti & cęci, quod
eñ maius eſt, aurũ, an tẽplum, quod ſanctificat aurum.
¶ Ait aũt dñs, Cui ergo ſimiles dicã, & c̃.) Poſtq̃ ſaluator
noſter extulit prȩrogatiuã virtutis in Ioanne, hic redar-
guit perfidiã incredulitatis in plebe. Cuius incredulitatẽ
redarguit quadrupliciter. Notat eñ eos de infidelitate, ¶ Diuiſio
de duritia, de detractione, & de blaſphemia. Primo ergo
quantũ ad notã infidelitatis in cogitatione, dicitur:
« Cui ergo ſiĩles dicã hoĩes gñrationis huius, & cui ſimi-
« les ſunt.) Qui. ſ. noluerũt credere Ioãni, ꝓpter nimis cęci
tatẽ, huius inq̃ gñrationis incredulæ, ſcd̃m illud. Deu. 32. Deut. 32. c
Generatio eñ puerſa eſt, & infideles filij, &. Mat. 17. O ge Matt. 17 c
neratio incredula & puerſa, quouſq; ero vobiſcũ, vſqueq̃
patiar vos. Pſal. Ne fiãt ſicut patres eorũ, gñratio praua pſal. 177

M.E.C.D. 2017

& exaſperans generatio quæ non direxerit cor ſuũ, & non
Iere.2.c. eſt creditus cum deo ſpiritus eius. Et ideo Ier.2. dicitur: Conſiderate vehementer &c. Subditur: Si mutauit gens deos ſuos, & certè ipſi nõ ſunt dij. Populus vero meus mutauit gloriam ſuam in idolum.

Secãdo qutãũ ad notã duritię in affectiõe, ſubdit (Sikes ſunt pueris) addit ſimilitudinẽ per quã oñdit duritiã eorũ, qa nec moti ſunt ad cantũ, pmiſſionũ, nec ad lamẽtũ cõminationũ, ſicut pueri ſtulti in foro nõ reſpõdent alijs nec cantãtibus nec lamẽtantib⁹, ꝙs introducit per modũ ſi'itudinis, Ideo dicit (Similes ſunt pueris ſedẽtibus in foro.) Similiter cõpetit eis dici & improperari, ꝙd improperãt pueri ſedẽtes in foro, ſuis coętaneis, cũ dicit: (Et lo-quẽtibus ad inuicẽ, & dicẽtibus: Cãtauimus vobis tibijs & nõ ſaltaſtis.) Quia ſic poſſunt eis prędicatores dicere: (Cãtauimꝰ vobis tibijs). ſ. promiſſa dei cõcrepãdo (Et nõ ſaltaſtis) Proficiẽdo. Et recta eſt cõparatio, qa prędicator
Iſaię.58.a tibicini cõparat ſcdm illud Iſa.58. Clama, ne ceſſes, quaſi tuba exalta vocẽ tuã, & annũcia populo meo ſcelera eorũ, & domui Iacob peccata eorũ. Iere.4. Loquimini &
Iere.4. b. canite tuba in terra, clamate fortiter, & dicite: Cõgregamini, & ingrediamur ciuitates munitas, leuate ſignũ in
Eccli.40c Sion. Nec immerito, quia Eccli.40. Tibię & pſalterium, ſuauẽ faciũt melodiã, & ſup vtraq; lingua ſuauis. Ad hęc duri corde nõ mouẽt, nec ſaltãt p ꝑfectũ bonorũ operũ,
Mala.4.a de quo ſaltu Malac.4 Egredieimini, & ſalietis ſicut vituli de armẽto. Et calcabitis impios, cũ fuerint cinis ſub plan-ta pedum veſtrorũ in die qua ego facio, dicit dñs exerci-
Ambroſi. tuum. Et de hac Ambr. Honeſta ſaltatio qua trepudiat animus bonis operibus eleuatus. Vnde qui ad cantum promiſſionũ moti non fuerint, duri ſunt corde, ſed ope-re duriores, quia nec ad comminationes ſuppliciorum
Ezec.2.d. propter quod addit. (Lamẽtauimus) Scilicet per cõmina-
Iere.9.e. tionẽ pœnę. Eze.2. Scriptę erãt in eo lamẽtationes, & car-mẽ & v[illegible]t Ier.9. Cõtẽplamini, & vocate lamẽtatrices, vt
Ioeli.2.c. veniãt, & ad eas quę ſapiẽtes ſunt, mittite, & ꝑperẽt, feſti-nẽt, & aſſumãt ſup nos lamẽtũ. Ioe.2. Cõuertimini ad me in toto corde veſtro, ĩ ieiunio, & in fletu, & in plãctu. Et ſcindite corda veſtra, & nõ veſtimenta veſtra. Sed tñ ad

hoc

M.E.C.D. 2017

« hoc moti nõ ſunt. Vñ addit: (Et nõ ploraſtis.) p compun ctionem pœnitentiæ. Iſaiæ. 22. vocauit dominus deus exercituum in die illa ad fletum, & ad planctum, & ad caluitium, & ad cingulum facci. & ecce, gaudium & lætitia, occidere vitulos & iugulare arietes, comedere carnes bibere vinum. Cum tamen dicat Apoſtolus. Rom. 12. Gaudere cum gaudentibus, flere cum flentibus.

¶ Notent hęc Lutcrani carniuoræ, qui indie paraſcenes ſãcto boues lanãit & deglutiunt. Rom. 12c.

Tertio, quãtum ad detractionis notam in locutione, quia bonum peruertitur in malum, dicitur. (Venit autẽ « Ioannes Baptiſta neque manducans panem, neque bibens vinum,) & ita in via ſeueritatis & iuſtitiæ, ſicut dicitur Matthæi duodecimo. Venit ad vos Ioannes in via iuſtitiæ. Vnde quia venit cũ auſteritate pœnitentię. Ideo venit ſicut lamẽtans & gemens propter ſalutem populi, ſicut Daniel. Danielis decimo. Ego Daniel lugebam triũ hebdomadarum diebus, panem deſiderabilem non comedi, & caro & vinum non introierunt in os meum, Sed tamen per eum non eſt emollita eorum duritia ad plorandũ, ſed aucta malitia ad detrahendũ. Vnde ſubditur. Matt. 11. c Dani. 10 a

« (Et dicitis, Dęmoniũ habet,) qa diſsimilis eſt vitæ alienę, ſic dicebãt ſaluatori. Ioan. 10. Dęmoniũ habet & inſanit: quid eum auditis? Vnde opera virtutũ quę ſunt a ſpiritu ſancto ipſi ex nequitia cordis attribuebãt diabolo ſicut Infra. 11. dicebant, In Beelzebub principe dæmoniorum eĳcit dæmonia. Et ſic verificatũ eſt illud in eis Eccleſiaſtici vndecimo. Bona em̃ in mala cõuertens inſidiatur, & in electis imponet maculã. Et propterea væ eis, ſecundum illud Iſaiæ quinto. Væ qui dicitis malum bonum, & bonum malum, & cætera. Ioan. 10 d Infra. 11. b Eccli. 11 d Iſaię. 5. c.

Quarto quantũ ad notam blaſphemię in obduratione contra ipſum CHRISTVM, ſubditur, (Venit filius « hominis manducans & bibens,) & ita in via clementiæ, quaſi medicus & tanquã ſponſus, ſicut Supra. Nunquid poteſtis filios ſponſi, dum cum illis eſt ſponſus, facere ieiunare? Et tamen non ſunt moti ad exultandum, ſed deprauati ad blaſphemandũ. Ideo ſubditur. (Et dicitis. Ecce homo deuorator & bibens vinum.) Hoc dicunt quantum ad ſuperfluitatem victus, quaſi dicant non poteſt eſſe ſapiens, ſecundum illud Prouerbiorum vigeſimo. Supr. 5. g.

M.E.C.D. 2017

Luxuriosa res vinum, & tumultuosa ebrietas: quicunq; his delectatur, non erit sapiens. (Amicus publicanorum » & peccatorum) Quantum ad inhonestatem conuictus » quasi dicat non potest esse bonus, quia sicut dicitur Ec-
Eccli.13.a clesi.13. Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea, & qui communicauerit superbo, induet superbiam. Sed malè
Iere.15.d. dicunt, quia Ierem.15. Conuertentur ipsi ad te, & tu non
Matt.9.b conuerteris ad eos. Et Matthæi.9. Euntes autem discite quid est: Misericordiam volo, & non sacrificium. Non enim veni vocare iustos. sed peccatores, scilicet ad pœnitentiam. Et quia blasphemia Iudæorum aggrauatur ex vera prædicatione apostolorum, ideo subditur. (Et iustificata est sapientia ab omnibus filijs suis.) Sapientiam » nanq; euangelista vocat CHRISTVM, secundum illud
1.Cor.1.d 1. Corinthi.1. Qui factus est nobis sapientia & iustitia, & sanctificatio & redemptio. Filij istius sapientiæ sunt apostoli, per verbum istius sapientiæ regenerati, & per spiri-
Eccli.4.b tum sanctum iustificati, secundum illud Eccle.4. Sapientia filijs suis vitam inspirat. Vt CHRISTVS apostolis.
Ioan.6.g Vnde & Petrus dicebat. Ioan.6. Domine, ad quem ibimus? verba vitæ æternę habes, & nos credimus & cognouimus quia tu es CHRISTVS filius Dei. Isti iustificauerunt, id est, CHRISTVM iustum reputauerunt dum eius verba per iustitiam & obedientiam impleuerunt,
Eccli.3.a. secundum illud Eccle.3. Filij sapientiæ, ecclesia iustorum & natio illorum obedientia & dilectio. Ad quorum exemplum Pharisæi debuerunt moueri, sed tamen propter pertinaciam suã remanserunt in fæcibus suis. Vnde ipsis
Matt.12.b dicebat Matt.12. Et si ego in Beelzebub eijcio dæmones, filij vestri in quo eijciunt? ideo ipsi, iudices vestri erunt, quia ipsi iusti reputantur à sapientia quam iustificant, & Pharisæi iniusti & reprobi reputantur ab eadem sapientia, quam Pharisæi condemnant per pertinaciam, & blasphemiam.

¶Rogabat autem illum quidam de Pharisæis.) Supra ostendit euangelista sublimitatem domini nostri saluatoris quantum ad excellentiam potestatis, & quantum
¶Diuisio ad euidentiam veritatis. Hic tertio ostendit quandam affluentiam pietatis. Ostenditur autem hic pietatis affluentia

M.E.C.D. 2017

fuentia in domino IESV magna in peccatricis fuſce-
ptione, maior in approbatione, ſed maxima in abſolu-
tione. Suſcepit enim accedentem, commendauit diligẽ-
tem, & abſoluit pœnitentem. Introducitur ergo primo,
in hac parte benigna ſuſceptio peccatricis accedentis,
ſecundo benignior probatio diligentis, ibi. (Et reſpon- Inf.eo.f.
dens IESVS dixit ad illum &c.) Tertio verò benigniſ-
ſima abſolutio pœnitẽtis ac cõfitentis, ibi: (Dixit autem Inf.eo.g
ad illam: Remittuntur tibi peccata.) Quantum ad pri-
mum, notandum quod ſuſceptio peccatricis ad domi-
num accedentis oſtenditur eſſe magnæ pietatis & miſe-
ricordiæ, tum propter ſolennitatem conuiuij in quo eã
ſuſcepit, tum propter familiaritatem obſequij, ad quam
eam admiſit, tum propter temeritatem alieni iudicij, ob
quod tamen eam non abiecit. Primo ergo quantum ad
ſolennitatem conuiuij, in quo peccatrix fuit piè à domi
no ſuſcepta, dicitur:

« Rogabat autem illum quidam de Phariſæis vt man-
« ducaret cum illo.) Non eſt dubium, quin dominum IE-
SVM, Et rectè, ſecundum conſilium, & propoſitum ſapi-
entis. Sapien:8. Propoſui hanc ſcilicet ſãpientiam, id eſt, Sapi.8.b.
CHRISTVM, adducere mihi ad conuiuandum: ſciens
quoniam mecum communicabit de bonis, & erit allo-
cutio cogitationis, & tædij mei. Hic autem Phariſæus,
iam non eſt à domino diuiſus, ſed magis vnitus. Et ideo
ſecurè dominum rogabat, & ad conuiuium inuitabat,
ſecundum illud Iob viceſimoſecundo Si reuerſus fueris Iob.22.d.
ad omnipotentem, ædificaberis, & longè facies iniquita
tem à tabernaculo tuo: Et poſt ſequitur: Rogabis eum.
& exaudiet te, & vota tua reddes, quod & iſte ſecutus eſt
« vnde ſubditur, (Et ingreſſus domum Phariſæi diſcubuit)
Reſedit ad manducandum. Et ſic impleuit illud viſibili
ter quod ſpiritualiter promittit in Apco.3. Si quis audie Apoc.3.d
rit vocem meam, & aperuerit mihi ianuam, intrabo ad
illum, & cœnabo cum illo. & ipſe mecum [illegible]ec mirum,
quia ſicut ipſe dicit Prouer.8. Deliciæ meæ [illegible]ſe cum filiis prou.8.d
hominum. Hoc dicit quantum ad nimietatẽ charitatis,
propter quam homo factus eſt, & humanas indigentias
libenter ſuſcepit, & pertulit inter homines, ſecundũ illud

Baruch

M.E.C.D. 2017

Baruc.3.d Baruc.3. Post hęc in terris visus est,& cũ hoĩbus cõuersatꝰ est. Hęc ergo introducta sunt ,ppter solẽnitatẽ conuiuij.

Quantũ ad familiaritatẽ obsequij, ad quod fuit admissa,subditur.(Et ecce mulier quę erat in ciuitate peccatrix,) cuius fama innotuerat toti ciuitati, ita vt possit ei
Iere. 3.b . dici illud Ieremię tertio . Frons mulieris meretricis facta est tibi,& noluisti erubescere . Hæc est illa mulier,de qua
Eccl's.7.d Eccl's.7. Inueni amariorem morte mulierẽ, quæ laqueus venatorũ est & sagena cor eius,vincula sunt manꝰ illius, qui placet deo,effugiet illam:qui autẽ peccator est,capietur ab illa.Et hoc quia fornicaria manifesta . Et sicut di-
Rauẽnas cit Rauẽnas.Infamia illius totã læserat ciuitatem, ita vt
Amos.7 d impletũ esset in ea, quod cõminatur dominus per Amos septimo,ad Amasiam sacerdotẽ.Vxor tua in ciuitate fornicabitur.Et ideo merito dicitur peccatrix & ratione in-
Eccli.3. d famię & ratione frequentiæ,secundũ illud Ecclesiastici.3. Cor nequã grauabitur in doloribus,& peccator adijciet
Apo.vl.c ad peccandum.Apoca.vltimo,qui in sordibus est,sordescat adhuc.Non solũ autẽ simpliciter,sed diuersis modis peccauerat.Vnde dicitur quod eiecerat CHRISTVS de
Gregori. Maria septẽ dęmonia. Gregorius. Per septẽnarium rectè vniuersitas designat, septẽ ergo dęmonia Maria habuit, quę vniuersis vitijs plena fuit.Quoniã ergo sic erat peccatrix & immũda merito deberet repelli maximè de loco cõuiuij,& tamen propter pietatẽ domini,quã cognouit, attracta fuit,Ideo subdit, (Vt cognouit qđ IESVS accubuisset in domo Pharisæi, attulit alabastrũ vnguẽti,) id est pyxidẽ,seu vas alabastri,quod est quoddã genus marmoris,in quo incorrupta seruãtur vnguenta.Hoc attulit peccatrix ad domũ Pharisęi, in qua CHRISTVM cogno-
psal.o.47. uit esse,& a quo suscepta fuit,secundũ illud Psal.Deus in domibus eius cognoscetur,cũ suscipiet eã.Attulit inquã vnguẽtũ humilitatis, vbi Christus accubuit, vt implereẽ
Cant.1.d illud Can .1. Dum esset rex in accubitu suo,nardus mea dedit odoꝛ[illegible]ũ.Hęc aũt aromata siue vnguẽta,quę attu-
2.para.9 c lit Magdalena Christo, designata sunt.2.Para.9.Nõ fuerũt aromata talia, qualia hęc quę dedit regina Saba regi Salomoni,Magdalena etiã atrulit saluatori vnguẽta, ad impendendũ familiare obsequiũ,ad quod admissa fuit, scilicet

M.E.C.D. 2017

ſcilicet ad exhibendũ CHRISTO ex deuotione, quod carni ſuæ exhibuerat ex libidine, hoc eſt, ad abluẽdũ, detergendũ, deoſculandũ, & vnguendũ ſacratiſsimã & mũdiſsimã carnẽ CHRISTI, ad quod admiſſa fuit propter affectũ pœnitẽtiæ & beniuolentiæ. Quantũ ad affectum
« pœnitẽtiæ dicitur. (Et ſtãs retro ſecus pedes eius, lachry-
« mis cœpit rigare pedes eius,) ſcilicet per dolorẽ. In pœnitente cũ animà debet eſſe pudor, timor, & dolor. Pudor erat quia ſtabat retro. Timor qa ſecus pedes. Dolor quia lachrymis rigabat, ſicut in illo Publicano Inf. 18. Et publicanus à longè ſtans nolebat nec oculos ad cœlũ leuare: ſed percutiebat pectus ſuũ, dicẽs. Deus propitio eſto mihi peccatori. Ierem. 31. Cõuerte me, & cõuertar: quia tu dñs deus meus. Poſtquã eñ conuertiſti me, egi pœnitẽtiã: & poſtq̃ oſtendiſti mihi percuſsi femur meũ: Cõfuſus ſum & erubui, quoniá ſuſtinui opprobriũ adoleſcẽtiæ meæ, vbi tangũtur tria prẽmiſſa. Quantũ aũt ad affectũ beneuolentiæ additur. (Et capillis capitis ſui tergebat, & oſcu-
« labatur pedes eius, & vnguẽto vnguebat,) vbi oſtenditur dilectio beniuolentiæ pura, affectuoſa, & deuota. Debet eñ charitas procedere de corde puro, magis aũt curabat de infima parte corporis domini quã de ſuprema. Iã eñ nõ quærebat placere mũdo, ſed ſoli Chriſto, vt poſſet dicere illud Cant. 8. Quis mihi det te fratrẽ meũ ſugentem vbera matris meæ, vt inueniã te foris, & deoſculer te, & iã me nemo deſpiciat? Et in his duobus cõſiſtit perfecta cõuerſio ad Chriſtũ. Sicut eñ in peccato eſt conuerſio per concupiſcentiã, & auerſio per ſuperbiã, ſic in remedio eſt auerſio a peccato per pœnitentiã, & cõuerſio ad deũ per beneuolentiã. Et verè hæc mulier fuit perfectè conuerſa, & reuerſa, Vt dicit Greg. Quia quot in ſe habuit oblecta mẽta tot de ſe inuenit holocauſta, ſolent eñ peccatrices mulieres in his quatuor maximè delinquere, ſcilicet.

In nutibus oculorum. Iſaiæ tertio, nutibus oculorum, ibant & plaudebant, & ambulabant, & [illegible]dibus ſuis & compoſito gradu incedebant.

In capillorum ſuperflua præparatione, primæ Petri tertio. Non ſit extrinſecus capillatura, aut circundatio auri aut indumenti veſtimentorum cultus.

¶ In ani vere pœnitẽti debet eſſe, pudor, timor, dolor. Infra. 18. c Iere. 31. d. Cant. 8. a Gregorĩ. ¶ Peccatrices quibus modis ſoleãt deliquere Iſaię. 3. c 1. Pet. 3. a.

In voluptu-

M.E.C.D. 2017

prou.7.c. In voluptatibus oſculorum. Prouerbiorum ſeptimo. Apprehenſumq; deoſculatur iuuenẽ, & procaci vultu blãditur dicẽs. Sequitur, egreſſa ſum in occurſum tuum, deſiderans te videre, & reperi.

Eſter.2.b In ſuauitatibus vnguentorũ, ſicut dicitur Eſther.2. quod puellæ regis vnguebantur oleo myrrhino. &c. Et ideo perfectè pœnitentis oculi ſeruiebant ad lachrymandum

4.Re.20.a Ita vt CHRISTVS ei poſſet dicere illud.4. Regũ.20. Audiui orationẽ tuam, vidi lachrymã tuam. ecce, ſanaui te. Capilli ſeruiebãt ad tergendum, vt ſic poſſet ei dici illud

Cant.4.c Cantico.4. vulneraſti cor meum in vno oculorũ tuorũ, & in vno crine colli. Os ad oſculandum, ita vt poſſet illi

Cant.4.c dici a CHRISTO illud Cantico.4. Fauus diſtillans labia tua. Vnguenta ſeruiebant ad vngendum, vt poſſet

Cant.1.a ſibi dici illud Canticorum primo. Curremus in odore vnguentorum tuorum.

Tertio quantũ ad temeritatem iudicij, propter quod tamen non fuit repulſa dicit, (Videns autem Phariſæus » qui vocauerat eũ.) ad conuiuiũ ſc;, videns inq; oculo nõ »

Eccli.11.d simplici ſed nequã, & verè nequã, quia ſecundũ illud Ec-

Eccli.31.b cleſiaſtici.11. Bona in malum conuertens inſidiatur, & in electis imponet maculam. Item Eccleſiaſti.13. Memento quoniam malus eſt oculus nequam, & ſequitur nequius oculo quid creatum eſt? Et ideo tale conuiuium non eſt

prou.23.a multum acceptandũ. Prouerb.23. Ne comedas cum homine inuido, & ne deſideres cibos eius: quoniã in ſimilitudinem harioli & cõiectoris æſtimat quod ignorat. Comede & bibe, dicet tibi: & mens eius nõ eſt tecum. Et talis erat iſte Phariſæus, quod patet per illud quod ſubditur. (Ait intra ſe, dicens.) ſcilicet cogitando ſicut Hypo- »

Iob.15.d. crita. De quo Iob.15. Concepit dolorem & peperit iniquitatem, & Vterus eius præparat dolos. Vnde ſequitur iudicium. (Hic ſi eſſet Propheta, ſciret vtiq; quæ & qualis » eſt mulier quæ tangit eum.) Et ita iudicabat eum nõ eſſe » prophetam, hominem ignorantem, dicens in corde

pſalm.73. ſuo illud Pſalmi ſeptuageſimi tertij. Signa noſtra non vidimus, iam non eſt propheta, ſed huic poteſt dici illud

Iob.22.b. Iob Vigeſimi ſecundi. An non cogitas quod deus excelſior cœlo ſit, & ſuper ſtellarum verticem ſublimetur. Et dicis

M.E.C.D. 2017

dicis, Quid enim nouit deus? & quasi per caliginem iudicat. Sed certè ipse nouit in tenebris constituta: & lux cum eo est, sicut dicitur Danielis secundo. Et nota quod hoc modo ex vero cadebat in falsum. Manifestũ est enim qnod deus & homo diuinus, nouit occulta, non solum bonorum, sed etiam malorum. Prouerb. decimo quinto. In omni loco oculi domini cõtemplantur bonos & malos. Sed in hoc errabat quia hoc credebat CHRISTVM ignorare. dum se permittebat à muliere peccatrice cõtingi. Vnde etiam de ipsa male iudicabat, dicendo. (Quia peccatrix est,) quasi dicat, nõ admitti sed repelli deberet. Hic erat de illis de quibus Isaię sexagesimo quĩto. Recede a me, non appropinques mihi, quia immũdus es. Sic etiã alter Pharisęus dicebat de publicano, Infra decimo octauo. Gratias ago tibi quia non sum sicut cęteri hominũ, raptores, iniusti, adulteri, velut etiã hic publicanus. &c. Hic peruersè & malè iudicabat, & tamẽ Christus propter eius malũ iudiciũ nõ dimisit facere misericordiã. De quo suprà dixit Pharisæis Non egent qui sani sunt, medico: sed qui malè habent. Non enim veni vocare iustos sed peccatores ad pœnitentiam. Magna ergo misericordia CHRISTI fuit ostensa in susceptione peccatricis accedentis ad CHISTI contactũ inter epulas conuiuantium, & versutias iudicantiũ. In quo simul cõmendatur CHRISTI clæmentia & peccatricis pœnitentia. Vnde Grego. Cogitãti mihi de Mariæ pœnitentia flere magis libet quam aliquid dicere. Cuius enim vel saxeũ pectus illę huius peccatricis lachrymæ ad exemplum pœnitẽdi non emolliãt, super cõuiuantes ingressa est, inter epulas lachrymas fudit, quid ergo miramur Mariã venientẽ vel dñm suscipientẽ. dicã an trahentẽ, sed melius suscipientẽ & trahentẽ quia nimirũ ille per misericordiam traxit intus, qui per mansuetudinẽ suscepit foris.

Dani. 2. d

prou. 15 a

Isaię. 65. a

Iofra. 18 c

Supr. 5. k.

Gregori.

Et est hic moraliter notandum quod in his sex, (quæ dicũtur de hac peccatrice pœnitente, scilicet quod retrostabat secus pedes, iacebat, lachrymis rigabat, capillis tergebat, osculabatur, & vngebat,) intelliguntur quæ debent esse in vero pœnitente, scilicet.

Pudor erubescentię, quod notat cum dicit (stans retro,)

¶Moralit ¶Quæ verè pœnitẽs obseruare debeat.

Infra

M.E.C.D. 2017

Infra,18 c Infra decimo octauo. Publicanus à longe stans nolebat
& cætera. Timor reuerentiæ notatur ibi. (Secus pedes
psalo. 98. eius.) Psalmist. Adorate scabellum pedum eius, quoniam
sanctum est. Dolor pœnitentiæ, ibi: (Lachrymis cœpit ri
Thre. 2.f. gare pedes eius.) Threnorum secundo. Deduc quasi tor-
rentem lachrymas per diem & noctem. Amor pudicitiæ,
Isaiç.1. e. ibi. (Et capillis capitis sui tergebat.) Isaiæ primo. Laua-
mini, mundi estote. auferte malum cogitationum vestra
rum ab oculis meis. Ardor beneuolentiæ, ibi: (Et oscula-
Inf. eo.b. batur pedes eius.) Infra eodem: Osculum mihi non de-
disti &c̃. Vsq; quoniam dilexit multum. Dulcor deuotio
Cant. 1.a nis internæ, ibi. (Et vnguento vngebat.) Canticorum
primo. Meliora sunt vbera tua vino, fragrantia vnguen-
tis optimis. Bonum vnguentum compunctionis melius
¶Tripha compassionis, sed optimum deuotionis. Primo pedes,
rium vn- secundo corpus, sed tertio vngitur caput. Et ideo Mag-
guentũ. dalena ter legitur venisse ad dominum vngendum. Io-
¶Ter annis duodecimo, Matthæi vigesimo sexto, & Marci
Magdale decimo quarto.
na Chrũ ¶Et respondens IESVS dixit & cætera). Post benignã
advnguẽ susceptionem accedentis, subditur hic benignior appro
dũ venit. batio diligentis. Approbat dominus hanc peccatricem
Joan.12.a diligentem & eius dilectionem. Primo perquirens gene
Matt.26 a rale iudicium. Secundo assumens speciale propositum,
Mar.14. a ibi: (Et conuersus ad mulierem & cetera.) Tertio verò cõ
¶Diuisio cludens principale intentum, ibi: (Propter quod dico ti
Inf. eo.g. bi: Remittuntur ei &c̃.) In perquirendo autem generale
Ibidem iudicium procedit hoc ordine, excitat enim Pharisei at-
tentionem, insinuat quæstionem, & approbat responsi-
onem. Primo ergo excitat Pharisæi attentionem, vt à
falsitate reuocetur, cum dicit:

Respondens IESVS dixit ad illum: Simon, habeo
tibi aliquid dicere.) In quo excitat eum, vt attendat. Et
nota quòd dicitur respondere Pharisæo, cum tamen nõ
dicatur aliquid quęsiuisse à CHRISTO, vt ostendatur
quòd ipse audiebat eius cogitationem, vt eius iudicium
refellatur, quo credebat CHRISTVM ignarum, secun
psalo. 93. dum illud Psalmistæ, Intelligite insipientes in populo,
& stulti

M.E.C.D. 2017

& stulti aliquando sapite. Qui plantauit aurem, non audiet, aut, qui finxit oculum, non considerat? In hoc, quod quasi respondendo alloquitur excitat ad cogitandam CHRISTI sapientiam. In hoc verò quod spõdet aliquid dicturum se, excitat ad percipiendum doctrinam. Sicut & discipulis dixit Ioannis .16. Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo. Et quoniam efficaciter eũ excitauit, ideo subditur eius attentio cum dicitur. (At ille ait Magister, dic.) In qua responsione, profitetur scientiam, & petit doctrinam. Iuxta consilium sapientis Ecclesiastici sexto, Fili, si attenderis mihi, disces, & si accommodaueris animum tuũ sapiens eris. Et sequitur. Et si videris sensatum, euigila ad eum. Hic est CHRISTVS dominus, quem rectè vocat magistrum. Secundum illud Matthæi vicesimo tertio. Magister vester, vnus est, CHRISTVS. Et Ioannis decimoterio. Vos vocatis me magister, & domine, & benè dicitis, sum etenim. Ioan.16.b Eccli.6.d Mat.23.b. Ioan.8.b

Secundo autem insinuat Pharisæo quæstionem, vt ad veritatem dirigatur, ibi: (Duo debitores erant cuidã fœneratori & cætera.) Casum proponit in generali per istos debitores dans intelligi peccatores, qui magnis debitis sunt astricti, secundum illud Matthæi sexto. Dimitte nobis debita nostra, id est peccata nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris, & cætera. Per fœneratorem intelligimus CHRISTVM, secundũ illud Matthæi vicesimo quinto. Serue male & piger, sciebas, quia meto vbi non semino, & congrego vbi non sparsi, oportuit ergo te committere pecuniam meam numulariis, & veniens ego recepissem vtique quod meum est cũ vsura. Et quia non omnes æqualiter peccant, nec æqualiter obligantur, ideo additur. (Vnus debebat denarios quingentos.) In quo ostenditur plena obligatio, propter quinquiformem transgressionem perfectionis euangelicæ. Completio enim intelligitur, per centenariũ. (Et alius quinquaginta.) Hoc diciturquantũ ad semiplenam obligationem, quæ est in transgressione quinquiformi ipsius decalogi. Sed, quia DEVS miseretur omni generi peccatorũ qui ad ipsum cõuertũtur ideo subditur Matt.6.c Matt.25.c

(Non

M.E.C.D. 2017

(Non habẽtibus illis vnde redderẽt, donauit vtriſque) »
Matt.18.c ſcilicet ex miſericordia condolente, ſicut dicitur Mat.18. Miſertus autem dominus ſerui illius, dimiſit illum, & debitum dimiſit ei. Et hoc cõpaſsione noſtræ miſeriæ, quæ impotentes ſumus ſoluere. Omnia enim quæ habemus,
1.Cor.4.b etiã ſine obligatione peccati, Deo debemus .1. Corint.4. Quid autem habes, quod non accepiſti? Si autem acce-
1.par.29:d piſti, quid gloriaris quaſi nõ acceperis? Et .1. Para.29. Tua ſunt omnia, & quæ de manu tua accepimus, dedimus tibi. Si ergo remittit peccata, oportet ꝙ liberaliter & miſericorditer remittat, quia nullum poſſumus rependere beneficium. Obligamur tamen ad dilectionis affectum, de quo requirit propter collatum beneficium. (Quis ergo » eum plus diligit?) Cum vterque eum diligere teneatur. »
Vnde ſic quærebat Dominus a Petro poſt cõdonationẽ
Ioan.21.c ſui peccati. Ioan.21. Simon Ioannis diligis me plus his? Et rationabiliter quærit, quia inæqualitatem beneficiorum ſequi debet inæqualitas affectionum, ſecundũ quod
Gregori. dicit Gregorius. Cum augentur dona, rationes etiã creſcunt donorum. Tanto ergo humilior atque ad ſeruiendum Deo prõptior quiſque eſſe debet ex munere, quanto ſe obligatorem eſſe conſpicit in reddenda ratione.

Tertio vero Phariſæi approbat reſponſionem vt in veritate confirmetur, propter quod addit. (Reſpondens Si » mon dixit. æſtimo quia is cui plus donauit.) ꝙ ſcilicet »
Rom.5.d amplius diligit. Vt verificetur illud Roma.5. Vbi autem abundauit delictum, ſuperabundauit & gratia. Et quo-
Eccl'i.21.c niam ſicut dicitur. Eccleſiaſtici .21. Verbum ſapiẽs quodcũque audierit ſcius, laudabit, & ad ſe adijciet, ideo ſubditur. (At ille dixit ei, recte iudicaſti.) Hoc enim ſolum iu- »
dicium approbat veritas CHRISTVS quod iuſtũ eſt,
Ioan.7.d. ſecundum illud Ioannis ſeptimo. Nolite iudicare ſecundum faciem, ſed iuſtum iudicium iudicate. Vnde qui falſum iudicium fecerat ex propria æſtimatione, rectũ nũc profert [illegible]diuina manuductione. Et quia male iudicaue-
Gregori. rat prius intra ſe. Vnde Gregorius. Sua ſententia Phari-
Beda. ſęus conuincitur, quia ſicut phreneticus funẽ portat ex quo ligetur. Et nota ꝙ commendatur hic phariſęi iudicium, nec tamen ille qui amplius peccauerat, amplius

commen

M.E.C.D. 2017

commendatur,sed ostenditur ratione obligationis, quę venit ex dimisso,quòd amplius ad diligendum obligatur.Vnde intelligenda est hæc sententia cum reduplicatione, quantum scilicet ad obligationem, & supposita gratia & rectitudine in volũtate, quia multi ad magnas gratias tenentur, qui paucas aut nullas reddunt. Vnde Beda: Super omnes plus offendit, qui plus debuit: sed per misericordiam dominicam omnis causa mutatur,vt amplius diligat, qui amplius debuit. si tamen gratia consequatur. Beda.

¶Et conuersus ad mulierem,& cæt.) Post generale iudicium assumit speciale propositum,in quo ostendit peccatricem maiorem affectum habuisse ad CHRISTVM q̃ pharisæum, proponẽdo triplex dilectionis indicium, scilicet fletum, osculum, & ablutionem pedum, in quibus mulier præcellit pharisæum. Primo ergo proponit peccatricem Simoni propter fletum, quod erat expressum indicium contritionis,& hoc notat,cum dicit.

« Et conuersus ad mulierem.)propter eius contritionẽ & pœnitentiam,secundum illud.Zacha.primo. Conuertimini ad me,ait dominus exercituum, & conuertar ad vos.Hoc autem fit cũ diligimus & rediligimur,secũdum illud. Cantico.secundo. Dilectus meus mihi, & ego illi. Zach.1.a Cant.2.d
Et Cantic.septimo.Ego dilecto meo,& ad me conuersio Cant.7.d
« eius. Ideo autem se corporaliter conuertit ad mulierem vt in ipsa erudiret Simonem ad quẽ loquebatur, & ideo
« subditur.(Dixit Simoni,Vides hanc mulierẽ.)Ideo quę-
« rit vtrum videret, quia licet videret corporaliter eius fa-
« cta, non approbauit,sed reprobauit eius merita. Et licet videret peccatricis fletum, non tamen attendebat eius affectum.Et ideo à domino cõmonetur, & ex comparatiõe illius arguitur,in hoc quod sequitur:(Intraui in domum tuã,aquã pedibus meis non dedisti.)Ex quo reprehensibilis ostenditur, quia non fuit imitator Abrahæ. Geñ.18.Loquebatur viris transeuntibus,laue[illegible]r pedes Gen.18.a
vestri,& requiescite.Sed econtra hæc est commendabilis
« Ideo additur:(Hæc enim lachrymis rigauit pedes meos,
« & capillis suis terfit.) Id est lachrymas magna copia fudit ad modum fontis & riuuli, secundum quod dicitur:

M.E.C.D. 2017

lere.9.Quis dabit capiti meo aquam & oculis meis fons tem lachrymarũ?Et in hoc significatur mirabilis affectus mulieris,& gratia interior, quę ita in lachrymas profluebat exterius,vt impleretur illud Psal.Posuit desertum in
psalo.106 stagna aquarũ terrã sine aqua in exitus aquarũ.Et Isa.35
Isaię.35.c: Et quę erat arida, erit in stagnũ& sitiens in fontes aquarũ.Et in hoc proponitur Phariseo , quantum ad fletum & luctum in quo est expressum signum compunctionis.

Secundo vero proponit eam Phariseo quantũ ad osculũ,quod erat signũ dilectionis,ibi (Osculũ mihi nõ dedisti.) In signum amoris,secundũ apostolum.Rom.16. Sa»
Rom.16c lutate inuicẽ in osculo sancto. Et discipuli osculati sunt
Actu.20 g Paulum.Act.20.Sed econtra de hac dicitur.(Hæc autem ex quo intraui,nõ cessauit osculari pedes meos.)In quo signatur feruens dilectio,& permanens. Ideo non cessabat ab osculo , quia non cessabat ab interiori desiderio.
Gregori. Nam de ipsa dicit Greg.Quòd amoris eius.i.CHRISTI igne succensa ardebat desiderio . Sicut autem dicitur.
Cant.8.b Canticorũ.8.Fortis est vt mors,dilectio.dura sicut infernus,ęmulatio.lampades eius, lampades ignis,atq; flammarũ.Vnde sicut ignis semper vrit , sic charitas incessan»
Gregori. ter accendit , vt enim dicit Gregorius: Nunquam est amor dei otiosus.

Tertio prępont eam quantum ad vnctionem pedum quod erat signum deuotionis,ibi:(Oleo caput meũ non vnxisti:)Quod erat moris tunc tẽporis in signũ lætitiæ,
Matt.6.c. & exultationis.Mat.6. Tu autem cũ ieiunas, vnge caput tuũ,& faciem tuã laua.(Hęc autẽ vnguento vnxit pedes meos.)Quod est pretiosius oleo. Vnde pretiosiora offe»
Ioan.12.a rebat hæc mulier CHRISTO,secundum illud Ioan.12. MARIA ergo accepit librã vnguẽti nardi pistici pretiosi,& vnxit pedes IESV,& extersit pedes eius capillis suis & domus impleta est ex odore vnguẽti. His ergo tribus dilectionis indicijs probat dominus quod peccatrix verius & [illegible]uentius dilexit.

¶Prop[illegible] quod dico tibi,&c.)Hic post generale iudicium & speciale propositũ,cõcludit principale intentũ , quod est cõmendatio mulieris consequẽs ex præmissis. Commendatur autẽ hęc mulier peccatrix à dño cõmendatione

M.E.C.D. 2017

ne plena.ſ.vt purgata à peccato propter dilectionis affectum,vt perfecta in merito propter dilectionis effectũ,vt præpoſita Phariſæo propter dilectionis exceſſum. Vnde approbat hic dñs dilectionem eius. Primo quia dilectio eam à peccato purgauit. Vnde dicit.

« Propter quod dico tibi.)Id eſt,propter nunc præmiſſa
« dilectionis indicia affero tibi. Remittuntur ei peccata
« multa.)Et ita iam à te nõ debet condemnari, ſed magis beatificari:quia in pſal.ſcriptum eſt:Beati quorũ remiſſæ ſunt iniquitates,& quorũ tecta ſunt peccata: & Rom.4. Ei verò qui non operatur,credenti autem in eum qui iuſtificat impiũ:reputatur fides eius ad iuſtitiam,ſecũdum propoſitum gratiæ dei. Sicut & Dauid dicit beatitudinẽ hominis, cui deus accepto fert iuſtitiam ſine operibus. Vnde in iſta impletum eſt illud. Pſalm. Dixi, confitebor aduerſum me iniuſtitiam meam,domino: & tu remiſiſti impietatem peccati mei. pſal.31. pſal.31.

Secundo quia dilectio in merito profecit, propter
« quod addit.(Quoniam dilexit multum.) Magnitudo enim dilectionis amplificat meritum, & expellit peccatum.primæ Petr.quarto. Charitas operit multitudinem peccatorum. Et Prouerbior.decimo. Odium ſuſcitat rixas:& vniuerſa delicta operit charitas. Vnde & in gloſa dicitur. Ardor charitatis in ea rubiginem peccatorum conſumpſit. Nec ſolum purgat à peccato, ſed etiam conſeruat in merito, ſecundum illud Colloſſenſ.tertio. Super omnia autem hæc, charitatem habete, quod eſt vinculum perfectionis,& pax CHRISTI exultet in cordibus veſtris, in quam vocati eſtis in vno corpore, & grati eſtote. 1.Pe.4.b. Gloſſa. Coloſ.3.b

« Tertio vero approbat,quia dilectio eam Phariſæo prę-
« poſuit. Vnde ait: (Cui autem minus dimittitur.)Scilicet Phariſæo. (Minus diligit.) Quàm iſta cui dimiſſa ſunt multa. Er ita ex hoc concluditur, quòd longè plus quã Phariſęus dñm amauit,& ideo amplius deo accepta fuit, & propterea laudauit eam vir eius, quaſi dicẽs ibi illud Prouerbiorum.31. Multæ filiæ congregauerunt diuitias, tu ſupergreſſa es vniuerſas. Fallax gratia, & vana eſt pulchritudo: mulier timens dominum, ipſa laudabitur. prou.31.d

M.E.C.D. 2017

Patet igitur quomodo in hac quæſtione concluditur perfecta commendatio & approbatio diligentis,contra iudicium phariſæi ipſam contemnentis:quia reputabat eam plenam peccatis & vacuam meritis, & ſic veniſſe in conſpectu ſuperni iudicis, quod totum exſufflatum eſt in hac concluſione,cum ipſa oſtenditur iuſtificata à pec
Nota. cato,multiplicata in merito,& prępoſita phariſęo. Et nota quòd in hac concluſione infertur commendatio dilectionis CHRISTI reſpectu remiſsionis peccati per modum cauſę & per modum effectus. Vnde remiſsio peccati prępmittitur. Et remiſsio peccati poſtponitur,& dilectio interponitur. Eſt eñ remiſsio quo ad pœnã,& hęc cauſatur à dilectione. Et quo ad culpã,& hęc inducit dilectionẽ. Vnde dilectio duplex eſt,altera effectus,& hãc introducit remiſsio peccati,quo ad culpam,ſecundũ quod ſupra oſtenſum eſt ex Phariſæi iudicio. Altera eſt dilectio affectus,& hæc inducit peccati remiſsionem,quo ad pœnam, ſecundum quod colligitur ex triplici dilectionis indicio. Vnde iſta concluſio quantum ad primam partẽ reſpondet inductioni factæ in bonis operibus,quãtum ad ſecundam reſpondet quæſtioni de duobus debitoribus, & reſpondet ſimul omnibus præmiſsis. Super hæc aduertenda eſt CHRISTI ſapientia in comprobando peccatricem pœnitentem,quã Phariſæus condemnauerat,approbat autem eam ex datis a Phariſæo & ex conceſsis,deinde ex manifeſtis indicijs Primo quaſi ſyllogiſando,ſecundo quaſi inducẽdo. Primo in generali, ſecũdo in ſpeciali. primo parabolicè, ſecundo expreſſè ad hęc omnia reſpondet illatio concluſionis ibidem prępmiſſæ. ¶Dixit aũt ad illam) poſt benignã ſuſceptionem accedẽtis,& benigniorẽ approbationẽ diligentis, ſubiungitur hic tertio benigniſsima abſolutio confitẽtis. Circa quã primo introducitur diuinæ largitatis donum plenariũ. Secundo humanę impietatis iudiciũ peruerſum. Tertio deuotæ credulitatis meritũ perfectũ. Primo ergo quantum ad diuinæ largitatis donum plenarium dicitur:

Dixit autem ad illam.) Non eſt dubium quin dixerit » CHRISTVS ad peccatricem. (Remittuntur tibi peccata.) Non ſolum quo ad culpam, ſed etiam quo ad pœnã » ſecundũ

M.E.C.D. 2017

secundum quod petebat Manasses. Secundi. Parali. vlti. Pero rogans te domine, remitte mihi, remitte mihi: ne simul perdas me cum iniquitatibus meis, neque in æternum reserues mala mihi. Hanc remissionẽ CHRISTVS fecit sua virtute. Matthæi. nono. Vt autem sciatis, quia filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata. Et Act. 10. Huic omnes prophetæ testimonium perhibent remissionem peccatorum accipere, per nomen eius omnes qui credunt in eum. ¶Diuisio 2. par. vlt. Matt. 9. a Actu. 10 g

Secundo quantum ad humanæ impietatis iudicium « peruersum, subditur. (Et cœperunt qui simul accum« bebant, dicere intra se.) Scilicet malè iudicando, & ip« sum despiciendo. (Quis est hic qui etiam peccata di« mittit?) Quasi dicant, quum sit paruus & nullus, quomodo sibi attribuit quod potest solus Deus. Iuxta illud Isaiæ. quadragesimo tertio. Ego sum, ego sum ipse qui deleo iniquitates tuas propter me, & peccatorum tuorum non recordabor. Et sic verificatum est illud Ecclesiastici. decimotertio. Pauper loquutus est, & dicunt: Quis est hic? & si offenderit, subuertunt illum. Sic etiam in cordibus suis qui simul manducabant, dolum cogitabant, vt impleretur illud Psalm. Si is qui oderat me, super me magna loquutus fuisset, abscondissem me forsitan ab eo. Tu vero homo vnanimis dux meus, & notus meus. Qui simul mecum dulces capiebas cibos, & cætera. Vnde isti malè iudicando, de sanitate illius infirmabantur, sicut dicit Beda: Ecce inquit, ea quæ ad medicum venerat ægra, sanata est, sed de salute eius alij ægrotant. Et sic verificatum est illud Oseæ. septimo. Quum sanare vellem Israel, reuelata est iniquitas Ephraim, & malitia Samariæ, quia operati sunt mendacium. Et sequitur: Væ eis, quoniam recesserunt à me, vastabũtur, quia preuaricati sunt in me, ego redemi eos, & ipsi locuti sunt contra me mendacia, &c. Isaiæ. 43. d Eccli. 13. d psal. 54. Beda. Osee. 7. a. & d

Tertio, quantum ad deuotæ credulitatis meritum « perfectum, subditur, (Dixit autem ad mulierem: Fi« des tua te saluam fecit) Scilicet à peccatis, fides inquam CHRISTI, de qua. Matthæi primo. Ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum. Et hoc per Matt. 1. d.

M.E.C.D. 2017

Rom.3.d fidem. Romanorum tertio. Vt ſit ipſe iuſtus, & iuſtificans eum, qui eſt in fide IESV CHRISTI. Et quia iuſtitia facit pacem cum Deo, & cum conſcientia,
Rom.5.a ideo ſubdit: (Vade in pace.) Romanorum.quinto.Iuſtificati ergo ex fide, pacem habeamus ad Deum, per dominum noſtrum IESVM CHRISTVM, per quem habemus acceſſum per fidem in gratiam iſtam, in qua ſtamus, & gloriamur in ſpe gloriæ filiorum Dei. Et Iſa-
Iſaię.57.a quinquageſimo ſeptimo. Veniat pax, requieſcat in cubi-
Mala.2.b li ſuo. Vt ſic de illa poſsit dici illud. Malachię ſecundo. In pace, & in æquitate ambulauit mecum, & multos auertit ab iniquitate.

CAPVT OCTAVVM.



T FACTVM eſt deinceps,& cæter.) Supra poſita eſt inſtructio communis diſcipulorum in doctrina eorum quę requiruntur ad ſalutem omnium. In parte vero iſta ſubditur inſtructio ſpiritualis in doctrina myſtica ſcripturarum. Et quoniã hæc doctrina turbis proponitur in parabolis, & aperitur diſcipulis, & confirmatur miraculis. Ideo pars
¶Diuiſio iſta habet tres partes. In quarum prima ponitur inſtructio parabolica in occultis myſteriis. In ſecunda infor-
Inf.eo.b. matio apoſtolica in apertis eloquiis, ibi: (Eſt autem hęc parabola.) In tertia vero, eius confirmatio authen-
Ibidem.c tica in manifeſtis miraculis, ibi: (Factum eſt autem in vna dierum, & cætera.) Circa doctrinam parabolicam quæ communiter omni hominum generi proponitur audienda, & Apoſtolis intelligenda introducuntur tria. Primum, eſt coadunatio multitudinis ad audiendum. Secundum, eſt proportio ſimilitudinis ad
eodem.a manifeſtandum, & hoc ibi:(Exiit qui ſeminat,& cæte.) Tertium, eſt excitatio apoſtolicæ ſolicitudinis ad intel-

ligen

M.E.C.D. 2017

ligendum, ibi (Hæc dicens, clamabat,& cæte.) Quantum ad primum notandum quod ad doctrinam CHRISTI erat concursus multitudinis ex quadruplici causa, secundum quod ex litera potest conijci. Quidam enim comitabantur CHRISTVM ratione susceptı beneficij, vt Apostoli. Quidam ratione accepti beneficij, vt infirmi curati. Quidam ratione impendendi ministerij, vt mulieres honestæ. Quidam ratione audiendi verbi diuini, vt multitudo turbæ. Et hæc quatuor genera enarrat Euangelista concurrisse ad CHISTI doctrinam. Primo ergo quantum ad Apostolos comitantes CHRISTVM ratione susceptı officij prȩmittitur.

¶Quadruplici de causa, quatuor hominũ genera Christũ sequebãtur

« Et factum est deinceps, & ipse iter faciebat per ciui-
« tates & castella,) id est per loca vbi habitant minores & maiores, secundum quod dicitur Sapientiæ sexto, quoniam pusillum & magnum ipse fecit,& ęqualiter cura est illi de omnibus. Maximè quantum ad ea quæ sunt salu-
« tis, ideo dicit, (prædicans & euangelizans regnum dei,) secundum illud Isaiæ quinquagesimo secundo. Quam pulchri super montes pedes annunciantis & prædicantis pacem: annunciantis bonum, prædicantis salutem, dicentis Sion, Regnabit deus tuus. Vox speculatorum tuorum, leuauerũt vocem, simul laudabunt: quia oculo ad oculum videbunt, cum conuerterit dominus Sion. Et quia verbum frustrà proponitur nisi sit auditor, ideo
« additur. (Et duodecim cum illo,) qui scilicet sequebantur illum ex susceptο officio, ad quod elegit eos Supra sexto, elegit duodecim ex ipsis quos & Apostolos nominauit. Vnde ipsi Apostoli & Euangelistæ circuibant, vt cum ipso in Euangelio collaborarent, secundum quod hortatur Apostolus, secundæ Timothei primo, Sed collabora Euangelio secundum virtutem dei, qui nos liberauit & vocauit vocatione suà sanctà, non secundum opera nostra, sed secundum propositum suum. Quia Ioannis decimo quinto. Non vos me elegistis sed ego elegi vos: & posui vos vt eatis & fructum afferatis, & fructus vester maneat.

Sapi.6.b.

Isaię.52.b

Supr.6.c.

2.Tim.1.

Ioan.15.c

Secũdo quãtũ ad curatos comitãtes ratiõe accepti beneficij, subdit (Et mulieres aliquę,) sc; cũ eo iter faciebãt,
« &

M.E.C.D. 2017

& hoc ratione accepti beneficij. Vnde adiungit. (Quæ »
erãt curatæ à ſpiritibus malignis & infirmitatibus) ideo »
comitabantur eum tanquam ſuum ſaluatorem & medi»
Eccli.38.b cum ſecundum conſilium ſapientis. Eccleſiaſtici trigeſi»
mo octauo, Da locum medico, etenim illum dominus crea
uit & non diſcedat à te, quia opera eius ſunt neceſſaria.
Supr.6.c. Vnde Supra.6. Et qui vexabantur à ſpiritibus immũdis
curabantur. Et omnis turba quærebat eum tangere: quia
virtus de illo exibat, & ſanabat omnes. Et nota quod li»
cet curauerit vtrumq; ſexum, magis tamen ſpecificat de
2.Pet.3.b. fœmineo, quia ſexus infirmior, ſecũdum illud primę Pe»
tri tertio. Infirmiori vaſculo muliebri impartiẽtes hono
rem. Siue quia mulier clementior eſt, quàm vir, reſpectu
prou.31.c infirmitatis alienę, ſecundum illud Prouerbiorũ trigeſi»
mo primo, de bona muliere. Manũ ſuam aperuit inopi,
& palmas ſuas extendit ad pauperẽ. Siue quia inter per»
ſonas curatas erãt nobiliores. Ideo exprimit aliquas no»
minatim, cũ ait. (Maria quę vocatur magdalene) a Mag» »
dalo oppido ſecundo miliario à Tiberiade. Et hæc erat
notabilis ratione enormitatis peccati. Vnde addit. (De »
qua ſeptem demonia exierant) id eſt vniuerſa vitia. Gre »
Gregori. go. ſeptẽ dęmonia Maria habuit, quę vniuerſis vitijs ple»
na fuit. Hæc dęmonia exierunt quando peccata dimiſſa
Infra.11.c fuerunt, ſecundum quod dicitur Infra vndecimo. Cum
immundus ſpiritus exierit de homine, perambulat per
loca inaquoſa, quęrẽs requiem, Remiſſa autem ei fuerũt
Supr.7.g. Supra ſeptimo, Hæc enim eſt illa peccatrix de qua Supra
Beda. ſermonem fecit, ſicut dicit Beda in Gloſſa, Erat alia ratio
ne nobilitatis viri. Vnde ait, (Et Ioãna vxor Chuſæ pro» »
curatoris Herodis,) qui erat perſona nobilis, Erat & alia »
nobilis ex ſeipſa, de qua fine cognomine adiungit. (Et »
Suſanna,) Has tres nominat vt commendet caſtitatem, »
ſecundum triplicem differentiã in comitatu CHRISTI
ſcilicet vidualem, coniugalem, & virginalem, prima di»
citur fuiſſe peccatrix, ſecunda coniugata, de tertia tace»
tur vtrum. Vel vt in hoc oſtendatur curatio a triplici
ægritudine, ſcilicet animæ & carnis, & vtriuſque. Ideo
tres perſonas curatas exprimit, ſcilicet Mariam, Ioannã,
& Suſannam.

Tertio

M.E.C.D. 2017

Tertio quantum ad comitantes ratione impendendi
« obsequij siue ministerij, addit (Et alię multę quę ministra
« bāt ei de facultatibꝰ suis.) Sicut illa Sunamitis Eliseo. 4. 4.Re.4.e
Regū. 4. Ecce sedulò in omnibus ministrasti nobis, quid
vis vt faciam tibi? Sic & socrus Simonis, de qua Matth. 8. Matt.8.b
postquā curata est, surrexit & ministrabat eis. Hoc enim
antiquitus consueuerat esse officium mulierum, sicut di
cit Beda in glossa. Consuetudinis Iudaicæ fuit, nec du- Beda.
cebatur in culpam more gentis antiquo, vt mulieres de
substantia sua victum atq; vestitum præceptoribus mi-
nistrarent, Hoc qtuia scandalum facere poterat in natio-
nibus, Paulus se abiecisse memorat. 1. Corin. 9. Nunquid 1.Cor.9.a
non habemus potestatem mulierem sororem circundu-
cendi, sicut & cæteri apostoli? &c̄. Et ideo illud nunc nō
debet in consequentiam trahi propter scandalum vitan
dum, & etiam propter periculū. In hoc tamen erudimur
quòd prædicatori licet accipere stipendium pro labore.
1. Corin. 9. Si nos vobis spiritualia seminauimus, magnū 1.Cor.9 b
est si nos carnalia vestra metamus? Matthæi. 10. Dignus Matt.10 b
enim est operarius cibo suo. Et infra. 10 Dignus est enim Infta.10 b
operarius mercede sua. Et rursus in hoc erudimur quòd
prędicare & laborare actus est virilis & perfectorum, sed
ministrare imperfectorum, vtpote mulierum: Vnde Act. Actu.6.a.
6. Non est æquū, nos derelinquere verbum Dei, & mini-
strare mensis.

Quarto quantum ad concurrentes ratione verbi di-
« uini audiendi, adiungitur. (Cum autem turba plurima
« conuenirct.) Scilicet ad audiendum doctrinam, secun-
dum illud Ioan. 18. Ego semper docui in synagoga & in Ioan.18.d
templo quo omnes Iudæi conueniunt, & in occulto lo-
cutus sum nihil. Et sic impletur illud Isaię. 2. Et fluent ad Isaię. 2.a.
eum omnes gentes. Et ibunt populi multi. Vnde congre
gabantur in multitudine, & conueniebant in prompti-
« tudine, ideo subdit. (Et de ciuitatibus properarēt ad eū.)
« Scilicet audiendum. (Dixit per similitudine.) Scilicet
parabolicam per apertas res quibus assueti erat. Et ideo
ad audiendum cum desiderio properabant. Vnde Chry Chrysost
sostomus. Commiscens parabolas cum ampliori mitiga
tione attrahebat auditores, & de area, & de vinea, & de
agro

M.E.C.D. 2017

agro. Vnde ad hanc doctrinam parabolicã omnes inuitantur, secundum illud Psalm. Audite hæc omnes gentes: auribus percipite omnes qui habitatis orbem, & post subditur. Inclinabo in parabolam aurẽ meam, aperiam in psalterio propositionem meam. Et rursus Psalm. Aperiam in parabolis os meũ: loquar propositiones ab initio. Et sic facta est excitatio multitudinis.

psal'o .48.

psal'o .77.

¶Exijt qui seminat & cætera.) Post congregationẽ multitudinis, additur hic secundo propositio similitudinis. Et quia doctrina debet esse secundum exigentiam auditorum, ideo similitudo proposita quatuor habet differentias membrorum congruentes quatuor differentijs auditorum. Quidam enim audiunt sed non retinent, vt obliuiosi. Quidam audiunt & retinent sed non faciunt, vt desidiosi. Quidam audiunt & retinent & faciunt, sed non complent, vt negotiosi. Quidam autem audiunt, retinent, faciunt & complent, & hi sunt studiosi & virtuosi. Hæc quatuor genera hominum sunt quatuor differentiæ terrarum, quarum prima semen recipit, sed non retinet: & quantum ad illam dicitur.

¶Audito res verbi diuini in quadruplici sunt differẽtia

Exijt qui seminat seminare semen suum,) exijt scilicet de domo ad agrum, hoc est, de quiete ad laborem. Psalm. Exibit homo ad opus suum: & ad operationem suam vsque ad vesperam. Et hic labor, vel est in opere iustitiæ, vel misericordiæ, qui rectè designatur per seminationem, secundum illud Ecclesiastes vndecimo. Mane semina sementem tuam, & vespere ne cesset manus tua. Isaiæ trigesimo secundo. Beati qui seminatis super omnes aquas immittentes pedem bouis & asini. Vel est, etiam in sermone doctrinæ. Vnde de Paulo prædicante dicitur Actuum decimo septimo. Quid vult seminiuerbius hic dicere? Et isto semine multiplicata est ecclesia, secundum illud primæ Petri primo. Renati non ex semine corruptibili, sed incorruptibili, per verbum dei viui & permanentis in æternum. Et de hac seminatione intelligit hic, sed hæc licet de se semper sit bona & fructuosa, variatur tamen secundum differentiã terræ suscipientis. Quædã enim suscipit sed non retinet, vnde ait: (Et dum seminat, aliud.) Id est, alia pars seminis. (Cecidit secus viam.) Per quam

psal'o.103.

Eccl's.11 b

Isaiæ.32.d.

Actu.17 d

1.Pet.1.d.

M.E.C.D. 2017

quam ſcilicet eſt decurſus, & non eſt in ea ſtatus retentionis, ſed obliuionis propter ſtrepitum multitudinis, quod ſignatur infra decimo octauo, vbi dicitur, quod cæcus quidam ſedebat ſecus viam, mendicans, & dum clamaret ad Deum, turbæ increpabant eum vt taceret. Vnde hic non eſt locus fructificationis, quia non eſt in eo retẽtio ſeminis. Ideo adiungit. (Et conculcatum eſt,) ſcilicet a pedibus hominum. (Et volucres cœli comederunt illud,) in quo intelliguntur morſus dæmonum, ſecundum illud Deuteronomij. trigeſimo ſecundo. Conſumẽtur fame, & deuorabunt eos aues morſu amariſſimo: & Matthæi ſeptimo. Nolite dare ſanctum canibus neque mittatis margaritas veſtras ante porcos, ne forte conculcent eas pedibus ſuis. Ex quo intelligimus duo eſſe quæ expellunt de corde hominis ſemen verbi diuini, ſcilicet malæ ſuggeſtiones hominum, & tentationes dæmonũ. Et ideo dicit Apoſtolus Hebre. decimo tertio: Doctrinis variis & peregrinis nolite abduci. Optimum eſt enim, gratia ſtabilire cor, non eſcis quæ non profuerunt ambulantibus in eis. Et ideo neceſſe eſt cor noſtrũ elongari ab huiuſmodi decurſibus, vt nõn ſimus ſicut paruuli, fluctuantes, & circumferamur omni vento doctrinę. Et Ieremiæ ſecundo, quid tibi vis in via Aegipti, vt bibas aquam turbidam? & quid tibi cum via Aſſyriorum, vt bibas aquam fluminis?

Infra. 18 g

Deut. 32. d

Matt. 7. a

¶Duo ſũt q̃ pellunt v̊bũ dei de cordibus noſtris

Heb. 13. b.

Iere 2. d.

Secunda vero differentia terræ, eſt quæ recipit & quodammodo retinet, ſed non fouet, & quantum ad hanc, ſubdit. (Et aliud cecidit ſupra petram,) id eſt ſupra cor durum, de quo Zachariæ ſeptimo, cor ſuum poſuerunt vt adamantem, ne audirẽt legem & verba quæ miſit dominus. Et Iob. 41. Cor eius indurabitur tanquam lapis, & ſtringetur quaſi malleatoris incus. Et hæc quamuis ſemen retinere poſsit, non tamẽ poteſt fouere deficiente humore. Ideo addit. (Et natum aruit, quia non habebat humorẽ,) ſcilicet vegetantem & fouentem. Et in tali terrà ſtatim naſcitur, & ſtatim moritur, quia parũ habet alimenti, ſicut fœnũ tectorũ. De quo in Pſal. Fiant ſicut fœnũ tectorũ: qd̃ priusq̃ euellatur exaruit. Et Iſa. 18. Ante meſſem totus efflоruit, & immatura ꝓfectio germinabit

Zach. 7. c

Iob. 41. c.

pſal'o. 128.

Iſaię. 18. b

Et hoc

M.E.C.D. 2017

Et hoc eſt propter defectum humoris gratiæ, ſecundum
Iſaię.15.b quod Iſaię decimo quinto dicit. Aruit herba, defecit germen, viror omnis interiit, & hoc contingit propter multitudinem petrarum, quæ non ſunt aptæ ad ſemẽ diuini
Amos.6d verbi percipiendum, propter quod dicitur Amos ſexto. Nuuquid currere queunt in petris equi? id eſt, prędica-
Iob.12.c. tores, & hoc propter defectũ aquarũ. Iob duodecimo. Si continuerit aquas, omnia ſiccabũtur. Contrariũ dicitur
Iere.17.b. Ieremię.17. Et erit quaſi lignũ quod trãſplantatur ſuper aquas, qđ ad humorẽ mittit radices ſuas: & nõ timebit cũ venerit ęſtus. Et erit foliũ eius viride, & in tẽpore ſiccitatis nõ erit ſolicitũ, nec aliquãdo deſinet facere fructũ.

Tertia differentia terræ eſt quæ & ſi aliquo modo teneat & foueat non tamen complet nec fructum profert. Ideo ſubdit. (Et aliud cecidit inter ſpinas,) id eſt, inter »
mundanas ſolicitudines in quibus multi libenter cõuer-
Iob.30.a. ſantur. Iob trigeſimo. Eſſe ſub ſentibus delicias computabant filij ſtultorũ & ignobilium. Et iſtis ſpiniis repleta
Iſaię.7.d. eſt terra, ſecundũ illud Iſaię.7. Vepres enim, & ſpinæ erũt in vniuerſa terra. Et hoc merito maledictionis primæ.
Gene.3.c Geneſis.3. Maledicta terra in opere tuo, Et ſequitur, Spinas & tribulos germinabit tibi. Et in hac terra ſemen & ſi oriatur, nõ tamen cõſummatur. Vnde ſubdit, (Et ſimul »
exortæ ſpinæ) ſcilicet cum ſemine, (ſuffocauerunt illud,) »
quia plus in cordibus proficiũt & creſcunt cogitationes
Iſaię.32.c. carnales quam ſpirituales & eis pręualent. Iſaię.32. Super humũ populi mei vepres & ſpinæ aſcendent. Et hoc eſt
prou.14 d quia non curant de ſpiritualibus, Prouerbiorum.24. Per agrum hominis pigri tranſiui, & per vineam viri ſtulti. Et ſequit. Operuerãt ſuperficiem eius ſpinæ. Vnde ſpinę totum occupant vt fructus cum eis naſci non poſsit. Et
Iere.4.a. ideo Ieremiæ.4. dicitur. Nouate vobis nouale, & nolite
Heb.6.b. ſerere ſuper ſpinas. Quia ſicut dicitur Hebræo.6. Terra proferẽs ſpinas ac tribulos: reproba eſt, & maledicto proxima, cuius conſummatio in combuſtionem.

Quarta differentia terræ eſt quę recipit & retinet, foueat & fructũ profert. Ideo addit, (Et aliud cecidit in ter- »
ram bonam.) Id eſt, mentem docilem & benignam. De »
Exo.3.b. qua Exodi.3. Vidi afflictionem populi mei. Et ſequitur.

Et educã

M.E.C.D. 2017

Et educam de terra illa in terram bonam, & ſpatioſam. Hæc eſt terra bona quæ habet quatuor conditiones prę dictas. ſecundum illud Hebręo. 6. Terra ſæpe venientem ſuper ſe, bibens imbrem, & germinans herbam opportunam illis à quibus colitur: accipit benedictionem à deo. Secundum illud Pſalm. Benedixiſti domine terram tuã. Hæc benedictio eſt in cõpletione fructus. Ideo additur. (Et ortum, fecit fructum centuplum.) Id eſt, fructum perfectum. Et ſic impletur illud Pſalm. Dominus dabit benignitatem, & terra noſtra dabit fructum ſuum. Et Gene. 26. Seuit Iſaac in terra illa, & inuenit in ipſo anno centuplum. Et hoc Matthæ. 13. expreſsius dicitur ſecundum tres gradus. Alia ceciderunt in terram bonam, & dabãt fructum, aliud centeſimum, aliud ſexageſimum, aliud triceſimum. Et hoc ſecundum tres ſtatus continentiæ, vel tres gradus iuſtitiæ. Beatus verò Lucas tangit differentiam ſupremam in hac includẽs alias. Et nota quod tres ponit terræ infructuoſę differentias, & vnam tantum bonam. quia ſecundum quod dicitur Matth. 22. Multi ſunt vocati, pauci verò electi. Et propterea conqueritur dominus Mich. 7. Vę mihi, quia factus ſum ſicut qui colligit in autumno racemos vindemiæ. Et ratio huius redditur Matt. 7. cum dicitur: Intrate per anguſtam portam, quia lata porta & ſpatioſa via eſt quæ ducit ad perditionem, & multi ſunt qui intrant per eam. Quam anguſta porta & arcta via eſt quæ ducit ad viram, & pauci ſunt qui inueniunt eam?

Heb. 6. b.

pſal. 84.

pſal. eod.

Geñ. 26. c.

Matt. 13. a

Matt. 22. b

Mich. 7. a

Matt. 7. b

¶Hæc dicens clamabat.) Hic poſt congregationem multitudinis, & propoſitionem ſimilitudinis, ſubiungitur tertio excitatio apoſtolicæ ſolicitudinis. Circa huius autem excitationem quatuor introducuntur ab Euangeliſta, ſcilicet admonitio magiſtralis, interrogatio diſciplinalis, præelectio familiaris, & reprobatio iudicialis. Primũ excitat, Secũdũ rectificat, Tertiũ cõfortat, & quartũ humiliat. Primo ergo quantũ ad magiſtralis admonitionis ſolicitudinem excitantẽ dicitur.

Hęc dicẽs clamabat.) Vt ſuo clamore excitaret auditorũ attẽtionẽ. Sicut Ioã. 7 dicitur, quod in nouiſsimo die magno feſtiuitatis ſtabat Ieſus, & clamabat dicẽs: Siquis ſitit

Ioan. 7. f.

M.E.C.D. 2017

sitit, veniat ad me, & bibat. Hoc est enim prædicatoris
officiū, Isa. quīquagesimo octauo. Clama, ne cesses, quasi
tuba exalta vocem tuā, & annuncia populo meo scelera
eorum, vt ex ipso modo dicendi excitet audientes, nec
tantum ex modo dicendi, sed etiam ex sensu verbi, pro-
pter quod adiungit. (Qui habet aures audiendi audiat) »
Gregorius spiritualiter hæc verba intelligit. Et Beda.
Vbicunque hæc admonitio interponitur, mysticum esse
quod dicitur, & attentius considerandum ostēditur. Et
hoc signat ipsa multiplicatio actus audiendi. Sicut Isaiæ
vicesimo octauo. Auribus percipite. & audite vocem
meam, Attendite, & audite eloquium meum. Vnde ad
hanc exhortationem potest dicere verè intelligens illud
Isaiæ quinquagesimo. Erigit mane, mane erigit mihi au
rem, vt audiam quasi magistrum. Et illud Iob quadrage
simo secundo. Auditu auris audiui te, nunc autem ocu-
lus meus videt te. Et sic tangit audiendi vsum, quia tres
sunt gradus. Primus in audiendo exterius. Secundus in
credendo. Tertius verò in intelligendo.

Isaiç.58.a

Gregori.
Beda.

Isaiç.28.f.

Isaiç.50.b
Iob.42.a.

¶ Tres auscultationis gradꝰ

Secundo quantum ad disciplinalem interrogationē
rectificantem subditur (Interrogabant autem eum disci »
puli eius.) Vt scilicet dirigerentur ab eo, secundum illud »
Eccl'.33. Qui interrogationem manifestat, parabit verbū
& sic deprecatus exaudietur, & conseruabit disciplinam
& tunc respondebit. Hoc autem dicitur non quia statim
interrogarent, sed quia ad verbum CHRISTI conce-
perunt voluntatem interrogandi. Vnde Marc. 4. Et cum
esset singularis, interrogauerunt eum. Et quia interroga
tio est de occultis & mysticis ideo additur (Quę esset hęc »
parabola.) Id est, quid significaret, vt per eius interpreta- »
tionem possent intellectum capere, secundum illud Pro-
uer. 1. Audiens sapiens, sapientior erit, & intelligens gu-
bernacula possidebit. Animaduertet parabolam & inter
pretationem. Et Eccl'. 39. Sapiens occulta prouerbiorum
exquiret, & in absconditis parabolarum conuersabitur.

Eccl'.33.a

Mar.4.b.

Tertio quantum ad familiarem prælectionem con
fortantem, subditur. (Quibus ipse dixit, Vobis datum »
est nosse mysterium regni Dei.) id est intelligentiam »
scripturæ, quæ regnum Dei dicitur. secundum illud Mat

¶ Scriptura regnū dei dicit.

prou.1.a.
Eccl'.39.a

thęi

M.E.C.D. 2017

thæi vigesimo primo. Auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus eius. Dicitur autẽ scriptura regnum Dei quia ipsum prædicat, & ostendit, & promittit, & obedientem ipsi ad regnum Dei perducit, secũdum illud Ioannis quinto. Scrutamini scripturas, quia vos putatis in ipsis vitam æternam habere. Et illæ sunt quæ testimonium perhibent de me: & non vultis venire ad me: vt vitam habeatis. De his autem dicit beatus Lucas specialiter & discretiue. (Vobis datum est.) quia ipsi ad hoc electi fuerunt Ioannis decimo quinto. Vos autẽ dixi amicos, quia omnia quæ audiui a patre meo, nota feci vobis. Et signanter dicit datum, non venditum. vt gratiam cognoscamus Matthæi decimo. Gratis accepistis, gratis date. Datum, & non mutuatum. Infra vigesimo primo. Ego enim dabo vobis os & sapientiam: cui non poterunt contradicere & resistere omnes aduersarij vestri. Datum, & non acquisitum. Iacobi primo. Omne datum optimum, & omne donum perfectum, desursum est, descendẽs a patre luminum. In hoc ergo quod dicit eos familiariter præelectos, confortat eos ne deficiãt ab inquirendo. Infra. 12. Nolite timere pusillus grex, quia complacuit patri vestro dare vobis regnum.

Matt. 21. d
Ioan. 5. f.
Ioan. 15. c
Matt. 10. a
Infra. 21. c
Iaco. 1. c.
Infra. 12. d

Quarto vero quantum ad iudicialem reprobationẽ humiliantem, subiũgit (Cæteris aũt in parabolis) scilicet datum est nosse, quod potius est ignorare. Isaiæ. 28. In loquela enim labij, & in lingua altera loquetur ad populũ istum. Et hoc facit iusto suo iudicio, quo nõ vult sancta cõmunicare immundis, secundũ illud Matthęi. 7. Nolite dare sanctũ canibus. &c̃. Et propterea subdit. (Vt vidẽtes nõ videant.) Vt non est ibi causale sed consecutum, sicut Ioan. 9. In iudicium ego in hunc mundũ veni: vt qui nõ vident, videant, & qui vident cæci fiant. Et hoc iudiciũ prędictũ est. Isa. 29. Claudet dominus oculos vestros. prophetas & prĩcipes vestros q̃ vidẽt visiões, opiet. Et erit vobis visio oĩm sicut v̈ba libri signati. Et ne cõtradictio in hoc q̃ dicit (vt vidẽtes nõ videãt) qa primũ refert ad visũ exteriorẽ, secũdũ ad ĩteriorẽ, secundũ illud Isai. 43. Educ foras populũ cęcũ, & oculos habẽtẽ: surdũ, & auresei sunt Et explicat sequẽs clausula. Et audiẽtes nõi telligãt. Isa. 6

Isaię. 28. c.
Matt. 7. a.
Ioan. 9. g
Isaię. 29. c.
Isaię. 43. b

Audite

M.E.C.D. 2017

Isaię.6.c. Audite audientes, & nolite intelligere,& videte visionẽ, & nolite cognoscere. Excæca cor populi huius, & aures
2.Cor.3.d eius aggraua, & oculos eius claude. Vnde dicitur.2. Corint.3. Vsque in hodiernum diem,cum legitur Moyses,velamen positum est super cor eorum. Et hoc factum est di
Rom.11d uino iudicio,secundum illud Roma.11. Nolo enim Vos ignorare fratres mysterium hoc, vt non sitis vobisipsis sapientes,quia cęcitas ex parte contigit in Israel, donec plenitudo gentium intraret. Et debet omnis se humili-
Ibidem.c are secundum quod ibidem dicitur. Noli altum sapere, sed time. Si enim Deus naturalibus ramis non pepercit, ne forte nec tibi parcat. Et hęc humilitas est opportuna & præambula ad intelligentiam mysteriorum,quia Mat
Matt.11.d thæi.11.dicitur. Absondisti hæc à sapientibus & prudentibus,& reuelasti ea paruulis.

¶Est autem hęc parabola.) Postquam prępmissa est hæc instructio parabolica in occultis mysterijs. Sequitur secũda pars capituli in qua describitur informatio apostolica in apertis eloquijs. Hęc autem pars habet duas particulas in quarum prima erudiuntur ad intellectum parabolæ. In secunda inuitantur ad cõmunicationẽ doctrinæ,Ibi.(Nemo autem lucernam accendens,&c.) Quantum ad explicationem parabolę. attendendũ,quod primo explicat eam generaliter,deinde specialiter,ibi(Qui autem secus viam.) Dicit ergo primo quasi generalem quandam intentionem parabolę præmittens.

¶Diuisio

Inf.eo.c.

Ibidem.

Est autẽ hæc parabola.)Id est,hic est intellectus parabolę. Vt posset dicere illud Ioan.16.Hæc in prouerbijs locutus sum vobis.(Semen est verbum Dei.)quia per illud renascimur,vt fiamus sancti & diuini.Iacobi primo. Voluntariè enim genuit nos verbo veritatis. Iuxta hęc quatuor membra in parabola præmissa, quatuor distinguit auditorũ genera. In quibus diuersimode suscipitur semen diuinorũ eloquiorũ. Ita quod vnũ semen accipit dispositionẽ, vt sit in alijs conculcatũ, in alijs arefactũ, in alijs suffocatum,& in alijs multiplicatum. Primo ergo quantum ad explicationem seminis cõculcati, quod est verbum domini in corde obliuioso, dicit:(Qui autem secus viam,hi sunt qui audiunt.) Quod nõ refertur ad

Ioan.16d

Iaco.1.c.

¶Vnum atq; idẽ verbum domini pro suscipientium dispositionibus variatur.

semen

M.E.C.D. 2017

semen susceptum, sed ad personas recipientes semen, quia & ipsi dicuntur semen, secundum illud. Ieremiæ. 31 Seminabo domum Israel, & domum Iuda, semine hominum, & semine iumentorũ, id est, perfectorum & imperfectorum. Illi ergo qui audiunt, semen sunt, sed ideo infructuosi, quia non retinent, propter quod addit. (Deinde venit diabolus.) Scilicet per suggestionem. (Et tollit verbum de corde eorum.) Id est, de recordatione. Et hoc signatum fuit. Iudic. 6. Vbi dicitur, Cunq; seuisset Israel, ascendebat Madian & Amalech. Sequitur: Sicut erant in herbis, cuncta vastabãt. Vnde ipse libenter destruit principia bonitatis. Et quia nostrę saluti insidiatur, adiungit (Ne credentes salui fiant.) Sicut enim scriptum est Marci. decimosexto. Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit: qui vero non crediderit, condemnabitur. Ipse autẽ nihil quęrit nisi dãnationem nostram tanq̃ iã damnatus. Apo. 12. Proiect⁹ est accusator fratrũ nostrorũ qui accusabat illos ante cõspectum dei nostri die ac nocte.

Iere. 31. e.

Iudic. 6 a

Mar. 16. d

Apo. 12. c.

Secundo quantum ad explicationem seminis arefacti in corde desidioso, subditur (Nam qui supra petram, qui cum audierint, cum gaudio suscipiunt verbum.) Et hoc quidem est laudabile, secundum illud. Actu. 17. Susceperunt verbum cũ omni auiditate, quotidie scrutãtes scripturas. Sed tñ in hoc sunt reprehensibiles, quia non fouẽt, nec volunt laborare. Ideo subdit. (Et hi radices non habent.) Id est, firmitatẽ charitatis, de qua. Eph. 3. In charitate radicati & fundati. Sed potius amorẽ libidinosum siue adulterinũ, & ideo nõ proficiũt. Sapie. 4. Adulterinę plantationes non dabunt radices altas, nec stabile firmamentum collocabunt. Quia Ose. 9. Radix eorũ exicata est, fructũ nequaq̃ facient. Et q̃ isti nõ habeant radices confirmãtes, ostendit cũ ait (Quia ad tempus credũt & in tẽpore tentationis recedunt.) Scilicet à deo, secundum illud. Deute. 32. Recessit à Deo salutari suo. Sed hoc cõpetit hoĩ desidioso, secudum illud. Eccl'i. 6. Quia aspera est nimiũ sapientia indoctis hoĩbus, & non permanebit in illa excors: sed sicut dicitur. Ose. 7. Vę eis q̃m recesserũt à me. Diuersum dicitur. Iob. 27. Donec deficiã, non recedam ab innocentia mea. Et ideo hortatur. Eccles. 12.

Ephe. 3. c.

Sapi. 4. a.

Ose. 9. d.

Deut. 32. c

Eccl'i. 6. c

Ose. 7. d.

Iob. 27. a.

Eccl'i. 12. a.

M.E.C.D. 2017

Fili accedens ad seruitutem dei, sta in iustitia, & timore, & præpara animam tuam ad tentationem.

Tertio autẽ quãtum ad expositionẽ seminis suffocati in corde negocioso, subditur. (Quod autẽ in spinas ceci » dit: hi sunt qui audierũt.) Id est, illi signãtur per illud. Et » nota, ꝙ auditus attribuitur oĩbus, vt nullus se possit ex» Rom.10d cusare. Ro.10. Nunqd nõ audierũt? Et quidẽ in oẽm ter rã exiuit sonus eorũ: & in fines orbis terr̃ verba eor̃. Sed tñ non oès faciũt fructũ spiritualem, quia impediuntut à curis carnalibus. Ideo subditur (Et à solicitudinib9) Sci» licet intra. (Et diuitijs.) Scilicet extra. (Et voluptatibus » vitę.) Scilicet infra. In quo tãgitur triplex bonũ cõmuta » bile .s. interius, exterius, inferius. (Euntes suffocãtur.) Id » est, vitam spiritualem perdunt: quia secundum quod di 1. Tim.6b citur. primæ. Timo.6. Nam qui volunt diuites fieri inci» dũt in tentationẽ & in laqueũ diaboli, & desideria multa inutilia & nociua, quę mergũt hoĩes in interitũ & perdi» tionẽ. Ideo merito suffocari dicũtur. Et ideo perdẽdo vi tã interiorẽ perdit per consequẽs efficaciã exteriorẽ. Et eccles.5b ideo subditur (Et nõ referũt fructũ.) Scribitur enĩ. Eccl'.5. » Qui amat diuitias, fructũ non capiet ex eis. Quia sicut psalm.75. dicitur in psal. Dormierũt somnũ suũ, & nihil inuenerũt oẽs viri diuitiarum in manibus suis. Et. Rõ.6. Quẽ ergo Rom.6.d fructum habuistis tũc in illis, in quibus nũc erubescitis? quasi dicat nullũ. Vnde merito. diuitiæ & voluptates cõ» ¶ Diuitię parantur spinis, tũ quia fructũ nõ adferũt, tum quia fru & volu» ctũ impediũt, tũ etiã, quia habentẽ affligũt, secundũ illud ptates Eccl's.2. Peccatori autẽ dedit afflictionẽ & curã superfluã cur spinis vt addat & congreget, & tradat ei qui placuit deo, sed & cõparẽ. hoc vanitas est & cassa; solicitudo mentis. Eccl's.5. Dulcis Eccls.2d est somnus operanti, siue parũ, siue multũ comedat: satu» Eccls.5.c. ritas aũt diuitis nõ sinit eũ dormire. Vnde quasi super spi nas iacet, propter quod dicit Bed. Diuitiæ & si delectare Beda. videãtur tamen possessoribus suis spinę sunt, quia cogi» tation[illegible] suarum punctionibus mentem lacerant, quæ auidè quæruntur, & solicitè seruantur.

Quarto quantũ ad interpretationẽ seminis multipli» cati in corde fructuoso, additur (Quod aũt in bonã ter» rã.) Scilicet cecidit. Nũ.14. Terra quã circũiuimus, valde » bona

M.E.C.D. 2017

« bona est.(Hi sunt qui in corde bono.)quo ad cognitiuã
Eccl.37.Cor boni cõsilij statue tecũ.Et Eccli.3.Sapiẽs cor Eccle.37.c
« & intelligibile,abstinebit se à peccatis.(Et optimo)Quo Eccle.3.d.
ad affectiuã,dicitur. Hebr.13.Optimũ est,gratia stabilire Heb.13.b.
« cor(Audiẽtes verbũ retinẽt.)quo ad memoratiuã.Pro.3. prou.3.a.
Fili mi,ne obliuiscaris legis meę,& prȩcepta mea cor tuũ
« custodiat(Et fructũ afferunt.)quo ad operatiuam.Isa.30
dicitur,Dabitur pluuia semini tuo, vbicũq; seminaueris Isaię.30.e
in terra,& panis frugũ terrę erit vberrimus& pinguis(In
« patentia.) quo ad passionem passiuã & supportatiuam.
In qua est consummatio meriti boni.Iacobi.1.Patientia
opus perfectum habeat:vt sitis perfecti & integri,in nul= Iaco. 1. a.
lo deficientes.Vnde ipsa est quę perducit ad fructũ.Iac.5
Ecce, agricola expectat pretiosum fructũ terræ, patiẽter Iaco.5. b.
ferens donec accipiat tẽporaneum & serotinũ:&.Heb.10
Patientia enim vobis necessaria est, vt voluntatẽ dei fa= Heb.10.g
cientes,reportetis promissionẽ. Iterũ.12. Omnis disciplina Iterũ.12. c
in præsenti quidem videtur nõ esse gaudij,sed mœroris : postea autem fructum pacatissimum exercitatis per eam reddet iustitię.Ad istius tamen seminis explanationis euidentiorem manifestationem.

Notandum quòd semen est verbum dei. Primo, quia tenet rationem principij actiui.Ioan.8. Principium qui Ioan.8.d.
& loquor vobis.Et Matth.13.Qui seminat bonũ semen, Matt.13. e
est filius hominis , qui scilicet est principium omnis bo= ni. Secundo,[quia tenet rationem principij propagatiui.Ioann.5.Pater meus vsque modo operatur & ego o= peror.Ideo. Marc.4. dicitur. Sic est regnum dei, quem= Ioan.5. c.
admodum si homo iaceat sementem in terram , & dormiat,& exurgat nocte ac die, & cæt.Et Geñ.1.Germinet terra herbam virentem, & facientem semen , & lignum Gene.1.b
pomiferum faciens fructum,& cæt.Tertio,quia tenet ra tionem principij multiplicatiui.Ioann.12. Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit , ipsum so= Ioan.12.d
lum manet, si autem mortuum fuerit, multu[illegible]fructum affert.primæ Corin.15. Insipiens tu quod sem[illegible]as nõ vi= uificatur, nisi prius moriatur. Huiusmodi autem semen 1.Cor.15e
est verbij dei increatum,vt inspiratum vt incarnatum,vt prædicatum & vt exemplatum.

M.E.C.D. 2017

¶Nemo aſit lucernã accendens, & c̈.)Poſtq̃ eruditi ſunt Apoſtoli ad intellectum parabolæ, hic ſecũdo inuitãtur ad cõmunicationem doctrinæ ad quã inuitantur Apoſtoli quadrupliciter. Primo cõgruitate generalis exẽpli.

¶Diuiſio Inf. eo. c. Secundo neceſsitate ſuperni iudicij, ibi: (Non eſt enim

Ibidem. occultũ' &c̈.) Tertio vtilitate proprij meriti, ibi. (Videte

Ibidem. ergo quid audiatis, & c̈.) Quarto immutabilitate diuini

Ibidem. beneplaciti, ibi: (Venerũt aũt ad illũ, & c̈.) Circa cõgruitatem generalis exempli, duo ſunt attendenda. Primũ eſt diſſonantia in oppoſito, ſed conuenientia in propoſito. Primo quantũ ergo ad diſſonantiã in oppoſito, dicitur: Nemo aũt lucernam accendens.) Lucerna eſt verbum »

prou. 6. c. dei. Iuxta illud. Proue. 4. Mandatũ lucerna eſt, & lex lux

pſal'o. 118. & via vitæ increpatio diſciplinæ. Pſal. Lucerna pedibus meis verbum tuũ, & lumen ſemitis meis. Tunc em̃ lucerna accenditur, quando cordi humano intelligentia diuini verbi tribuitur. Vnde Ioã. 5. dicitur: Ille erat lucerna

Ioan. 5. f. ardens, & lucens. (Operit eam vaſe.) Lucerna hæc nõ eſt »

¶Non eſt occultanda diuina intelligentia. operienda vaſe carnalis immnnditię. Oſe. 8. Iſrael nũc factus eſt in nationibus quaſi vas immundum. Sed nõ eſt tale vas, Paulus, de quo. Actuũ. 9. Vas electionis eſt mihi iſte, vt portet nomen meũ corã gentibus, & regibus, & filijs Iſrael: hoc fuit vas apertũ quod illuminauit mũdum

Oſeę. 8. b, Actu. 9. c. Eccl'i. 43. Sol in aſpectu annuncians in exitu, vas admirabile opus excelſi. (Aut ſubtus lectũ ponit.) Per lectũ autẽ »

Eccl'i. 43 a acidia deſignatur. Prou. 26. Sicut oſtium vertitur in cardine ſuo, ita piger in lectulo ſuo. Hinc eſtq̃ reprehẽditur

prou. 26 b ſeruus ille qui abſcondit pecuniã domini ſui. Matth. 25.

Matt. 25. b Contra illud Eccl'i. 29. Perde pecuniam propter fratrẽ, &

Eccl'i. 29. b amicũ & non abſcondas illam ſub lapide in perditionẽ. Vult ergo dicere, q̃ ſicut inconueniẽs eſt, lucernam accẽſam abſcondere ſub vaſe vel lecto, ſic etiam diuinã intelligentiam occultare. Et hoc eſt quod dicitur. Eccl'i. 20. Sa

Eccl'i. 20 d pientia abſcõſa & theſaurus inuiſus, quę vtilitas in vtriſque? Melior eſt qui cęlat inſipientiã ſuã, q̃ homo qui abſcondit ſapientiam ſuam. Hoc autẽ intelligitur quando habet tempus & locũ. Nam in pſal. dicitur: In corde meo

pſal'o. 118. abſcondi eloquia tua, vt nõ peccem tibi. Et alibi. Pſalm.

pſal'o. 28. .Poſui ori meo cuſtodiam, cum conſiſteret peccator aduerſum

M.E.C.D. 2017

uersum me: obmutui, & humiliatus sum.

Secũdo vero quantũ ad congruitatẽ in propositio, sub
" iungit. (Sed supra candelabrũ ponit.) Quantũ ad appa
" ritionẽ virtutis. (Vt intrantes videãt lumẽ.) Per apertio-
nem veritatis, secundũ illud. Mat. 5. Sic luceat lux vestra Matt. 5. b.
coram hoĩbus, vt videant opera vestra bona, & glorificẽt
patrem vestrũ qui in cœlis est. Et. Phil. 2. Inter quos luce- phili. 2. b.
tis sicut luminaria in mũdo: verbũ vitę cõtinentes. Illud
autẽ lumẽ non vident. nisi qui per fidem intrant. Quia
Isa. 7. secundũ 70. dicitur: Nisi credideritis nõ intel lige- Isaię. 7. b.
tis. Et de hoc fidei ingressu, dicitur. Ioã. 10. Ego sum ostiũ Ioan. 10 b
per me si quis introierit, saluabitur. Introierit scilicet per
fidem. quia qui crediderit, saluus erit. Isti intrantes per fi
dem, mediãte doctrina sanctorum peruenĩũt ad intelli-
gentiã sacramentorũ, secundum illud. Psal. Illuminãs tu psal'o. 75.
mirabiliter à mõtibus ęternis: turbati sunt oẽs insipiẽtes
corde. Qui ad iustitiã erudiũt multos sunt quasi stellę in
ppetuas ęternitates. Dañ. 12. Ideo dñs dicebat discipulis Dani. 12. b
Mat. 10. Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine Matt. 10 c
& quod in aure auditis, prædicate super tecta.

¶Non est enim occultũ.) Hic secũdo inuitat eosdem ad
cõmunicationẽ doctrinę, necessitate supni iudicii dupli
citer, tũ ,ppter futurã manifestationẽ ois boni, tũ ,ppter
futurã reuelationẽ ois mali. Primo ergo quantum ad fu
turam manifestationem omnis boni, dicitur.

" Non est enim occultum.) Scilicet bonũ. (quod nõ ma-
" nifestetur.) Scilicet per futurũ iudicium. Vnde. 2. Corin- 2. Cor. 5. b
thi. 5. Omnes eñ nos manifestari oportet ante tribunal
Christi: vt referat vnusquisq; ,ppria corpis ,put gessit; siue
bonũ siue malũ. Hoc aũt erit in iudicio. De quo. 1. Cor. 4 1. Cor. 4 b
dicitur: Quod illuminabit abscõdita tenebrarũ, & ma-
nifestabit cõsilia cordiũ, & tunc laus erit vnicuiq; à deo.
Et hoc, quia lux habet proprietatẽ manifestiuã, secundũ
illud. Eph. 5. Oĩa aũt quę arguũtur, à lumine manifestant Ephe. 5. c.
Vnde etiã bona veritas fidei & morũ, tanq̃ lux [illegible]erit ma
nifestari, nõ occultari, secundũ illud. Ioã. 3. Q[illegible] facit ve Ioan. 3. c.
ritatẽ, venit ad lucẽ, vt manifestentur opera eius. quia in
deo sunt facta. Et hoc fiet potissimè in iudicio, quando
lux illa manifestabitur. Psalm. Qui sedes super Cheru- psal'o. 79.

M.E.C.D. 2017

psal.49. bin manifestare. Et rursus Deus manifestè veniet Deus noster,& non silebit.

Secundo vero quantũ ad reuelationẽ omnis mali, dicitur(Nec absconditũ)Scilicet peccatũ vel malum quod
Iob.31.d. homo libenter abscondit,secundũ illud.Iob.31.Si abscõdi quasi homo peccatũ meũ.Et sequitur.Quis mihi tribuat auditorem,vt desideriũ meum audiat omnipotens (Quod non cognoscatur & in palàm veniat,) Id est,in
prou.26d iudicio,secundum illud.Prou.26.Qui operit odiũ fraudulenter,reuelabitur malitiâ eius in concilio. Vnde Ec-
Eccli.1.d cli.1.Ne fueris hypocrita in conspectu hoĩm, & nõ scandalizeris in labijs tuis.Et sequitur,Ne fortè reuelet deus absconsa tua,& in medio synagogæ elidat te,& c̃. Quia
Sapi.1.b. sicut dicitur.Sapi.1.Auris zeli audit omnia,& tumultus murmurationũ nõ absconditur. Ipse enim est qui reue-
Dani.2.d lat profunda & abscondita,& nouit in tenebris constituta,& c. Quia ergo oĩa oportet manifestari, stultũ est ad tempus abscondere,ac per hoc necesse est doctrinã acceptam alijs aperire.

¶Videte ergo quid audiatis,& c̃.) Hic tertio inuitantur Apostoli ad idẽ vtilitate proprij meriti.Et hoc quia eius habitus facit opulentum,priuatio vero reddit egenum. Prædicanda est ergo diuina doctrina.Primo,quia habitus documẽti perducit ad opulentiã propter quod dicit:

Beda. Videte ergo quid audiatis.) Beda. Vt in vestro pectore susci-
piatis,& cõtinuo ruminetis,& alieno auditui eructuare sufficiatis,quasi dicat:Non audiatis verba eruditiõis diuinæ negligenter,vt nõ curetis sed diligenter, vt abundetis,& alijs tribuatis.Vnde & subdit,(Qui eñ habet,dabitur illi.)Id est,qui eñ habet affectum & voluntatem proficiendi,dabit ei deus intellectum,& facultatem
Sapi.7.a. docẽdi.Vñ Sap.7: Optaui, & datus est mihi sensus,& in-
Ibidẽ. b. uocaui,& venit in me spiritus sapientiæ.Et sequitur:Venerunt autem mihi omnia bona pariter cum illa. Vnde si quis [illegible]t, quòd detur abundanter, debet & ipse dare
Supr.6.e. de eo quod habet libenter.Supra sexto.Date,& dabitur vobis, scilicet donum sapientiæ, secundum illud. Ia-
Iaco.1.a. cobi primo. Si quis autem vestrum indiget sapientia, postulet à Deo, qui dat omnibus affluenter, & cætera.

Vnde

M.E.C.D. 2017

Vnde nulli datur ſapientiæ donum, niſi habeat deſiderium. Iſaiæ quinquageſimo quinto. Omnes ſitientes venite ad aquas: & qui non habetis argentũ properate. &c. Iſaiç.55.a.

Secũdo vero per contrariũ, quia ipſius priuatio ducit
« ad inopiã. Vnde adiũgit. (Et quicunq; nõ habet,) affectũ
« ſcilicet diuinç doctrinç in corde. (Etiã quod putat ſe ha-
« bere) per tumorẽ ſuperbiç (auferetur ab illo) ſc; per rigorem diuinæ ſententiæ. Infra.19. Auferte ab illo mnam, & Infra.19.d
date illi qui decẽ mnas habet. Et Mat.21. Auferetur a vobis regnũ, ſc; ſacræ ſcripturæ, & dabitur genti faciẽti fructum eius. Ex quo colligitur quod nullus poteſt peruenire ad plenitudinẽ diuinę ſapiẽtię, niſi habeat promptitudinẽ doctrinç cõmunicandæ, vt Sapi.6. Quid eſt aũt ſapiẽtia, & quemadmodũ facta ſit, referã. & nõ abſcondã Sapi.6.d
à vobis ſacramẽta dei. Et ſequit. Et nõ prçteribo veritatẽ: neq; quidẽ cũ inuidia tabeſcente iter habebo: quoniã talis homo non erit particeps ſapientiæ ſcilicet dei.

¶Venerunt autẽ ad illum mater, &c.) Hic quarto inuitat Apoſtolos ad doctrinam cõmunicandam ex imitatione magiſtri ſui, ſcilicet CHRISTI, qui prætulit affectũ docendi affectui parentali. Vnde duo hic introducũtur, Primum eſt requiſitio propinquorũ. Secundum vero præelectio diſcipulorum. Primo ergo quantum ad parentum requiſitionem, dicitur.

« Venerunt autem ad illum mater & fratres eius,) ad quos debet ſpecialis affectus haberi, ad matrem quidem Quoniam Exodi vigeſimo dicitur. Honora patrem tu- Exo.20.c
um & matrem tuam, &c. Et Tobiæ quarto. Honorem habebis matri tuæ omnibus diebus vitæ eius. Ad fratres, id Tob.4.a.
eſt, propinquos & cognatos. Leuitici decimo nono dici- Leui.19.c
tur. Diliges amicum tuum ſicut teipſum, Horum igitur, quibus debetur præcipua affectio, introducitur requiſitio, ſed non poterant pertingere per ſeipſos. Vnde addi-
« tur. (Et non poterant adire eum præ turba,) Et ideo re-
« quirebant per nuncium, propter quod additur (Et nun
« ciatũ eſt illi, mater tua & fratres tui) quibus [illegible]ltã debes
« affectionẽ ratione propinquitatis, (ſtant foris, volentes
« te videre,) per affectũ charitatis. Et ſic efficaciter requiritur vt ad propinquos tranſeat, vel exeat, tum propter

M.E.C.D. 2017

naturam agnoſcendam, tum propter charitatem repen-
Gloſſa. dendam. Super hoc autem dicit Gloſſa, Matthæi duode-
Matt.12.d cimo. Quod hic tergiuerſando nunciatum eſt CHRI-
STO, vt ſciretur ſi doctrinã relinqueret, propter humanũ
quem erga matrem & fratres haberet affectum. Sciebant
ephes.5.if. enim illud eſſe verum, quod dicitur, Epheſios quinto.
Nemo vnquam carnẽ ſuam odio habuit. Et ſic volebant
experiri quid amplius acceptaret, vtrum affectionem pa-
rentum, an eruditionem diſcipulorum.

Secundo vero quantũ ad diſcipulorũ prȩelectionem, ſubdit. (Qui reſpondens dixit ad eos, Mater mea & fra- »
tres mei, hi ſunt qui verbũ dei audiunt & faciũt.) In quo »
oſtendit quod magis diſcipulorũ eruditionẽ, quã paren
tum affectionẽ. & quod magis acceptabat diſcipulos q̃
propinquos. Et quod magis acceptat affectũ doctorum
ad diſcipulos quã parentum ad filios. Et nota quod pro-
pter parentũ affectum, & indigentiã, & requiſitionẽ, non
debet doctor intermittere eruditionẽ doctrinæ, in quo
magis inuitat facto quã ſupra inuitauerit verbo. Et nota
quod auditores vocat matres, in quantũ per documen-
Gala.4.c tum alios generant. ſecundũ illud Galatas. 4. Filioli mei
quos iterum parturio, donec formetur CHRISTVS in
vobis. Fratres vocat inquantũ per verbum generãtur, &
pſalm.21. filij dei fiunt. ſecundũ illud Pſalm. Narrabo nomen tuũ
Heb.2.c. fratribus meis &c̃. Et Heb. 2. Non cõfunditur fratres eos
vocare, qui enim verbũ dei ſuſcipiunt, illi inſeriũtur tanq̃
ſpiritui radicali, & per conſequens rigantur per humorem
ſpiritus ſancti, & ideo efficiuntur filij dei viui. ſecundum
Gala.4.a illud Gala. 4. Quoniã autẽ eſtis filij, miſit deus ſpiritum
filij ſui in corda veſtra clamantẽ, & cę. Et ideo quantum
prȩeſt ſpiritus carni, & gratia naturæ, & diuina humanis
& æterna caducis, tantũ præfertur generatio ſpiritualis,
(quæ eſt per verbũ vitæ) generationi carnali, & ideo hic
premittenda eſt Nam propter illã verus prædicator plus
afficitur ad filios generatos per prædicationẽ, quã ad pa
rentes carnales. Quod patet, quia Apoſtoli pro eis con-
firmandis effuderunt ſanguinẽ propriũ, ſicut etiã Chri-
ſtus fecerat, qui eſt magiſter omnium. Et quoniã illi ſoli
ſemen verbi rectè ſuſcipiunt, qui audita exequũtur. Ideo

recte

M.E.C.D. 2017

« rectè additur, (qui verbum dei audiunt & faciũt) Quia
Roma.2. Non enim auditores legis iusti sunt apud deũ, Rom.2.b
sed factores legis iustificabũtur. Et Iacobi primo. Estote Iaco.1.d.
factores verbi, & non auditores tantũ, fallentes vosmet-
ipsos. Tales enim prefert CHRISTVS parentali cogna
tioni suæ. Infra.11. vbi dicitur. Beatus venter qui te por- Infra.11.d
tauit, & vbera quę suxisti. At ille dixit. Quinimò, Beati
qui audiunt verbum dei, & custodiunt illud. Hoc autem
dicit nõ quia matrẽ contemnat, cum illam prę omnibus
dilexerit, sed vt exemplo ostendat, quod præcipit Infra
decimo quarto. Si quis venit ad me, & non odit patrem Infr.14.f.
suum & matrẽ. & vxorem & filios, & fratres & sorores, ad
iungitur. Non potest meus esse discipulus.
¶Factum est autem in vna dierum: & ipse ascendit, & cæ)
Posit iustructionẽ parabolicã in occultis mysterijs, & in-
formationem apostolicã in apertis eloquijs, subdit hic
Euange. more suo confirmationem authenticam in ex-
pressis miraculis. Introducũtur autem in hac parte tria ¶Diuisio
signa miraculorũ, vt in ore trium testium stet omne ver-
bum, & vt ostendatur CHRISTVS dominus vniuerso-
rum. Primũ est in sedatione tempestatis, ex quo ostendi-
tur dominus super creaturã corporalem. Secundũ est in
expulsione dęmoniacæ legionis, ex quo ostenditur do-
minus super spiritualẽ. ibi. (Et nauigauerũt ad regionẽ, Inf.eo.d.
&c̃.) Tertium est in restitutione vitæ & sanitatis, ex quo
ostẽditur dominus super cõposita ex vtraq; ibi. (Factum Ibidem.f
est autem &cę.) Circa primũ miraculi genus, quod est in
sedatione tempestatis, quatuor introducũtur ab Euãge-
lista ad eius explicationem perfectam. Primũ est occasio
præcedens. Secundũ opportunitas imminens. Tertiũ est
potestas efficiens. Quartũ est vtilitas consequens. Occa
sio præcedens fuit transitus maris. Opportunitas immi-
nens impetus tempestatis, Potestas efficiens virtus diui-
nitatis. Vtilitas consequẽs est profectus nostræ credulita
tis. Primo ergo introducitur ab Euang. transit[illegible]naris.
Secũdo impetus tẽpestatis, ibi. (Et nauigãtibus illis, &c̃) Inf.eo.e.
Tertio virtus diuinitatis, ibi. (At ille surgẽs) Quarto pro
fectus nostrę credulitatis, Ibi. (Dixit aũt illis, Vbi est, &c̃) Ibidẽ.d.
Circa primũ notãdũ quod duo introducit Euãg. Primũ
est ascen-

M.E.C.D. 2017

est ascensus nauiculæ. Secundum est transitus stagni. Primo ergo quãtum ad ascensionem nauiculæ, dicitur.

Ibidem.d Factum est autẽ in vna dierum: & ipse ascendit in nauiculam, & discipuli eius.) vt scilicet per eius obsequium »
Sapi.14. a veheretur. Iuxta illud Sapientię.14. Exiguo ligno credũt homines animas suas, Et nota quod CHRISTVS ascẽdit cum discipulis in nauiculam, vt ostendat se eis esse similem in naturà & indigentià secundum illud Hebrę .2.
Heb.2. d. philip.2 b Debuit per omnia fratribus simulari. Et Philippenses. 2. In similitudinẽ hominum factus, & habitu inuentus vt homo. Discipuli ascenderũt cum CHRISTO, vt ostendatur perfectio comitatus, quia nunquã deserebant magistrum. Sicut Eliseus magistro suo Eliæ dixit. quarti Re
4. Re. 2 .a. gum secũdo. Viuit dominus, & viuit anima tua, quia nõ derelinquã te. Vnde in personà talium, dicebat Iob vige
Iob .23 .c. simo tertio. Vestigia eius secutus est pes meus, viam eius custodiui, & non declinaui ex eà. Non erant de illis qui ad tempus credunt, & in tẽpore tentationis recedũt. Su-
Sup.eo.b pra eodẽ. & ideo ad veritatis sapiẽtiã nunq̃ attingũt.

Secundo vero quantum ad transitum stagni, subdit. (Et ait ad illos, Transfretemus trans stagnum. Et ascen- »
derunt) scilicet vt transfretarent, & vltra fretũ siue mare »
Supra .5. irent. Quia aqua illa sicut habitum est Supra quinto, & mare & stagnum appellabatur. Ideo autem voluit dominus quod discipuli eius transfretarent cum eo, vt mira-
psalm.106 cula eius eis apparerent. Psalm. Qui descendunt mare in nauibus. Et sequitur. Ipsi vididerunt opera domini, & mirabilia eius in profundo. Vel ideo voluit vt secum ascenderẽt, vt ostenderet quòd nõ possunt peruenire ad portum salutis nisi per mare tribulatiõis prẽsentis. Vnde
Sapi.14.a Sapient.14. Transeuntes mare per ratẽ liberati sunt. Psal.
psalm.65. Transiuimus per ignem & aquam: & eduxisti nos in re-
Actu.14.d frigeriũ. Quia secũdum quod dicitur, Actu.14. Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnũ dei.

¶ Et naugantibus illis, & cętera.) Hic secundo describitur impetus tempestatis cum importunitate periculi, & cum opportunitate refugij. Primo quantum ad importunitatẽ periculi emergentis Christo dormiẽte, dicitur.

Et naugantibus illis obdormiuit.) Et ipso dormiẽte »
periculũ

M.E.C.D. 2017

periculum incurrerunt in nauigando. Iuxta illud Eccle-
siastici.43. Qui nauigant mare, enarrant pericula eius. eccle.43.c
« Ideo subditur periculum. (Et descēdit procella venti in
« stagnum, & complebantur, & periclitabantur.) Id est.
procella venti, venit & exagitabat stagnum, & implebat
nauem aquis. Iuxta illud Marci. 4. Et facta est procella Mar.4,d.
magna venti, & fluctus mittebat in nauim, ita vt imple-
retur nauis. Et hoc factū est diuina dispositione, sicut de
Iona dicitur. Ionæ primo, Facta est tempestas magna in Ionæ.1.a.
mari, & nauis periclitabatur conteri. Vnde sicut nauis
illa propter Ionā fugientē a facie dñi erat in periculo, sic
& ista propter prēsentiā proditoris, secūdū quod Ambro.
dicit. Merito turbabatur nauis in qua proditor erat, cū Ambrosi.
bonis. Et qui suis meritis firmi erāt, turbabātur alienis.

Secundo quantum ad opportunitatē refugij succur-
« rentis, Christo eurgilante, subditur. (Accedentes autem
« suscitauerunt eum.) vt scilicet per eius vigiliam obtine-
rent remedium, qui in eius dormitione incurrerant peri
culum. Psal. Et excitatus est tanquā dormiens dominus. psalm.77.
Suscitauerunt autem eum non ex animi audacia, sed ex
« indigētia patrocinij. Vnde additur. (Dicētes, Prēceptor,
« perimus.) In quo allegant CHRISTI potentiā & suam
indigentiam. CHRISTI potentiā in hoc quod aiunt,
« (præceptor.) Iob nono. Præcipit soli, & nō oritur: & stel- Iob. 9.a.
las claudit quasi sub signaculo. Qui extendit cœlos so
lus, & gradirur super fluctus maris. Et psal. Tu domina- psalm.88.
ris potestati maris. motū aūt fluctuū eius tu mitigas. Et
Sapiē.14. Dedisti in mari viam, & inter fluctus semitā fir- Sapi.14.a
« missimā. Suā indigentiā allegāt in hoc quod dicūt (pe-
« rimus.) Cū tamen tu nō vis aliquē perire. 2. Petri. 3. Patiē- 2.Pe.1.b.
ter agit propter vos, nolens aliquos perire, sed omnes ad
pœnitentiā reuerti. Et maximè prēdestinatos. Vnde Ioā. Ioan.10.e
decimo. Oues meę vocem meam audiunt: & ego cogno-
sco eas, & sequūtur me, & ego vitam æternā do eis: & nō
peribunt in æternū. Et Ioan.17. Quos dedisti mihi, ego Ioan.17.b
custodiui & nemo ex eis periit, nisi filius perditionis.
¶ At ille surgēs increpauit ventū.) Hic tertio describitur
virtus diuinitatis vt prēcipiēs verbo, & vt perficiēs facto.
Primo ergo qnantum ad præceptū in verbo, dicitur.

At ille

M.E.C.D. 2017

At ille ſurgẽs increpauit ventum & tempeſtatẽ aquę,) In qua increpatiõe intelligitur maieſtatis imperiũ ſuper vtrũq; Vnde dicitur Matt.8. Imperauit ventis & mari,& facta eſt tranquillitas magna. Et Marci. 4. dicitur quod dixit mari, Tace, obmuteſce. Et in hoc oſtendit ſe eſſe illum qui fecit mare. Iob. 38. Circundedi mare terminis meis,& poſui veſtem & oſtia. Et dixi, huc vſq; venies, & non procedes amplius, & hic cõfringes tumẽtes fluctus tuos. Et Naum primo. Dominus in tempeſtate & turbine. Sequitur. Increpans mare & exiccans illud: & omnia flumina ad deſertum deducẽs.

Mar.4.d.
Iob.38.b.
Naũ.1.a.

Secũdo vero quantũ ad effectũ in opere, ſubditur. (Et ceſſauit, & facta eſt tranquillitas,) Ceſſauit ſcilicet vẽtus Eccli.43. In ſermone eius ſiluit ventus. Quia Pſal. dicit. Ignis, grando, nix, glacies, ſpiritus procellarũ: quę faciũt verbũ eius. E ſic apparet quod ipſe eſt ille ad quẽ dicitur Tobię.3. Dñe nõ delectaris in perditionibus noſtris quia poſt tempeſtatẽ tranquillũ facis. Et ſic verũ eſt in Chriſto quod in Pſalmo dicitur. Dixit, & ſtetit ſpiritus procellę.

ecclę.43.c
pſal. 148.
Tobiæ.3.
pſalm.106

¶Dixit autẽ illis, & cęt) Hic quarto determinatur profectus noſtrę credulitatis dupliciter, ſcilicet quantũ ad cognitionẽ in corde, & quantũ ad confeſsionẽ in ore. Primo ergo quantũ ad cognitionẽ cordis procedẽtis ab hęſitatione dubietatis, ad certitudinẽ credulitatis, dicitur.

Dixit autẽ illis, Vbi eſt fides veſtra?) Quod quidẽ dicit increpando dubietatẽ & ſuadendo fidei firmitatem, quaſi dicat. Quare dubitaſtis mergi & periclitari. Iuxta quod dixit Petro Mat.14. Modicæ fidei quare dubitaſti? Nam dicitur Hebr.11. Fide filij Iſrael tranſierũt mare rubrum tanquã per aridã terrã. Ideo aũt diſcipulos arguit de puſillanimitate, vt excitaret eos viſo miraculo ad firmitatẽ fidei, per quã reſiliant in propriã paruitatẽ, & admirentur diuinam immenſitatem. Vnde ſubditur. (Qui timentes mirati ſunt,) Iam enim cognoſcebãt ſuam paruitatem quam reſiliebant per timorem & diuinã immenſitatẽ, in quam excedebant per admirationẽ. Ierem. decimo. Quis nõ timebit te ò rex gẽtiũ? Tuũ eſt eñ decus inter cũctos ſapiẽtes. Et iterũ Iere.5. Me ergo nõ timebitis ait dominus. Sequitur. Qui poſui arenam terminũ mari

Matt.14d
Heb.11.e.
Iere.10.a.
Idem,5.e.

M.E.C.D. 2017

mari, præceptum ſempiternum, quod non præteribit. Subiungitur: Et intumeſcent fluctus eius, & non tranſibunt illud. Et quia timorem maieſtatis, concomitatur admiratio poteſtatis. ideo dicitur: (Mirati ſunt.) Eccl'i. 11 Mirati ſunt in illo multi, & honorauerunt Deum, quia terribilis dominus, & magnus vehementer, & mirabilis potentia ipſius. Eccleſiaſtici quadrageſimo tertio. eccle. 11. b eccle. 43, d

Secundo verò, quantumad confeſsionem oris, ſubditur: (Ad inuicem dicentes: Quiſputas hic eſt?) Quaſi dicant nullus eſt huic ſimilis. Exod. 15, Quis ſimilis tui in fortibus domine: Quis ſimilis tui magnificus in ſanctitate, terribilis atq; laudabilis, faciens mirabilia. Et rationem reddunt de eius potentia. (Quia & ventis, & mari imperat.) Per potentiam ineffabilem. (Et obediunt ei.) Per reuerentiam admirabilem. Iob. 28. Qui fecit ventis pondus, & aquas appendit in menſura, quando ponebat pluuijs legem, & viam procellis ſonantibus. Et ſic verificatum eſt illud Eccleſi. 39. In verbo eius ſtetit aqua ſicut congeries. Iſte ergo eſt ille de quo Iob. 38. dicitur, Quis concluſit oſtijs mare? Ex quo enim mare & venti obediunt ei, nulla reſiſtere poſſunt. Eccleſiaſ. 42. In omni neceſsitate omnia obaudiunt ei. Vnde Beda in gloſſa. Nota quòd oīs creatura ſentit creatorem, quia maieſtati cõditoris ſunt ſenſibilia quæ apud nos ſunt inſenſibilia. ¶Spiritualiter autem exprimitur hic, liberatio animæ pœnitẽtis à tentatione diaboli per gratiam CHRISTI Vnde tria hic ſunt ſpiritualiter attendenda. Primum eſt animæ conuerſio, quæ deſignatur in aſcenſu nauiculæ. Secundum eſt tentatio, quæ deſignatur in impetu procellæ. Tertium eſt animæ conſolatio, quæ deſignatur in ſedatione tempeſtatis. eccle. 39. c Iob. 38. a. eccle. 42 d Beda. ¶Spiritualiter.

Circa aſcenſum nauiculæ, deſignantem conuerſionẽ animæ, tria attendenda ſunt. Primo CHRISTI exemplum, quia prior aſcendit. Mich. 2. Aſcendet pandens iter ante eos. Quia Actu. 1. Cœpit IESVS facere & docere Et hoc eſt quod dicit Ambro. CHRISTVS relictis parentibus, nauem crucis aſcendit, vt doceat nos, relicto amore carnali cũ ipſo crucifigi. In figura huius. 1. Macha. 5. dicitur, Quod Iudas videſ populũ trepidantẽ ad tranſ Mich. 2. d Actu. 1. a. Ambroſi. 1. Mac. 5. e

poſt

fretandũ torrentẽ transfretauit prior, & omnis populus
poſt eũ. Secũdo CHRISTI cõſiliũ, qa diſcipulos inui
eccli.2.4.c tauit vt ſecum tranſirent, Eccl'.24. Tranſite ad me omnes
qui concupiſcitis me, ſcilicet ex hoc mundo, qui non eſt
Ioan.13.a niſi tranſitus quidam, Ioã.13. Vt tranſeat ex hoc mundo
Heb.13.c. ad patrem. Et Heb.13. Non habemus hic manentem ciui
tatem, ſed futurã inquirimus, Beatus qui ſic tranſit per
Sapi.14.a bona temporalia vt non amittat ęterna. Quia Sapiẽ.14.
Tranſeũtes mare per ratẽ liberati ſunt. Tertio vero Chri
Iſaię.43.a ſti conſortiũ, quia ſimul cũ ipſis in naui tranſiunt. Iſa.43.
Cũ tranſieris per aquas, tecũ ero, & flumina nõ operient
pſal'o.90. te, Pſal. Cũ ipſo ſum in tribulatione. Et Mat.28. Ecce ego
Matt.28 d vobiſcũ ſum oĩbus diebus, vſq; ad cõſummationẽ ſeculi.

Circa impetum procellæ, in quo deſignatur tentatio
animæ, tria ſunt attendenda. Primum eſt obdormitio
Chriſti, quod quidẽ eſt quando Chriſti amor & memo-
pſal'o.120. ria torpeſcit in corde, nã in ſe nõ obdormiuit. Pſal. Ecce
nõ dormitabit, neq; dormiet qui cuſtodit Iſrael, ſed in
Matt.26 d nobis. Ideo. Matthæ.26. dicitur. Vigilate, & orate, vt non
1.Pet.5.b. intretis in tentationem &.1. Petri.5. Sobrij eſtote, & vi-
1.Theſ 5a gilate &c̃. Et.1. Theſſa.5. Non dormiamus ſicut & cæteri,
ſed vigilemus & ſobrij ſimus, qui enim dormiunt, nocte
dormiunt. Secundũ eſt deſcenſus procellę venti, in quo
ezec.1.a. deſignatur tentatio diaboli. Ezec.1. Ventus turbinis ve-
niebat ab aquilone. Hic eſt ventus vehemens à regione
deſerti, qui cõcuſſit quatuor angulos domus, id eſt qua-
Iob.1.d. tuor mentis affectus, de quo Iob.1. Et Eccl'i.43. Frigidus
eccle.43.c vẽtus aquilo flauit, & gelauit cryſtallus ab aqua. Tertiũ
eſt periclicatio nauis impulſę, quę deſignat perturbatio-
nẽ animę. Aqua enim ingrediens in nauiculã, eſt pertur
batio intrans in animã. Et tũc imminet periculũ. Vnde
pſal'o.68. in Pſalm. Saluũ me fac Deus, quoniam intrauerũt aquæ
Thre.3.f. vſq; ad animam meam. Et Threnorum tertio. Inunda-
uerunt aquæ ſuper caput meum: Dixi, Perij.

Circa conſolationem animæ, tria ſunt attendenda.
Primum eſt oratio in Chriſti excitatione, quod fit per
Infra.11.a orationem. Infra.11. Quis veſtrum habet amicum & cæ.
Iſaię.64.a Et Iſa.64. Nõ eſt qui inuocet nomẽ tuũ, qui cõſurgat, &
teneat te: Secundum eſt mẽtis deuotio in trãquillitate.

Tobię

M.E.C.D. 2017

Tob.3.dicit. Nõ delectaris in perditionibus nostris,quia post tẽpestatẽ trãquillũ facis,& post lachrymationẽ & fletũ exultationem infundis.Et Sap.12. Tu aũt dominator ẏtutis cũ trãquillitate iudica.& sequit.Subest em̃ tibi cũ volueris posse. Tertiũ est dei honorificẽtia in hoc q̃ deũ venerãtur & timẽt & cõfitẽtur sicut Exo.15. Moyses post liberationẽ Israelis ab Egyptijs cecinit canticũ domino. De his tribus dicitur in Psal. Inuoca me in die tribulationis,eruam te,& honorificabis me. Et sic patet quomodo hic spiritualiter denotatur trãsitus animę pœnitẽtis. ¶Et nauigauerunt ad regionẽ &c.) Postq̃ primo ostẽdit Euang. CHRISTVM habere dominium super creatũrã corporalẽ. Hic secũdo ostẽdit habere dominiũ super creaturã spiritualẽ in expulsione admirabili dæmoniacę legionis Vnde intendit in hac parte euãgelista explicare mirabilem liberationẽ dęmoniaci factã per virtutẽ Christi.Ad huius aũt miraculi explicationẽ quatuor introducũtur.Primũ est violentia dæmonis obsidẽtis. Secundũ est omnipotẽtia dei liberantis.quod notatur ibi.(Et rogauerũt illũ ne imperaret illis &c.)Tertium est reuerẽtia populi occurrẽtis.ibi.(Quod vt viderũt factũ qui pascebãt &c)Quartũ est beneuolẽtia curati obtẽperãtis,ibi. Et rogauit illũ vir à q̃ dęmonia exierãt &c) Violẽtia aũt diaboli obsidẽtis ostẽdit ex quatuor.s.Ex fremitu furoris. Ex strepitu clamoris. Ex impetu fortitudinis.Et ex comitatu multitudinis. Primo ergo quantũ ad fremitũ furoris in dęmoniaco occurrente dño applicãti dicitur.

" Et nauigauerũt ad regionẽ Gerasenorũ.)Gerasa autẽ
" vt dicit Beda ciuitas est Arabiæ,In quo ostẽditur q̃ post miracula facta circa Iudęos,diuina dispensatio hic requirit vt fiant in gẽtibus.Iuxta quod dicitur Actu.13. .Vobis oportebat primũ loqui verbũ Dei, sed quoniã repellitis illud,& indignos vos iudicatis æternæ vitę, ecce cõuertimur ad gentes,quasi in contemptũ rebelliũ.vnde addit.
" (Quæ est contra Galilæã.)Quæ scilicet referẽ ad ciuitatẽ intellectã pẽr illã gentẽ,quæ scilicet est Gerasa.Illuc nauigauit vt virtutẽ potẽtiæ per miracula ostenderet, & ad se traheret in tẽpore Interpretat nãq; Gerasa,vt dicit Glos.aduena.& ideo designat gẽtes secũdũ illud Eph.2.

Tob.3.d. Sapi.12.c. exo.15.a. psal.49. Inf.co.c. Ibidem. Ibidem.f Beda. Actu.13.g

Memo, Glossa.

M.E.C.D. 2017

ephe.2.bc Memores eſtote quòd aliquãdo vos eratis gẽtes in carne,& ſequitur. Eratis illo in tempore ſine CHRISTO, alienati à cõuerſatione Iſrael, & hoſpites teſtamentorũ, promiſſionis ſpem nõ habentes,& ſine Deo in hoc mundo.Nunc autem in CHRISTO IESV vos qui aliquãdo eratis longè, facti eſtis propè in ſanguine CHRISTI. Vnde in hoc patet quod idem dominus omnium,diues in omnes qui inuocant illum . Omnis enim quicunque
Rom.10c inuocauerit nomen domini,ſaluus erit.Ro.10. Ideo additur .(Et cum de naui egreſſus eſſet ad terram, occurrit „
illi vir quidam.) Vt ſicut mirabilia fecerat in mari, ita & „
in terra faceret. Et per hoc apparet, quod ipſe eſt ille , de
pſalm.134 quo Pſal.dicit . Omnia quæcunque voluit dominus fecit,in cœlo & in terra, in mari & in omnibus abyſſis. Et hoc oſtendit in viro iſto,qui merito dicitur vir quidam, ſingularis paſſionis, qui notabilis erat perſona,& notabiliter & miſerabiliter obſeſſus. Et ideo licet duo occur-
Matt.8.d rerent ſecundum quod dicitur Matthæi octauo . Lucas tamen non commemorat niſi occurſum vnius,cuius notabilem vexationem determinat ex temporis diuturnitate. Vnde ait.(Qui habebat dæmonium iam tempori- „
Iſaię.34. d bus multis.) Ita quod iam ſibi eum vẽdicauerat in poſ- „
ſeſſionem,adeò vt poſſet dici de eo illud Iſaiæ.34.Erit cubile draconum & paſcua ſtruthionum.Et occurrent dæmonia,onocentaurus,& piloſus clamabit alter ad alterũ Hoc dicitur de plene a diabolo poſſeſſis.Aggrauatur etiam ex habitus deformitate,vnde additur.(Et veſtimẽto „
nõ induebatur)Quod erat valde deforme,iuxta quod „
ezec.16.e. comminatur dominus Ezech.16.Denudabũt te veſtimẽtis tuis, vt auferant vaſa decoris tui . Et in hoc apparet fremitus dęmonis, qui nõ tantum vexabat corporis mẽbra,ſed etiam laniabat veſtimenta . Sicut de illo dicitur
Actu.19.c Act.19.Cum inualuiſſet dæmonium peſſimum cõtra duos filios Sceuæ principis ſacerdotum, nudi & vulnerati effugerunt de domo. Aggrauatur etiam ex loci horribilitate.Ideo addit.(Neque in domo manebat,ſed in monu „
mentis.)Vbi eſt locus valde horribilis.Et talia loca quæ „
Iob.30. runt principes tenebrarum.Iob.30. In deſertis habitauit torrentiũ,& in cauernis terræ, & ab his eripit dominus,

ſecun-

M.E.C.D. 2017

ſecſidũ illud Pſal. Qui educit vinctos in fortitudine, ſi- pſalm. 67
militer eos qui exaſperant, qui habitant in ſepulchris.

Secundo quantũ ad ſtrepitum clamoris in dęmone vo
« ciferante dño prȩcipiente, ſubditur, (Is vt vidit IESVM
« procidit ante illum.) Et ſic veriſicatur illud. Pſal. Coram pſalm. 71.
illo procident Aethiopes, &c. Et illud. Iſa. 60. Adorabunt Iſaię. 60. c
veſtigia pedum tuorũ oẽs qui detrahebant tibi, vt in no
mine IESV omne genu flectatur, cęleſtium, terreſtriũ, &
infernorum. Philip. 2. Hoc autẽ non faciebat humilitate phili. 2. b.
deuotionis, ſed cũ murmure & ſtrepitu clamoris. Et ideo
« addit: (Et exclamãs voce magna dixit, quid mihi & tibi
« eſt IESV fili dei altiſſimi?) Ecce ꝙ non exhibebat reue-
rentiam ex amore, ſed magis abhorrebat prȩſentiã, exiẽs
cũ clamore: per quẽ oſtendit gemitũ, & dolorem in corde
ſecundũ illud. Iſa. 65. Clamabitis prę dolore cordis, & prę Iſaię. 65. c
contritione ſpiritus vlulabitis. Ideo autẽ clamat, & do-
let de eius præſentia, quia nulla erat ipſius cũ CHRISTO
conuenientia. 2. Corin. 6. Quæ participatio iuſtitię, cum
iniquitate, aut quæ ſocietas luci ad tenebras? Quæ autẽ 2 Cor. 6. c
conuentio CHRISTI ad Belial? Eccli. 13. Sicut cõmuni eccli. 13. c.
cabit lupus agno aliquando, ſic peccator iuſto. Quę cõ-
municatio ſancto homini ad canem? Et nota, ꝙ in hac
confeſsione duplicem elidit errorẽ. Vnum Iudæorũ, qui
dicebant CHRISTVM habere dęmonium. Ioã. 8. Et in Ioan. 8. f.
Beelzebub principe dęmoniorũ eiȩcere dęmonia. Mat. 12 Matt. 12. b
Vnde Beda. Iudęi dicunt in principe dæmoniorum eum Beda.
eiȩcere dæmones, quẽ dæmonia negant aliquid ſecũ ha-
bere cõmune. Alium errorem Arrianorũ ſcilicet elidit,
qui dicunt CHRISTVM creaturã, cum dæmon dicat
eum dei altiſſimi filium. Iuxta illud. Eccli. 24. Ego ex ore
altiſſimi prodiui, primogenita ante oẽm creaturã. Hoc eccli. 24. a
autẽ fatetur dęmon nõ venerando eius dominiũ, ſed per
timeſcendo eius prȩceptum. Iuxta illud. Iac. 2. Dæmones Iaco. 2. d.
« credunt, & contremiſcunt. Et ideo additur: (Obſecro te
« ne me torqueas.) Illa ſcilicet virtute, de qua. Sapiẽ. 11. Ab- Sapi. 11. b
ſentes enim, & præſentes ſimiliter torquebantur: ideo
volebat CHRISTVM confiteri, vt ſaltem confitendo
inueniret copiam euadendi. Sapiẽ. 16. Negantes enim te Sapi. 16. c
noſſe impij, per fortitudinem brachij tui flagellati ſunt.

M.E.C.D. 2017

Sed hęc ſupplicatio parũ ſibi valuit, nõ erat eñ voluntaria, ſed coacta. Ideo ſubiungitur (Pręcipiebat eñ ſpiritui immundo, vt exiret ab hoïe.) Cui pręcepto nõ poterat reſiſtere, ſecndum illud. Sapi. 19. Oĩs creatura &c. Sequitur deſeruiẽs pręceptis tuis, vt pueri tui cuſtodirentur illeſi. Ideo autẽ hoc pręceptũ timebat, quia ſolatiũ eſt immundo ſpiritui obſidere hoïem, & tormentũ exire. Iuxta illud Infra. 11. Cum immundus ſpiritus exierit de hoïe, peram bulat per loca inaquoſa, quęrẽs requiẽ. Et Bed. in gloſſa. Tormẽtum eſt diabolo ab hoïs lęſione ceſſare, & quanto diutius poſſederit, tãto difficilius dimittit. Laboret ergo lęſus à diabolo, vt cito iugũ diſrũpat. Sed in hac petitiõe nõ meruit dęmõ exaudiri, qa nõ erat ex affectu deuotionis, ſed ex impatiẽtia, & ſtrepitu clamoris. Pſal. Clamauerũt, nec erat q ſaluos faceret, ad dñm, nec exaudiuit eos.

Sapi. 19. b

Infra. 11. c

Beda.

pſalm. 17.

Tertio quantũ ad impetũ fortitudinis in dęmone reſiſtente humanę legationi ſubiũgitur. (Multis eñ tẽporibus arripiebat illũ,) Scilicet impetu fortitudinis cui non poterat obſeſſus reſiſtere. Iuxta q̃d dicit de Saule. 1. Re. 18 Quod inuaſit ſpũs dei malus Saul. Sed hũc aliter q̃ Saul quia ille leniebatur cithara, hic aũt nõ poterat detineri catena. Vnde additur (Et vinciebatur catenis) quantũ ad manꝰ (Et cõpedibus cuſtoditus,) quantũ ad pedes, quod erat retinaculum valde forte. Iuxta illud Pſal. Ad alligãdos reges, eorũ in cõpedibus, & nobiles eorũ in manicis ferreis. Et licet tam forte eſſet, tñ adhuc non poterat ſuſtinere impetũ diabolicę fortitudinis, ꝓpter quod addit, (Et ruptis vinculis agebat à dęmonio in deſerto) In quo oſtenditur ſuperbia & audacia diaboli, qui nullis obedit nec retinaculis teneri poteſt, iuxta illud. Iere. 2. A ſeculo cõfregiſti iugũ meũ, rupiſti vincula mea, & dixiſti, Non ſeruiã. Sic vtiq; faciũt ſuperbi imitatores diaboli. Cõtra quos. Ier. 5. Loquẽs de principibus dicit: Et ecce, magiſhi ſimul cõfregerũt iugũ, ruperũt vincula. ſ. diuinorũ præceptoꝝ. Cum tñ dicatur Eccli. 6. Iniĳce pedem tuũ in cõpedes illius, & in torques illius collũ tuũ ſubĳce humeꝛꝛo tuũ, & porta illam, & ne acedieris vinculis eius. Sed tolerabilius eſt peccatori obſeſſo à diabolo agitari in deſertũ, q̃ iſus vinculis cõpediri. Iob. 30. In deſertis habitabãt torrentiũ

pſalo. 149

Ier. 2. d.

Ier. 5. b.

eccli. 6. c.

Iob. 30. a.

M.E.C.D. 2017

rentium, & in cauernis terræ, vel ſuper glaream. Q uĩ inter huiuſmodi lętabantur, & eſſe ſub ſentibus delicias computabant.

Q uarto vero quantum ad comitatum multitudinis in dæmone reſpondente dominicæ interrogationi ſub-
« iungitur. (Interrogauit aũt illum IESVS, dicẽs: quod
« tibi nomẽ eſt?) Ipſius eñ eſt interrogare, cuius eſt, & iudicare. Sapi. ſexto. Altiſsimus interrogabit opera veſtra, & cogitationes ſcrutabitur. Et iterũ. II. Hos tanquam pater mouens probaſti, illos autem tanquam durus rex interrogans, condemnaſti. Q uia ſecundum illud. Sapi. I. In cogitationibus impĩj interrogatio erit. Interrogabat autem de nomine, non quia ignoraret, ſecundum quod dicunt ei diſcipuli. Ioann. 16. Nunc ſcimus quia ſcis omnia & non opus eſt tibi, vt quis te interroget, in hoc credimus ꝙ à deo exiſti. Et multo minus tu alios, ſed quęrebat vt ex reſpõſione dęmonis appareret comitatus multi-
« tudinis. vĩi ſubditur. (At ille dixit, Legio.) Legio contiſex millia ſexcenta & ſexaginta ſex. Et ideo non reſponder nomen ſingularis perſonæ, ſed multitudinis:
« quod exponẽs euãgeliſta, adiũgit: (Q uia intrauerãt dę-
« monia multa in eũ.) Ita vt poſſet dicere dño illud Pſal. Dñe quid multiplicati ſunt qui tribulãt me? Et iterũ. 68. Multiplicati ſunt ſuper capillos capitis mei, qui oderunt me gratis. Iam verificatũ erat in iſto quod de Antiocho dicitur. I. Mach. I. Q ui aſcẽdit Ieroſolymã in multitudine graui. Et intrauit in ſanctificationẽ cũ ſuperbia. Et ſic ex quatuor præmiſsis apparet violentia diaboli obſidẽtis. ¶Et rogauerũt illũ &c̃.) Poſt violentiã dęmonij obſedentis, ſubiungit hic euangeliſta oĩpotentiam dñi liberãtis. Oſtenditur aũt in hac parte CHRISTVS potens per oẽm modũ ſ. potẽs in imperãdo, potẽs in ꝑmittẽdo, potẽs in ſaluando, potẽs in perdẽdo. Primo ergo oſtenditur potens in imperando dura, in hoc quod dicitur:

Sapi. 6. 2. Iterũ. II. b

Sapi. I. c.

Ioan. 16. d

pſalmo. 3.

Iterũ. 68.

I. Mac. I. c

« Et rogauerunt illũ.) Scilicet dęmones. (Ne imperaret
« illis vt in abyſſum irẽt) Q uia mandatũ eius non poterãt prętерire, iuxta illud Pſal. Prięceptũ poſuit, & nõ ꝓteribit Ideo rogauerũt eũ, qa ſciebãt ꝙ ipſe erat ille angelꝰ, de q̃ Apoc. 20. Vidi angelũ deſcendentẽ de cęlo, habentẽ clauẽ

pſalo. 148

Apo. 20. a

M.E.C.D. 2017

abyſsi, id eſt, poteſtatem mittendi in abyſſum iuſto ſuo
exo.15. a. iudicio, ſicut fecit Aegyptijs. Exod.15. Abyſsi operuerunt
Apo.20.d eos, deſcenderunt in profundum quaſi lapis. Et Apo.20.
Iudicatũ eſt de ſingulis ſecũdum opera ipſorũ. Et infer-
nus, & mors miſsi ſunt in ſtagnũ ignis. Hoc iudiciũ ti-
mebant dæmones accelerari ſibi per imperium CHRI-
STI, non tanꝝ præſcij futurorum, ſed per dicta prophe-
Ambroſi. tarum. Vnde Ambroſi. Sciebant dæmones per aduentũ
CHRISTI, ſc aliqñ in abyſſum mergẽdos, nõ pſa futu-
ra prædiuinantes, ſed propinetarũ de ſe dicta recolẽtes
Secundo dicitur potens in permittẽdo damna, in hoc
quod ſubditur (Erat autem ibi grex porcorũ multorum »
paſcentiũ in monte.) In quos licet bruta eſſent animalia »
dæmones non habebant poſſe, niſi ex diuina permiſsio
pſal'o.8. ne Nam de CHRISTO dictũ eſt in pſal. Oĩa ſubiecisti
ſub pedibus eius, oues & boues vniuerſas: inſuper & pe-
cora cãpi. Vnde in iſtũ gregẽ non poterãt quicꝝ, niſi ex
Matt.10d permiſsione diuina, ſecundũ illud. Matt.10. Nonne duo
paſſeres aſſe veneunt, & vnus ex illis nõ cadet ſuper terrã
ſine patre veſtro. i potentia patris veſtri. Et ideo ſubdi-
tur (Et rogabãt eũ vt permitteret eis in illos ingredi.) In »
quo oſtendũt dæmones CHRISTI potentiã & ſuã im-
potẽtiam, qa nihil poſſunt in beſtias niſi permiſsi, multò
Iob.1. b. magis nec in hoiem. Vñ. Iob.1. Dixit ſatã: dñe extẽde pau
lulũ manũ tuã, & tange cũcta quę poſsidet. Vnde etiã in
tribulatione quã facturus eſt diabolus Eccleſiæ, diuina
Apoc.9. c permiſsio precedit, ſecundũ illud. Apo.9. Soluti ſunt qua
tuor angeli, qui parati erãt in horã & diẽ, & menſem, &
Iterũ.20 a annũ, vt occiderẽt tertiã partẽ hoim. Et iterũ.20. dicitur.
Quod cũ cõſummati fuerint mille anni, ſoluetur ſata-
nas de carcere ſuo. Et quia dñs iuſto ſuo iudicio permit-
tit eis multa, ſubdit: (Et permiſit illis.) In qua pmiſsione »
oſtẽdit ſe dñm nõ ſolum prohibentẽ dæmones, ſed poſsi-
pſl'o. 49. dentẽ porcos, ſecundũ illud. Pſal. Meę ſunt oẽs ferę ſylua-
rũ iumẽ[illegible]n montibus & boues. Poſſeſſores vero, ſolum
erãt villici dñi IESV, & ideo in nullo iniuriatus eſt eis.
Oſtendit etiã dñs qp magis diligit ſalutẽ vnius hoĩs, quã
1.Cor.9.a millia brutorũ aĩalium. 1. Cor.9. Nunquid de bobus cura
Sapi.11.d eſt deo? Et Sapi.11. Parcis aũt oibus: qm tua ſunt dñe, qui

amas

M.E.C.D. 2017

amas aĩas. Rurſus in hoc oſtendit dñs carnales hoĩes, qui deſignantur per porcos, iuſto dei iudicio expoſitos eſſe dęmonibus. Rõ.8. Si eĩ ſecundũ carnẽ vixeritis mo riemini. Vñ.1. Cor.5. dicit Apoſtolus de illo carnali, q; huiuſmodi tradendus eſt ſatanę in interitũ carnis, vt ſpũs ſaluus ſit in die dñi noſtri IESV CHRISTI. hoc etiã fecit vt nõ ſolũ notã faceret hoĩbus terrę illius potentiam ſuã ſaluandi, ſed etiã occidendi: ſecundum illud. Deut.32. Ego occidam, & ego viuere faciam: percutiam, & ego ſanabo, & non eſt qui de manu mea poſsit eruere. Rom.8.c 1.Cor.5.b Deut.32.f.

Tertio oſtẽdit potẽs in ſaluãdo infirmos in hoc quod adiũgit. (Exierũt ergo dęmonia ab hoĩe, & intrauerũt in porcos) In q̃ exitu liberato eſt homo. Exierũt aũt diuinę virtutis imperio, ſcdm illud. Zac.13. Spiritũ immũdũ auferã de terra. Hoc dicebat ille qui de ſeipſo ait. Inf.13. Ecce eĳcio dęmonia & ſanitates pficio hodie & cras, & tertia die cõſummor. In virtute nãq; CHRISTI exibãt, in cuius noie eĳciebant ab eius diſcipulis, iuxta q̃d dicit. Act.16. q; Paulus dixit ſpiritui Pythonico: Prçcipio tibi in noĩe IESV CHRISTI exire ab ea: & exĳt eadẽ hora. Exeũtes aũt ab hoĩe in porcos intrãt, qa immũdus ſpũs immũda quęrit habitacula. Iob.37. Ingredietur beſtia latibulũ, & in antro ſuo morabit. Et de Behemoth dicitur. Iob.40. Sub vmbra dormit in ſecreto calami, in lotis humentibus. Hoc dicit qantum ad carnales, qui nihil aliud quærunt niſi vmbram & laſciuiam ſicut porci. Zach.13.a Infra.13.g Actu.16.d Iob.37.b. Iob.40.c.

Quarto oſtenditur potẽs in perdẽdo ſuperbos in hoc q̃d ſubdit. (Et impetu abĳt grex per prçceps in ſtagnũ, & ſuffocatus eſt.) In quo oſtenditur diuina virtus eximia, quę nõ pmiſit eos ingredi in porcos ad quietẽ, ſed ad ſubmerſionẽ, vt ſic ĩplerẽtur in eis illud. Exo.15. Flauit ſpũs tuus, & operuit eos mare, ſubmerſi ſunt quaſi plumbũ in aquis vehemẽtibus. In quo ſpũaliter deſignat ſubmerſio peccatorũ, iuxta illud ,ppheticũ. Mic.7. Deponet iniqtates noſtras, &, pĳciet in ,pfundũ maris oĩa peccata noſtra exod.15.d Mich.7.b

Porro ex prædictis ſecundũ literã colligi poſſunt ſeptẽ notabilia. Primũ eſt, q̃ potẽtia ſolius verbi Chriſti excedit virtutẽ infinitorũ milliũ dęmonũ. Secundũ eſt q̃ maximus eſt furor dęmonũ reſpectu gñris humani. Tertiũ Nota.

M.E.C.D. 2017

est ꝙ maximus est timor dęmonũ respectu hoīs Christiani. Quartũ ꝙ dæmones sunt incorporei, cũ tot fuerint in hoīe vno. Quintũ est ꝙ ipsi nihil possunt etiã in bruta animalia nisi permissi. Sextum est, quòd homines in his temporalibus posſidendis nõ sunt nisi villici CHRISTI. Septimum est, quòd deus salutem vnius hominis præferendam ostendit infinitis animalibus brutis.

¶Quod vt viderũt factũ,&c. Hic iã tertio ostendit euangelista reuerentiã populi occurrentis. Circa huius explicationẽ introducũtur quatuor,scꝫ, Denũciatio veritatis cõspectę. Indagatio veritatis auditę. Inuẽtio veritatis inquisitę. Veneratio veritatis inuẽtę,q̃sitę &denũciatę. Prĩo ergo quantũ ad denũciationẽ veritatis cõspectę dicitur:

Quod vt viderũt factum qui pascebãt,fugerũt.) Scilicet ex timore,sicut veri mercenarij. Ioã.10. Mercenarius autem & qui nõ est pastor, cuius nõ sunt oues propriæ, videt lupũ venientẽ,& dimittit oues,& fugit. Et Zaca.11. O pastor& idolũ,derelinquẽs gregẽ. Vel fugerũt nõ timore humani periculi,sed timore diuini iudicij,de q̃ Iob.19 Fugite ergo à facie gladij,qm̃ vltor iniquitatum gladius est:& scitote esse iudiciũ . Fugerunt aũt non vt laterent, qa in psal.scriptũ est:Quo ibo à spiritu tuo:& quo à facie tua fugiã? sed vt absentibus celeriter visa narrarent. Vñ dicitur.(Et nunciauerũt in ciuitatẽ & in villas) Sicut & ille nũcius. Iob.1 dicit. Euasi ego solus,vt nunciarẽ tibi. Et in hoc quasi habebant prędicatorũ officiũ,de quibus. Psal. Annunciauerũt opera dei, & facta eius intellexerũt. Hęc est annũciatio quã acceptat Apostolus. Phil.1° dicens. Siue per occasionẽ,siue per veritatẽ Christus annũcietur,& in hoc gaudeo, sed & gaudebo. Vñ bona de CHRISTO visa,nõ sunt retricẽda, sed annũcianda . Secundũ illud.4.Re.7. Dixerũt illi quatuor viri leprosi. Hęc eñ dies boni nũcij est· si tacuerimus & noluerimus nunciare vsque mane, sceleris arguemur . Venite eamus, & nuncietis in aula regis:sed mala non sunt annuncianda. secundi. Reg.1. Nolite annunciare in Geth, neq; annuncietis in compitis Ascalonis.

Iob.19.d. Psal'o.15;8. Iob.1.c. Psal'o. 63, philip.1.c 4.Re.7.b 2.Re,1.c.

Secũdo vero quantũ ad indagationẽ veritatis auditę subdit(Exierũt aũt videre quod factũ est,& venerunt ad

IESVM

M.E.C.D. 2017

« Iesum,) Exierunt inquã ad inquisitionẽ. Canti.3. Egre. Cant.3. d
dimini,& videte,filię Sion,regem Salomonẽ.Et in Psal. psalo. 45.
Venite & videte opera domini, quæ posuit prodigia su-
per terram. Exierunt autem ad IESVM qui est veritas,
vt discerent veritatẽ.Nam sicut dicit solicitus inquisitor
Iob.23:Quis mihi tribuat vt cognoscã & inueniã illum, Iob .23.a.
& veniam vsque ad solium eius? Sic Samaritani audito
verbo mulieris.Ioan.4.Abijt mulier in ciuitatem,& dicit Ioan.4.d
illis hominibus.Venite & videte hominẽ qui dixit mihi
omnia quæcunque feci,nunquid ipse est CHRISTVS?
Exierunt ergo de ciuitate, & veniebant ad eum. Et no-
tandum est valde quod dicitur, dum exeũt videre quod
factum est, venerunt ad IESVM, quia factura dum vi- ¶Creatu
detur ducit ad factorem.Rom.1.Inuisibilia enim ipsius, ra index
a creatura mundi, per ea quæ facta sunt intellecta, con- est sui fa-
spiciuntur.Et Sapien.13.A magnitudine enim speciei, & ctoris.
creaturæ:cognoscibiliter poterit creator horũ videri. Et Rom.1oc
ideo Eccli.4.Quã desiderabilia oĩa opera eius,& tanq̃ Sapi.13.a.
scintilla,&c̃.In hoc autẽ apparet q̃ nõ est standum in fa- eccli.42.d
ctura, sed perueniendum vsq; ad Iesum. Ecclesiastici.43. eccli.43.b
Vide arcum,& benedic eum qui fecit illum.Et in Psalm. psalm .8.
Ex ore infantiũ & lactentium perfeciſti laudẽ,&c̃.

Tertio quantũ ad inuentionem veritatis quesitę,sub-
« ditur.(Et inuenerũt hominẽ sedentẽ à quo dęmonia ex-
« ierant,) Et ita in debito statu contra inquietationẽ,quia
nunq̃ quiescebat quã diu diabolus eũ possidebat.Isa.57. Isaię.57.d
Impij quasi mare feruẽs,quod quiescere nõ potest.Econ
tra de eo in quo habitat spiritus domini,dicitur Thre.3. Thre.3.d.
Sedebit solitarius & tacebit.Quia secundũ illud,Psalm. psalm.75.
Factus est in pace locus eius:& habitatio eius in Sion.In
uenerũt etiã eũ in debito habitu cõtra nudationẽ. Pro-
« pter quod addit(Vestitũ.) Talis eñ habitus decet hominẽ
tã corporaliter q̃ spiritualiter. Beatus q̃ vigilat & custodit
vestimẽta sua,ne nudus ambulet,&c̃.Inuenrũt etiã eũ in
« debito sensu cõtra insaniã,Vnde subdit. (Ac[illegible]na mẽte,)
Vnde poterat dicere illud Nabuchodonosor. Danie. 4. Dani.4.g
In ipso tempore sensus meus reuersus est ad me.Quem
sensum aufert diabolus eis quos possidet infatuando
eorũ mẽtes,secũdę Corin.quarto.In quibus deus huius 2.Cor.4.a

M.E.C.D. 2017

ſeculi excęcauitmẽtes infideliũ.Inuenerũt etiã eũ in debi
to ſitu cõtra deordinationẽ,,ppter quod addit.(Ad pedes »
eius.) Tanquã intentũ prædicationi eius,ſecũdum illud »
Deut.33.a Deute.33.Qui appropinquant pedibus eius,accipiẽt de
Infra.11 g doctrina illius.Et Infra.11.Maria ſedens ſecus pedes do-
mini,audiebat verbũ illius.Et per hæc indicia manifeſte
cognouerunt ipſum liberatũ ex proprio viſu.Modũ au-
tem & curationis cauſam cognouerũt per auditũ.Quia
audierũt hęc facta eſſe per CHRISTVM.Propter quod
ſubditur.(Et timuerunt,) ſcilicet CHRISTVM, atten- »
dentes eius mirã potentiã & fortitudinẽ, ſecundũ illud
Iere.10.a. Ieremię.10. Quis nõ timebit te ò rex gentiũ? Tuum eſt
enim decus.Inter cunctos ſapiẽtes gentium,&c̃. Ad hoc
inducit certum teſtimoniũ,Ideo ſubdit. (Nunciauerunt »
autẽ illis & qui viderant,) ſcilicet paſtores. Quia tales »
Ioan.19.f debent teſtificari.Ioãnis.19. Et qui vidit teſtimoniũ per-
hibuit.(Quomodo ſanus factus fuiſſet à legione,) per »
CHRISTI imperiũ.Et tali teſtimonio eſt credendũ pri
1.Ioã.1.a. mę Ioãnis primo.Quod audiuimus,quod vidimus ocu-
lis noſtris,quod perſpeximus,&cę.Sequitur,teſtamur,&
pſalo.77. annũciamus vobis,Pſal.Narrãtes laudes domini, & vir
Actu.4.d. tutes eius,& mirabilia eius quę fecit.Quia Actu.4.dicit.
Non eñ poſſumus quę vidimus & audiuimus nõ loqui.

Quarto vero quantum ad veneratiõnẽ veritatis in-
uentæ,ſubditur.(Et rogauerũt illum omnis multitudo »
regionis Geraſenorũ.)Poſtquã cognouerunt maieſtatis »
imperium,formidabant,Vnde rogauerũt eum, (vt diſce- »
deret ab ipſis.) Quod quidẽ non dicebant contemptu
Iob.21.b. ſuperbiæ,ſicut illi,de quibus Iob.21.Qui dixerunt deo,
Recede a nobis, & ſciẽtiam viarum tuarũ nolumus.Sed
ex timore reuerẽitæ.Ideo ſubditur.(Quia magno timo- »
Supr.5.b. re tenebãtur.)Sicut Petrus ſupra.5.Exi à me domine:qa »
Supr.7.a. homo peccator ſum.Et ſicut Centurio ſupra.7. Domine
nõ ſum dignus vt ſub tectũ meũ intres.Quia ſecundum
eccli.13.a. illud Eccli.15.Pondus ſuper ſe tollet,qui honeſtiori ſe
Ambroſi. cõmunicat. Vnde Ambro. Infirma mẽs nõ capit dei ver-
bum,nec poteſt pondus ſapiẽtiæ ſuſtinere.Et quoniã ad
diuinã cohabitationẽ minus erant idonei, ideo erãt ex-
auditi.Propter quod additur.(Ipſe autẽ aſcendẽs nauim »
reuerſus.

M.E.C.D. 2017

reuerſus eſt.) Nolebat dominus aliquibus eſſe oneroſus. Vnde Mat.10. dicitur. Quicunq; nõ receperit vos, neq; audierit ſermones veſtros: exeũtes foras de domo vel ciuitate, excutite puluerẽ de pedibus veſtris. Et Mat.7. Nolite dare ſanctum canibus: neq; mittatis margaritas veſtras ante porcos. Sed prudẽtius his fecerũt Samaritani, de quibus Ioan. 4. Cum veniſſent ad illum Samaritani, rogauerunt eum vt ibi maneret. Et manſit ibi duos dies. Sed ſtupor circũdederat illos, ſicut & Petrũ: Supra.5. Ideo poterant dicere illud Iob.31. Semper quaſi tumẽtes ſuper me fluctus timui deũ, & pondus eius ferre non potui. In hoc etiam ſpiritualiter datur intelligi, quòd dominus repulſus abſcedit. 1. Paralip. 28. Si quęſieris eum, inuenies: ſi autẽ dereliqueris eum, proijciet te in æternũ. Inſinuatur etiã quod dominus non derelinquit nos, niſi prius eum repellamus, quin potius ſe ingerit. Vnde Apoca. tertio. Ecce ſto ad oſtium & pulſo, & cętera.

Matt.10b
Matt.7.a.
Ioan.4.f.
Supr.5.b.
Iob.31.c.
1.par.28.c
Apoc.3.d

¶Et rogauit illum vir, &c.) Hic quarto deſcribitur beniuolentia ſanati obtemperãtis, quã cõmendat Euang. ex quatuor, ſcilicet ex oblatione obſequij, ex cõdeſcenſione medici, ex cõmiſsione officij, & ex diuulgatione beneficij, ita quod vnũ ad alterum diſponit. Primo ergo quantum ad oblationem obſequij dicitur.

« Et rogauit illum vir à quo dęmonia exierant) ſcilicet
« ſanatus medicum, (vt cum eo eſſet,) vt ſcilicet ei cohabitaret & ſeruiret tanquam domino & ſaluatori. Sicut dicebat Ethai gethęus regi Dauid. 2. Regũ.15. Viuit dominus, & viuit dominus meus rex: quoniã in quocũq; loco fueris domine mi rex: ſiue in morte, ſiue in vita, ibi erit ſeruus tuus. Sic Eliſeus ad Eliam. 4. Regũ. 2. Viuit dominus, & viuit anima tua, quia nõ derelinquã te. Ideo autẽ volebat eſſe cũ ipſo, vt eſſet ſecurior, ſecundũ illud Eccleſiaſti.51. Inuocaui dominũ patrem domini mei vt nõ derelinquat me in die tribulationis meæ, & in tempore ſuperborũ ſine adiutorio. Vt etiam eſſet perfect[illegible]. Pſal.118. Iuſtificationes tuas cuſtodiã: non me derelinquas vſque quaq;. Vt etiam eſſet fœlicior, Philippenſes primo. Deſiderium habẽs diſſolui & eſſe cum CHRISTO. Ioannis duodecimo. Si quis mihi miniſtrat, me ſequatur, & vbi

2.Re.15.e.
4.Re.2.a
eccli.51.b
pſal.118.
philip.1.c
Ioan.12.d

Volo

M.E.C.D. 2017

Ioan.17.d sum ego illic & minister meus erit. Et iterum Ioānis. 17. Volo pater vt vbi sum ego, & illi sint mecum: vt videant claritatē quam dedisti mihi. Et ideo volebat ei hic cohabitare in via, vt illi cohabitare posset in cœlesti patria.

Secūdo quantū ad condescensionē medici, subditur. (Dimisit aūt eū IESVS,) in omnimoda scilicet liberta» te, volens sibi aliud onus imponere, ostendēs ꝙ propter collatū beneficiū nō est accipiēdū obsequiū. Vnde Matt.

Matt.18.c 18 Misertus dūs serui illius, dimisit illum, & debitū dimisit ei. Dimisit aūt eum in quiete, vnde subdit. (Dicēs, Re» di in domū tuā,) vt ibi requiescas, vnde te dæmonia ex»

eccl'i.32.c. pulerāt. Eccl'i. 32. Præcurre prior in domū tuā, & illic aduocare, & illic lude, & age cōceptiones tuas, & nō in de»

Seneca. lictis & verbo superbo. Seneca Indiciū mentis bene con» stituræ est, in se posse consistere, & secum posse morari.

Et nota quod dominus dimittit quosdā propter infirmi

¶Cur dominus miracula nūc tacēri, nunc diuulgari iubeat.

tatē, sicut istū cui cōdescendebat. Quosdā admittit propter fidelitatē, sicut ipsum de quo infra. 9. Et ait alter, Sequar te dñe. &c̄. Quosdā attrahit ,ppter idoneitatē. Ibidē. Ait ad alterū, sequere me. Quosdā repellit ,ppter cupiditatē sicut illū Mat. 8, dicentē. Magister sequar te quocunq; ieris. Et dicit ei IESVS. Vulpes foueas habēt, &c̄. Hunc aūt nō admisit dūs ad perfectionis discipulatū, vel

Infra.9.g quia mouebat eū timor humani periculi, vel amor bene»

Ibidem. ficij, vel vt ostenderet (sicut prętactū est) qđ propter spiri»

Matt.8.c tuale beneficiū nō est accipiēdū obsequiū. Vnde Mat. 10.

Inf.eo.g. Gratis accepistis, gratis date. Et exemplū huius apparet

Matt.10b in Eliseo. 4. Regū. 5. Potest tamen prędicator Euāgelicus

4.Re.5.d. accipere stipendiū. Iuxta illud. 1. Corin. 9. Dūs ordinauit

1.Cor.9 b his qui euangeliū annūciant, de euāgelio viuere. Sed nō debet prędicare propter illud, sed propter salutē populi.

Matt.8.a Et nota hic quod dūs, secundū quod euāgelica historia

¶Dūs ad discipulatū suum alios vocat, alios non admittit.

narrat, aliquādo pręcipit curatis quod nemini dicerent, sicut patet in curatione leprosi Mat. 8. Vide nemini dixeris. Et in [illegible]citatiōe puellæ Infra codē, pręcipit parētibus eius ne alicui dicerēt, quod factū erat. Hic aūt pręcipit fanato quod diuulget. Sed hoc dūs facit, vt ostendat veritatem salutarē nō esse tacēdam, & gloriā propriā nō esse quærendā. Ideo ēm aliquādo pręcipit quod dicatur, & aliquando

M.E.C.D. 2017

quãdo quod taceat. Vnde in primo dat documẽtũ quod veritas prædicetur, in secũdo vero quod gloria, ppria nõ quęratur. In hoc etiã apparet quod prędicatiõis opus nõ tantũ est virorũ Apostolicorũ, verũ etiã quorũcunq; bonorum qui a CHRISTO edocti sunt. Vnde etiã CHRISTVS discipulis, phibentibus quẽdã in nomne Christi eijcere dęmonia, q Christũ nõ sequebatur, dixit ad illos. Nolite, phibere, qui eñ nõ est aduersum vos, pro vobis est. Sicut dicitur infra. 9. Bonus eñ vir debet dicere quod dixit Moyses. Numer. 11. Quis tribuat, vt omnis populus prophetet, & det eis dominus spiritũ suũ? Secundũ illud Philip. 1. Dũ oñi modo siue p occasionẽ siue per veritatẽ Christus annũcietur: & in hoc gaudeo, sed & gaudebo. Lucę. 9. f. Num. 11. f phili. 1. c.

" Tertio quãtũ ad cõmissionẽ officij dicitur, (Et narra
" quãta tibi fecit deus.) In quo mittit eũ ad prædicãdũ & diuulgãdũ diuinũ beneficiũ. psal. Narrabo nomẽ tuũ fratribꝰ meis. &c. Et Tob. 12. Sacramẽtũ regis abscõdere, &c. Et hoc mãdat dñs fieri Psal. Quanta mãdauit patribus nostris nota facere ea filijs suis? Vt cognoscat generatio altera. Et illud est officiũ prędicatoribus iniunctũ. psal'o. 21. Tobi. 12 b psalo. 77.

" Quarto quãtũ ad diuulgationẽ beneficij, subdit. (Et
" abijt p vniuersam ciuitatẽ pdicãs) quod illi iniunctũ est. Ionę. 3. Surge, & vade in Niniuen ciuitatẽ magnã: & prędica in ea prędicationẽ quã ego loquor ad te. Sed Ionas pdicabat periculũ iste vero diuulgabat & pdicabat bene
" ficiũ, ideo addit. (Quãta illi fecisset Iesus) vt vere diceret illud Psal. Venite, audite, & narrabo oẽs qui timetis deũ quãta fecit animę meę. Ad hoc inuitat angelus Tobiã. 12 Benedicite deũ & narrate oĩa mirabilia eius. Hoc aũt nõ dicit quia in nostra sit potestate oĩa eius opera & beneficia enarrare, cum dicatur Eccl'i. 18. Quis sufficit enarrare opera illius? Sed qa hoc debet esse in nostro desiderio & voluntate. Iuxta illud Psal. Confitebor tibi dñe in toto corde meo: narrabo omnia mirabilia tua. Non quia lingua sufficiat exprimere, sed quia gratitudo cordis de omnibus cupit laudes exoluere & prædicare. Ione. 3. a ecclʼi. 18. a psalmo. 9

¶Ex prędictis possunt elici q̃tuor notabilia secũdũ literã Primũ est, quod dominus per viles & humiles personas voluit alijs notificari sicut per porcarios & pecorarios.

Secundum

M.E.C.D. 2017

Secundum,quod non omnes ad ſtatũ perfectionis ſunt admittendi,ſed tantum illi qui ſunt idonei.
Tertium,quòd a prędicatione nominis CHRISTI nõ ſunt arcendi quos CHRISTVS curat a vexatione diaboli.
Quartum, quòd ad gratiarum actionem pro beneficijs acceptis debemus eſſe promptiſsimi,exemplo huius dæmoniaci qui beneficiũ dei omnibus nunciauit.
¶ Factum eſt autẽ,cum rediſſet IESVS,&c.) Suprà oſtendit Euangeliſta dominiũ & authoritatẽ CHRISTI ſuper creaturã corporalem in ſedatione tempeſtatis & contra ſpiritualẽ in expulſione dęmonis.Hic oſtendit ipſum dominiũ habere ſuper creaturam compoſitam ex vtraq; in ſanitate Hæmorrhoiſſę,& ſuſcitatione puellæ. Habet autem hæc pars duas partes.In quarũ primà (ſecundum quod humana natura ex duobus eſt compoſita,corpore videlicet & anima) oſtenditur dominus corporũ in Hæmorrhoiſſæ ſanatione.In ſecunda dominus animarũ,in
Infr.eo.g puellæ ſuſcitatione,ibi.(Adhuc illo loquente,&c.)Introducitur autẽ explicatio vtriuſq; miraculi ad manifeſtandum dignitatẽ virtutis Chriſti , quam demonſtrat ſatis perfectè in miraculo curationis Hęmorrhoiſſę.Nã primo demonſtrat in parte iſta benignitas pręſentię Chriſti de-
Infr.eo.f ſiderabilis.Secundo ſublimitas potẽtiæ admirabilis,ibi. (Et mulier quædam erat in fluxu,&c.) Tertio profundi-
Ibidem. tas ſapientiæ infallibilis, ibi. (Et ait IESVS quis eſt qui me tetigit?&cę.) Benignitas autẽ pręſentię Chriſti oſtenditur deſiderabilis ex plebe ſuſcipiente cũ lętitia, ex principe ſupplicante cum fiducia,& ex multitudine cõcomitante cum beniuolentia.Primũ reſpicit Chriſti aduentũ cui plebs occurrit , ſecundum Chriſti ſtatum ad quem princeps currit, tertiũ Chriſti progreſſum ad quem multitudo concurrit. Ex occurſu ergo & curſu , & concurſu multitudinis , multipliciter oſtenditur præſentia & aduentus CHRISTI deſiderabilis. Primo ergo quantum ad ſuſcept[illegible]ẽ lętitiæ factam à plebe,dicitur.
Factum eſt autẽ cum redijſſet IESVS,)trans fretũ ſci- »a
licet in Galilęam,cum ad tempus corporalẽ ſubtraxerat
3.Re.10.d præſentiã deſideratã.Iuxta illud quod ſignatũ eſt .3.Regum.10. de Salomone. Vniuerſa terra deſiderabat vultũ Salomonis

M.E.C.D. 2017

Salomonis, vt audiret ſapientiam eius, quam dederat Deus in corde eius. Per iſtum Salomonem intelligimus CHRISTVM, de quo in Pſal. Specioſus forma præ filijs
« hominum &c̄. Et ideo dicitur. (Excepit illum turba.) ſcilicet cum lætitia & gaudio, vt ſic impleretur illud Iſa. 29. Addent mites in domino lętitiam, & pauperes homines
« in ſancto Iſrael exultabunt. Ideo ſubditur (Erant autem
« omnes expectantes eum.) Cum deſiderio ſcilicet. Quia Thre. 3. Bonum eſt præſtolari cum ſilentio ſalutare Dei. Bonus eſt dominus ſperantibus in eum, animę quærēti illum. Ipſe enim erit expectatio gentium. Gene. 49. Expecta dominum, viriliter age, & confortetur cor tuum, & ſuſtine dominum. Dicit Pſalmographus.

pſal'o. 44.
Iſaię. 29. f.
Thre. 3. c.
Geñ. 49 b
pſal'o. 26.

Secundo quantum ad ſupplicationem cum fiducia
« factam à principe, ſubditur: (Et ecce venit vir cui nomen
« Iairus.) Cuius nomen exprimit quia perſona erat notabilis ob principatum. Iuxta quod dicitur. 2. Reg. 7. Feci tibi nomen grande, iuxta nomen magnorum qui ſunt in terra. Vel etiam quia nomen reſpondebat officio, & dignitati. Iairus enim illuminatus interpretatur, & talis
« debet in plebe domini principari, vnde ſubditur (Et ipſe
« princeps ſynagogæ erat.) Eccleſia ſ. 45. Et ſtatuit illi teſtamentum pacis, principem ſanctorum & gentis ſuæ & cę. Hic autem princeps licet eſſet exaltatus in gloria, ita vt ei poſſet competere illud. 1. Reg. 2. Vt ſedeat cum principibus, & ſolium gloriæ teneat. Non tamen inde eſt elatus per ſuperbiam, ſed humiliatus per reuerentiam, attendēs illud Eccleſ. 32. Rectorem te poſuerunt? noli extolli. Ideo
« ſubditur. (Et cecidit ad pedes IESV.) Sciens ſcriptum eſſe Iſaię. 45. Mihi curuabitur omne genu, & iurabit omnis lingua. Et in Pſal. Venite, adoremus, & procidamus, & ploremus ante dominum qui fecit nos &c̄. Ideo autē (cecidit) Vt CHRISTI maieſtatem ſua honoraret reuerentia. Eccle. 3. Quoniam magna potentia Dei ſolius, & ab humilibus honoratur. Et vt etiam implor[illegible]t pietatē
« cum fiducia, vnde & ſubdit. (Rogans eum, vt intraret in
« domum eius.) Hoc faciebat cum inſtantia, vt poſſet dicere illud Canti. 3. Tenui eum, nec dimittam, donec introducam illum in domum matris meę. Ad iſtam autem

pſal'o. 2. b.
eccl'i. 45. d
1. Re. 2. b.
eccl'i. 32. a
Iſaię. 45. d
pſal'o. 94.
eccle. 3. c.
Can. 3. b.

inſtan-

M.E.C.D. 2017

instantiam propellebat indigentia, quam exprimit cum dicit. (Quia vnica filia erat ei.) Et ita multum amabilis »
1.Re 1.d. Nam.2.Re.1. Sicut mater vnicum amat filium suum, ita ego te diligebam dixit Dauid. Non solum autem erat amabilis quia vnica sed etiam quia iuuẽcula. Ideo addit (Ferè annorũ duodecim.) Et ita re vera teneriori amore »
Gene.37 a amãda. Secundũ illud Geñ.37. Israel autem diligebat Ioseph sup oẽs filios. eò quòd in senectute genuisset eũ. Et quia vita erat multũ amabilis, ideo mors erat multũ tristabilis. Propter quod subdit. (Et hęc moriebatur.) quod »
nõ poterat esse sine magno dolore qui est in luctu vnicę.
Iere. 6. g. Ier.6. Luctũ vnigeniti fac tibi planctũ amarũ. Ideo Iacob
Gen.42.g. dicebat. Gen.42. de Beniamin. Nõ descẽdet, inquit, filius meus vobiscũ: frater eius mortuus est, & ipse solus remãsit, si quid ei a diuersitatis acciderit in terra ad quã pgitis deducetis canos meos cum dolore ad inferos. Sic & hic dicere poterat de vnica filia. Quoniã igitur Christi prę sentiã adijt cũ reuerẽtia, rogauit ex confidẽtia, desideravit ex indigẽtia, ideo oratio eius fuit exaudita. Secundũ
eccle.4.a. illud Eccles. 4. Rogationẽ cõtribulati ne abijcias, & nõ auertas faciẽ tuã ab egeno. Hinc est, quod dominus nõ reprehẽdit istũ qui rogabat quod iret ad domũ suã sicut
Ioan.4.g regulũ. Ioã.4. Quia regulus magis credebat eũ infirmũ posse sanare q̃ mortuũ suscitare. Vnde dixit Domine, descẽde priusq̃ moriatur filius meus. Hic aũt credidit quòd æquè benè posset super vtrũq; , vnde filiã suã quasi mor-
Matt.9.c. tuã reputabat. Et ideo alius euãgelista scilicet Matthęus introducit eũ rogantẽ pro mortua, licet secundũ Lucã &
Mar.5.c. Marcũ aliquid supereesset vitę. Vnde Augustinus de cõcordia
Augusti. euãgelistarũ dicit quod Marcus & Lucas expresserũt principis verbũ, Matthęus vero intellectũ expresit, quia eam mortuam reputabat.

Tertio quantum ad comitatum beneuolentię factum à multitudine subditur. (Et contigit, dum iret, à turbis »
comprimebatur.) Quoniam ex amoris affectu omnes »
Supr,6.c. volebant contingere ipsum. Sicut supra sexto. Omnis turba quęrebat eum tangere. In hoc etiam versa vice ostenditur beneuolentia saluatoris, qui etiam à multitudine vult comprimi, quasi nullũ à se repellens. Ipse enim est

est qui dicit Ioannis sexto. Eum qui venit ad me non eij Ioan.6.d
ciam foras. Ipse qui vocat Matthei vndecimo. Venite ad Matt.11.d
me omnes qui laboratis, & onerati estis: & ego reficiam
vos. Ipse enim est qui ad ostium pulsat. Apocalypsis ter- Apoc.3.d.
tio. Ecce sto ad ostium & pulso. Hanc compressionem fa
cit mutuus amor, qui est copula amãtis & amati. Quia
primæ Corinth.6. Qui autem adhæret domino, Vnus 1.Cor.6.d
spiritus est. & Ioan.15. Manete in me & ego in vobis. Vn Ioan.15.a
de perfectus amor nõ est cõtẽtus aliquo sensu siue cõta-
ctu. Propter quod dicit spõsa Cãt.1. Trahe me post te &c̃ Cant.1.a.
Et Iere.31. In charitate ppetua dilexi te, ideo attraxi te &c̃ Iere.31.a.
¶ Et mulier quædã erat in fluxu. &c̃) Postquã ostensa est
p̃sentia CHRISTI desiderabilis, ostẽditur potẽtia eius
admirabilis in mirabili curatiõe à fluxu sanguinis. Hãc
aũt curationẽ ostẽdit euangel. processisse ex admirabili
potentia, tũ propter diuturnitatẽ morbi in muliere, tum
propter impossibilitatẽ curandi ab arte, tũ propter facili
tatem remedij à saluatore. Primo igitur quantũ ad diu-
turnitatem immundæ passionis in muliere dicitur.

" Et mulier quędã erat in fluxu sanguinis ab annis duo
" decim.) Hæc erat immũda passio, & ideo cũ difficultate
portabilis. Leui.15. Mulier quæ patitur multis diebus flu Leui.15.d
xum sanguinis nõ in tẽpore mẽstruali, vel quę post mẽ-
struũ sanguinẽ fluere nõ cessat, quãdiu subiacet huic pas
sioni, immũda erit quasi sit in tẽpore mẽstruo. Et erat cũ
difficultate sanabilis propter adhęrẽtiã, quia iã erat inue
teratus morbus. Eccli.10. Languor prolixior grauat me- eccle.10.b
dicũ. Erat igitur hæc passio immunda, cõtinua & diutur
na. Ideo vilis ad cohabitãdũ, grauis ad sustinẽdũ, & diffi
cilis ad sanandũ. Vnde poterat dicere illud Thre.3. Vetu- Thre.3.a.
stam fecit pellem meã & carnẽ meã, cõtriuit ossa mea. &
illud. Psalmistæ. Lumbi mei impleti sunt illusionibus, & psalm.27.
non est sanitas in carne mea. Hæc autem mulier secun-
dum Ambrosium videtur fuisse Martha. Ait enim, CHRI Ambrosi
STVS largum fluxum sanguinis siccauit in Martha, &
dæmones expulit de Maria.

Secundo quantum ad impossibilitatem humanæ
" subuentionis ex arte, subditur. (Quæ in medicos ero-
" gauerat omnem substantiam suam, & cætera.) Propter
curati-

M.E.C.D. 2017

propter curationis remedium, ſecundum conſilium Ec-
eccle.38.a cleſiaſtici.38.Honora medicum propter neceſſitatem.etc
nim illum creauit altiſſimus. Hoc autē dicit de honore
munerum,non ſermonum. Vnde hæc eos honorauerat,
quæ omnem ſubſtantiam expenderat. Et ideo probabi-
le ſi curabilis fuiſſet ægritudo,quod per artem fuiſſet cu
rata,attamen ars non profuit. Vnde ſubdit,(Nec ab vllo »
potuit curari.)Ita nec à natura,nec ab arte potuit ei ſub »
Sapi.16.b uenire, vt verificaretur in ea illud Sapientiæ.16. Neque
herba,neque malagma ſanauit eos, ſed tuus domine ſer
¶Medici. mo,qui ſanat omnia. Vnde nota quod natura nihil po-
teſt ſine diuina potentia, nec ars aliquid poteſt ſine na-
tura. Vnde vbi natura arti non ſubuenit, ars non profi-
Marc.5.c. cit,ſed magis nocet. Sicut in hac muliere, de qua Mar.5.
dicitur,quod fuerat multa perpeſſa à compluribus medī
cis,& erogauerat omnia bona ſua,nec quicquam profe-
cerat,ſed magis deterius habebat. Sed LVCAS medicus
hoc tacet,de medicis curialius loquēs. Ex quo colligitur
q̄ medicorum ars eſt laudabilis, quando ſequitur diui-
eccle.28 b nam potentiam & naturam ſubſtratam. Vnde Eccli.38.
Da locum medico,etenim illum dominus creauit, & nō
diſcedat a te: quia opera eius ſunt neceſſaria. Sed tunc
erit vituperabilis operatio medici,quando negligit con
ſiderare naturam,vel non apponit diuinam potentiam
2.par.16.d ſicut dicitur de Aſa.2.Paral.16.Aegrotauit etiā Aſa anno
triceſimo nono regni ſui, dolore pedū vehementiſſimo,
& nec in infirmitate ſua quæſiuit dominum, ſed magis
in medicorū arte cōfiſus eſt. Sequitur, Et mortuus eſt &c̄

Tertio quantum ad facilitatem perfectæ curationis
à ſaluatore,ſubditur. (Acceſsit retro,& tetigit fimbriam »
Heb.11.b. veſtimenti eius.)Acceſsit quia credebat. Heb.11. Credere »
enim oportet accedentē ad Deum quia eſt,& inquirenti-
bus ſe remunerator ſit. (Retro.) Quia timebat ſicut ſo-
Supr.7.e. ror eius Maria. Supra.7. Stans retro ſecus pedes domini
Marc.5.c. (Tetigit quia ſperauit curari. Vnde dicitur Marci.5. Di-
cebat enim. Quia ſi vel Veſtimentum eius tetigero ſal-
ua ero.(Tetigit autem fimbriam veſtimenti eius.) id eſt,
infimam partem veſtimenti, reputans ſe immundam, &
honorificans CHRISTI potentiam, qui poteſt ſalutē

dare

M.E.C.D. 2017

« dare per infima. Et quia credidit & ſperauit, ideo facilè
« obtinuit. Propterea additur, (Et confeſtim ſtetit fluxus ſanguinis eius.) Ex quo apparet mira dei virtus quæ morbũ tam diuturnũ & tam grauẽ curauit ſtatim ad tactum vnius particulę veſtimenti ipſius. Mira eſt ergo virtus CHRISTI, quę credulitate ſui impoſsibilia facit facilia, ſecundũ illud. Mar. 9. Si potes credere, omnia poſsibilia ſunt credenti. Et Ioan. 14. Amen dico vobis, qui credit in me, opera quæ ego facio, & ipſe faciet, & maiora horum faciet. Et Act. 19. Virtutesq; nõ quaſlibet faciebat deus per manum Pauli: ita vt etiã ſuper languidos deferrentur à corpore eius ſudaria & ſemicinctia & recedebãt ab eis languores, &c. Si ergo tam ſalubre eſt per fidẽ tangere fimbriã veſtimẽti, q̃ ſalubre erit tenere ipſum CHRISTVM. Vnde Bern. Dulce ſatis eſt te bone IESV quærere dulcius tenere. Vnde ſponſa. Cant. 3. Tenui eum nec dimittã, &c. Dulcis vtiq; eſt attactus tui, nam & ipſe tactus fructu non caret. Mulier enim illa euangelica fęlici furto attigit fimbriã IESV, & ſtatim ſtetit in illa fluxus carnalis illecebris, carnalis delectationis & curæ.

Mar. 9. d. Ioan. 14 b. Actu. 19 b. Bernard. Cant. 3. b.

¶ Et ait IESVS. Quis eſt, &c.) Poſtq̃ oſtenſa eſt CHRISTI pręſẽtia eſſe deſiderabilis & potẽtia admirabilis. Hic tertio oſtenditur eius ſapiẽtia infallibilis, & hoc tripliciter, ſcilicet ex deprehẽſione veritatis occultæ, & detectione veritatis deprehẽſæ, & ex approbatione veritatis detectę. Primo ergo introducitur deprehenſio veritatis occultę à CHRISTO per propriã inquiſitionẽ, cũ dicitur

« Et ait IESVS, Quis eſt qui me tetigit.) Hoc autẽ non dicit, vt diſcat, ſed vt quod notum eſt ſibi, aliis detegat. Iuxta quod dicitur in Pſalm. Palpebræ eius interrogãt filios hominum, Dominus interrogat iuſtum & impiũ. Non vt ab eis aliquid addiſcat, ſed vt doceat quod ignorant. Vnde quia ignorant quæſtionis cauſam, ſubditur:

pſalm. 10.

« (Negantibus autem omnibus, dixit Petrus, & qui cum
« illo erant.) Id eſt, alij diſcipuli cauſam huius quæſtionis non intelligentes. Vnde poterat eis dici illud. Matth. 15. Adhuc & vos ſine intellectu eſtis? Quia quæſtionem illam carnaliter non ſpiritualiter, intelligebant, quod patet in hoc quod adducit, (Præceptor, turbæ te

Matt. 15 b.

M.E.C.D. 2017

comprimunt, & affligunt: & dicis: Quis me tetigit?) „
Quasi dicat, cum omnes te tangant indifferẽter, quo „
modo quæris de aliquo specialiter. Vnde mirantur quo„
modo CHRISTVS magister,& præceptor quęrat qua„
si de dubio, quod omnibus erat in manifesto. Et ideo
merito mirabantur quomodo CHRISTVS propone„
ret quæstionem,quæ apparet stulta,cum dicatur.secũdę
8.Tim.2.d Tim.2.Stultas autẽ,& sine disciplina quæstiones deuita
Sed quia intellectum habebant carnalem, manuducen„
di erant ad spiritualem.propter quod addit.(Et dixit IE „
SVS, Tetigit me aliquis?)Id est aliqua persona tactu sci „
licet spirituali.Et hoc probat. (Nam & ego noui virtutẽ „
de me exiisse,)Hoc dicit quantũ ad effectum curationis. „
Sapi.12.c. Et sic verificatur illlud.Sapi.12. Virtutem enim ostendis
tu qui non crederis esse in virtute consummatus. Osten
dit autem effectum egredientem ab ipso.Secundum illud
Supr.6.c. quod.Supra.6. Dicitur,quod virtus de illo exibat, & sa„
1.Cor.1.d nabat oẽs,nec mirũ.quia.1. Cori.1.dicit Apostolus: Nos
prædicamus CHRISTVM dei virtutẽ & dei sapiẽtiam.
Heb.1.a. Et Hebr.1.Dicitur:ꝙ est portãs oĩa verbo virtutis suæ.
Secundo vero adiungitur detectio veritatis deprehẽ
sæ per alienam confessionem,cum dicitur: (Videns autẽ „
mulier,quia nõ latuit.)Vnde poterat dicere illud Sama„
Ioan.4.c. ritanæ.Ioã.4.Domine, video quia propheta es tu. Pro„
Ibidem.d pter quod & ipsa poterat simile testimoniũ cum illa per„
hibere. Venite,& videte hominem qui dixit mihi omnia
quæcunꝙ feci. Verè iste erat alter Salomon, imo sapien„
3.Re.10.a tior eo,de quo dicitur.3.Re.10.Quòd nõ fuit sermo qui
regẽ posset latere.quia ipse est de quo. Dañ.2. Ipse nouit
Dani.1.d in tenebris constituta,& lux cũ eo est. Et quia iã cogno„
uerat potentiã in effectu,& sapiẽtiam percipiebat in ser„
mone.Ideo attẽdebat se non posse effugere,& propterea
subditur:ꝙ.(Tremẽs venit, & procidit ante pedes eius.) „
Mich.6.b Ad honorificandam eius maiestatẽ.Mic.6. Quid dignũ
offerã dñ Curuabo genu deo excelso?Et hoc cũ tremo
Isaiç.66.a re,quia solos tales respicit deus.Isa.66.Ad quem respiciã
nisi ad pauperculum, & contritũ spiritu & tremẽtem ser„
philip.2.b mones meos?Et ideo.Phil.2.dicitur.Cum metu &tremo
re vestram salutẽ operamini.Quia vero nihil magis spe„
ctat

M.E.C.D. 2017

ctat ad honorẽ maiestatis q̃ manifestatio veritatis. Ideo
« subditur.(Et ob quã causam tetigerit eũ, indicauit corã
« omni populo, & quemadmodum confestim sanata sit.)
Quia Tob.12. Opera dei reuelare & confiteri, honorifi- Tob.12.b
cum est. Et ideo dicebat angelo: Benedicite deum cœli, & Ibidem.
coram omnibus viuentibus cõfitemini ei, quia fecit vo-
biscum misericordiam suam.

Tertio adiungitur approbatio veritatis detectæ per
« diffinitiuam commendationem, cum subditur. (Ait ipse
« dixit ei, Filia, fides tua saluam te fecit,) Quasi dicat, iu-
ste hoc assequuta es, quia credidisti: quasi dicat, fides fe-
cit te saluam, secundum illud. Ioan.1. Dedit eis potestatẽ Ioan.1.b.
filios dei fieri, his qui credunt in nomine eius. Fides etiã
saluam fecit, quia. Roman.10. Omnis enim quicunque Rom.10c
inuocauerit nomẽ domini, saluus erit. Vnde in hoc ap-
paret mira dispensatio nostræ salutis, quia mulier sanata
totum attribuit diuinæ virtuti, secundum illud, Rom.9.
Igitur non volẽtis, neq; currẽtis, sed miserẽtis est dei. De- Rom.9.d
us saluans, totum tribuit merito fidei. Sicut dicitur. Mar
ci.nono. Si potes credere, omnia possibilia sunt credẽti. Mar.9.d.
Et quoniam inquisitione salutis per consequens fit ac-
« quisitio pacis. Ideo subditur. (Vade in pace.) Tanq̃ Dei
amica & filia. Sapiẽt.3. Quoniam donum & pax est ele- Sapi.3.b.
ctis eius. Pax enim est illud, quod dominus omnibus
optat, & omnibus optari mandat, secundum illud. Mat-
thæi.10. In quamcunq; ciuitatem intraueritis. Et sequi- Matt.10.b
tur: Intrantes autẽ in domum, salutate eam dicẽtes: Pax
huic domui. Hoc est prę alijs q̃d donat. Ioã.14. Pacẽ relin Ioan.14.d
quo vobis, pacem meam do vobis, &c. Hoc est ad quod
specialiter vocat. Mat.11. Tollite iugum meum super vos Matt.11.d
Et sequitur, Et inuenietis requiem animabus vestris. Et
Ioan.16. Hæc loquutus sum vobis, vt in me pacẽ habea- Ioan.16.g
tis. In mundo pressuram habebitis: sed confidite, ego vi-
ci mundum. De hac dicitur. Phili.4. Pax dei quæ exupe- phil.4. b.
rat omnem sensum, custodiat corda vestra, & intelligen-
tias vestras in CHRISTO IESV.

Et nota quod trium mulierum dominus fidem com-
mendat, quas exaudit & saluat. Commendauit Magda-
lenam. Supra. septimo, Consimile verbum ad eam dicẽs: Supr.7.g.

M.E.C.D. 2017

Fides tua te ſaluam fecit, vade in pace. Et hanc quam hic
Matt.15.c commendat. Et mulierem Chananæam. Matt.15. Cui dixit, O mulier magna eſt fides tua, fiat tibi ſicut vis. In his tribus mulieribus, tres pœnitentiæ partes ſpiritualiter intelliguntur. Nam prima quæ fleuit & lachrymis rigauit, dat intelligere contritionẽ. Chananæa quæ clamauit, dat intelligere confeſsionẽ. Hæc autẽ quæ tetigit veſtimentum, dat intelligere ſatisfactionẽ. De Magdalena
Supr.7.f. legitur. Supra.7. Quod ſtans retro pedes eius lachrymis
Matt.15.c cœpit rigare, &c. De Chananæa. Mat.15. Dicunt diſcipuli: Dimitte eam, quia clamat poſt nos. De iſta dicitur hic quòd acceſsit retro, & tetigit fimbriã veſtimenti: per tactum autem veſtimenti intelligitur imitatio ſanctæ conuerſationis in labore. Vnde nota quod legimus CHRISTVM tactum in pede à Magdalena. Supra.7. Tactũ in
Supr.3.f. veſte, vt hic ab Hęmorrhoiſſa. Tactũ in latere, à Thoma
Ioan.20g Ioan.20. Affer manum tuã, & mitte in latus meũ, & c̃. In quo intelligitur triplex imitatio appropinquantium ad CHRISTVM, ſcilicet in effectu operationis bonę, in habitu conuerſationis ſanctę, in tolerãtia paſsionis acerbæ. In quibus cõſiſtit integritas ſatisfactionis perfectæ. Per pedũ nanq; inceſſus, intelligitur rectitudo operatio
ezech.1.b nis bonæ. Ezec.1. Pedes eorũ pedes recti. Per veſtimentũ autẽ intelligitur honeſtas conuerſationis ſanctæ. Apo-
Apo.16.c. cal.16. Beatus qui vigilat, & cuſtodit veſtimẽta ſua, nè nudus ambulet, & c̃. Talis eſt qui imitatur CHRISTVM.
Rom.13 d Rõ.13. Abiiciamus opera tenebrarũ, & induamur arma lucis. Per latus Chriſti vulneratũ, manus & pedes perforatos, intelligitur tolerãtia paſsionis acerbæ, ſecundũ il-
pſalo .21. lud Pſal. Foderunt manus meas & pedes meos, dinumerauerunt omnia oſſa mea. In iis em̃ CHRISTVM contingimus, cum eius vulneribus ad tolerantiam armamur. primæ Petr.4. CHRISTO igitur paſſo in carne, &
1.Pe.4.a. vos eadem cogitatione armamini.

¶Adhuc [illegible]o loquente, & c̃.) Poſtq̃ euangeliſta oſtendit CHRISTVM dñm corporũ per ſanationẽ Hęmorrhoiſſæ, hic oſtendit Chriſtum dñm aiarum per ſuſcitationẽ puellæ. Habet aũt hæc pars quatuor particulas. In quarũ prima pręmittitur ſoliditas fidei, per modũ diſponentis.

Secũdo

Secundo adiũgitur idoneitas teſtimonij, per modũ approbãtis, ibi (Et cũ veniſſet ad domũ &c.) Tertio vero ſub limitas imperij, per modũ efficiẽtis, ibi. (Ipſe aũt tenens manũ eius) Quarto ꝙo notaf celebritas miraculi, per modum vtilitatis, ibi. (Et iuſſit illi dare mãducare) Et ſic perfectè deſcribif miraculũ, quantũ ad q̃driplex genus cauſę. Soliditas aũt fidei archiſynagogi deſcribitur in dupli ci reſpectu. Primo reſpectu diſſuaſionis humanę, & reſpectu perſuaſionis diuinę. Per primã tẽtatur, & per ſecundam ſolidatur. Primo ergo quantum ad tentationem fidei, per diſſuaſionem humanam dicitur:

Infra eod

Ibidem.

« Adhuc illo loquẽte.) Sc; IESV (Venit quidã ad princi-
« pẽ ſynagogę.) Venit aũt non in adiutoriũ, ſicut angelus bonus, vt dicitur. Dañ. 10. Ecce Michael vnus de principibus primis, venit in adiutoriũ meũ: ſed ſicut malus nun-
« cius venit ad impediendũ, ꝓpter quod addit. (Dicens ei
« Quia mortua eſt filia tua.) Et ita non poteſt eſſe ſpes de vita, ſecundũ illud. 2. Re. 12. ait Dauid: Propter infantem dũ adhuc viueret, ieiunaui & fleui: dicebã eñ, Quis ſcit ſi fortè donet eũ mihi dñs, & viuet infans? Nũc aũt, quia mortuus eſt, quare ieiuno? nunquid potero eũ reuocare amplius? ego vadam magis ad eũ, ille vero nõ reuertetur ad me. Et ideo adiũgit: (Noli vexare illũ.) Id eſt, fruſtra tecũ ducere cũ labore, hoc quidẽ erat verbũ nõ credẽtis Chriſtum poſſe mortuũ ſuſcitare, ignorabat eñ illud diuinũ verbum. Ioã. 5. Quia venit hora & nũc eſt, quando mortui audient vocẽ filij dei· & qui audierint viuẽt. Vnde iſte nuncius nõ dicebat ex reuerentia, ſicut Centurio Supra 7. Domine, noli vexare, ſed ex diffidentia, vt diceret illud. Iob. 7. Dies mei velocius tranſierũt, q̃ à texente tela ſuccciditur, & conſumpti ſunt abſq; vlla ſpe.

2. Re. 12. f.

Ioan. 5. d.

Supra 7. a.

Iob. 7. b.

Secũdo quantũ ad roborationẽ fidei per ſuaſionẽ diui
« nam, ſubditur: (IESVS aũt audito hoc verbo.) Quod
« ſcilicet poterat concutere mentẽ Archiſynagogi. Quia ſecundum illud. Prou. 26. Verba ſuſurronis (aſi ſimplicia, & ipſa perueniunt ad intima cordis. Ne ergo verbũ mortis interius penetraret, opponit verbum vitæ, & hoc eſt verbum ſolidans fidem. Quia Hebr. 10. Iuſtus autem meus ex fide viuit, ꝙ ſi ſubtraxerit ſe, non placebit ani-

prou. 26 d

Heb. 10. g

M.E.C.D. 2017

mæ meę. Ideo additur: (Reſpondit patri puellæ: Noli »
Iaco.1.a. timere.) Scilicet ex diffidentia. Iaco primo. Poſtulet au »
tem in fide, nihil hæſitans. Qui enim hæſitat, ſimilis
eſt fluctui maris, qui à vento mouetur, & circumfertur.
Rom.4 d Sic de Abraham dicitur. Roman.quarto. In repromiſ-
ſione etiam Dei non hæſitauit diffidentia, ſed confortatus
eſt fide, dans gloriam Deo. pleniſsimè ſciens, quia
quęcunq; promiſit Deus, potens eſt & facere. Et ideo ſub
ditur. (Crede tantum.) Per confidentiam ſcilicet. Ioan- »
Ioan.11.f. nis.11. Si credideris, videbis gloriam Dei. Et ideo addit:
(Et ſalua erit.) Per diuinam potentiam. Et ad hoc de- »
bebat moueri per illud quod ſtatim ante hæc dixerat
mulieri curatæ. Fides tua te ſaluam fecit. Vnde in hoc ap
paret mirabilis diſpenſatio dei, quæ in miraculis ſuis no
ſtram fidem requirit ad noſtrum meritum. Vnde. Mat-
Matt.9. d thæi.nono. Dixit cæcis petentibus illuminari. Creditis
quia hoc poſſum facere vobis? Dicunt ei, Vtiq; domine.
Tunc tetigit oculos eorum, dicens. Secundum fidem ve
ſtram fiat vobis. Et quia difficilè erat credere mortuum
ſuſcitari. Ideo dominus in ipſo itinere miraculum fecit,
per quod adiuuit fidem Archiſynagogi, vt ſic pateat il-
1.Cor.10c lud eſſe verum quod.1.Corinthi.10. dicitur: Fidelis autẽ
deus eſt eſt, qui non patietur vos tentari, ſupra id quod
poteſtis: ſed faciet etiam cum tentatione prouentum
vt poſsitis ſuſtinere.

¶Et cum veniſſet, & c.) Hic ſecundo poſt ſoliditatẽ fidei
diſponẽtis, ſubiũgit euãgeliſta idonietatẽ teſtimonij ap-
probantis. Ad probationẽ aũt ſuſcitationis requiritur te
ſtimoniũ de vita reddita, & de vita perdita. Ideo inducũ-
tur teſtes reſpectu vtriuſq;. Primo igit quãtũ ad perſonas
idoneas ad teſtificandũ de ſuſcitatiõe miraculoſa, dicit:
Et cum veniſſet ad domum.) Vbi ſcilicet puella debe- »
bat ſuſcitari, quę erat domus luctus, ad quam vtile eſt ire
eccl's.7.a. ſecundum illud. Eccl's.7. Melius eſt ire ad domũ luctus q̃
ad domu cõuiuij. In illa enim finis cunctorum admo-
netur hominũ, & cæ. Et quia nõ omnibus aperiẽda ſunt
Ioan.15.c CHRISTI ſacramẽta dicitur eñ Ioan.15. Seruus neſcit
quid faciat dominus eius. Ideo ſubditur, (Non permiſit »
eccl'i.6.a. intrare ſecum quenquam), ſecundum illud. Eccl'i. ſexto. »
Multi

M.E.C.D. 2017

Multi pacifici sint tibi, & cõsiliarius sit tibi vnus de mille. Quia vero discipuli erant eius amici. Secundũ quod dicit Ioã.15. Vos autẽ dixi amicos: quia omnia quęcunq; audiui à patre meo, nota feci vobis. Ideo nõ omnes ex- Ioan.15.c
cludit, sed excipit ab exclusis, cũ subdit. (Nisi Petrũ & Ia-
cobũ & Ioannẽ.) Qui erãt discipuli principales. Vnde isti
assumpti sunt in transfiguratione Infra.9. & Mat.17. As- Infra.9.d
sumpsit Iesus Petrũ & Iacobum & Ioannem fratrẽ eius. Matt.17.a
&c̃. Et quia testimoniũ oportet habere non tãtum a do-
mesticis, sed etiam ab his qui foris sunt. Secundum illud
primę Timo.tertio. Ideo discipulis adiungit duas perso- 1.Tim.3.b
nas, cũ dicit. (Et patrẽ & matrẽ puellæ,) Vt sic in ore duo-
rum & trium testiũ, stet fixum veritatis testimoniũ. Vnde
apparet quod secũdum literam est idoneitas testimonij
quantum ad personas, & quantum ad numerũ, quia nil
habet supetfluũ neq; diminutum.

Secundum spiritualem intelligentiam hoc non vacat à
mysterio. Nam Petrus qui interpretatur agnoscens, de-
signat fidẽ Iacobus, qui luctator interpretatur, designat
spem, Ioannes qui interpretatur in quo est gratia, chari-
tatem. Et hæ tres virtutes sunt domino familiarissimę, &
concurrunt ad suscitationem peccatoris à morte, quę de-
signatur in suscitatione puellę. Nam fides concurrit Ioã Ioan.11.c.
nis vndecimo. Qui credit in me etiã si mortuus fuerit,
viuet. Similiter spes Psalm. Ecce oculi domini super me- psalm.32.
tuentes eum, & in eis qui sperãt super misericordia eius.
Vt eruat a morte animas eorum. Etiam charitas primæ
Ioãn. quarto: In hoc apparuit charitas dei in nobis quo 1.Ioã.4.b
niam filium suum vnigenitum misit deus in mundum,
vt viuamus per eum. Pater autem & mater sunt legis do-
ctores, Pater qui instruit in fide secundum illud primæ
Corinth. quarto. In CHRISTO IESV, per euãgelium 1.Cor.4.d
ego vos genui. Mater quæ fouet in moribus. Galatas
quarto. Filioli mei, quos iterum parturio, donec forme- Gala.4.c.
tur CHRISTVS in vobis. Et de his Prouer.6. Conserua prou.6.c.
fili mi præcepta patris tui, & nè dimittas legẽ matris tuę.
Hæc autẽ sunt cum CHRISTO suscitante peccatoẽ.

Secundo quantum ad personas idoneas testificantes
de morte naturali, subditur. (Flebant autem omnes, &

M.E.C.D. 2017

plangebant illam tanquam mortuam, ſecundum conſi-
Eccli.38.b lium. Eccleſiaſtici trigeſimo octauo. Fili in mortuũ pro-
duc lachrymas, & quaſi dira paſſus incipe plorare. Fle-
bant autem lachrymis, & plangebant vocibus lamenta-
Iere. 9. c. toriis, ſicut erat conſuetudinis Iudęorũ. Ieremiæ nono.
Contemplamini, & vocate lamentatrices, vt veniant: &
ad eas quæ ſapientes ſunt, mittite, & properent, feſtinent
& aſſumant ſuper nos lamẽtum. Vel flebant propter vitæ
amiſsionẽ, & plangebant propter deſperationẽ. Et ideo,
quia excedebant, confortãtur à ſaluatore, cum dicit. (At »
1. Theſ. 4. c ille dixit, Nolite flere.) Secundum illud. 1. Teſſa. 4. Non »
contriſtemini, ſicut & cęteri qui ſpem nõ habent. Et ideo
dicitur, (Non eſt mortua puella, ſed dormit.) In quo non »
remouet mortis veritatem, ſed irremediabilitatem, quia
poterat eam ita facilè à mortuis ſuſcitare, ſicut ſuſcitatur
de ſomnis dormiẽs à vigilante. Et propterea ſic dicebat.
Ioan. 11. b Ioãnis vndecimo. Lazarus amicus noſter dormit: ſed va
do vt à ſomno exuſcitem eum. Et ſequitur. Lazarus mor
Beda. tuus eſt, &c̃. Vnde Beda. Hominibus mortua, qui ſuſcita-
re nequiuerãt, deo dormiebat, in cuius ditione & anima
recepta viuebat, & caro reſuſcitanda quieſcebat. Propter
quod merito cantat eccleſia in officio defunctorum. Re-
gem, cui omnia viuunt, venite adoremus. Et infra vige-
Infra. 209 ſimo. Deus autem non eſt mortuorũ, ſed viuorũ, omnes
enim viuũt ei. Quoniam ergo nihil domino moritur,
& præſens aderat deus, ideo merito dicebat. Nõ eſt mor-
tua puella. Sed quia animalis homo non percipit ea quę
1. Cor. 2. d ſunt ſpiritus dei, ſtultitia enim eſt illi, &c̃. 1. Corin. 2 Ideo
additur, (Et deridebant eum, ſciẽtes quod mortua eſſet.) »
Qui enim certus eſt de aliquo, non ſolũ non credit, ſed
etiam deridet perſuadẽtem contrarium. Et quoniam di-
uina ſapientia frequenter perſuadet contrarium ſcientię
humanæ, hinc eſt quod homo per humanam ſcientiã ir-
Iere. 10. c. ridet deum, & ſic efficitur ſtultus. Ieremiæ decimo. Stul-
tus factus eſt omnis homo à ſcientia ſua. Stulta eſt enim
1. Cor. 1. c ſcientia, quã deridet ſapientiam. primę Corinth. primo.
Stultam fecit deus ſapientiã huius mundi. Et quia ſecun
prou. 18. a dum quod dicitur. Prouerbio 18. Non recipit ſtultus ver
ba prudẽtiæ, niſi ea dixeris quæ verſantur in corde eius.

Ideo

M.E.C.D. 2017

Ideo istũ nõ recipiebant, sed deridebant. Prouer. decimo quinto. Stultus irridet disciplinã patris sui: qui autẽ cu- prou.15.a
stodit increpationes, astutior fiet. Et ideo non erant idonei testes ad vitę restitutionẽ, sed solũ ad vitę perditionẽ, ideo fuerũt electi secundũ quod dicitur Mat. 9. Et cũ ei- Matt.9.c.
ecta esset turba, intrauit & tenuit manũ puellę. &c̃.

¶ Ipse autem tenens manum, &c̃.) Hic iam tertio post solliditatem fidei, & idoneitatem testimonij, subiungitur sublimitas imperij suscitantis, quantum ad potentiam præcipientem, & quantum ad efficaciam subsequentem. Primo igitur quantũ ad potentiã prȩcipientẽ, subditur.

« Ipse autem tenens manum eius,) virtutis adiutorio.
« Secundum illud Psal. Dextera domini exaltauit me, de- psalm.117
xtera domini fecit virtutem. Et rursus, poterat dicere illud Psalm. Tenuisti manũ dexteram meam: & in volun- psalm.72.
tate tua deduxisti me: & cum gloria suscepisti me. Et ecce non est abbreuiata manus domini vt saluare nequeat.
« Isaiæ quinquagesimo nono. Ideo additur. (Clamauit Isai.59.a.
« dicens, Puella, surge.) Ex imperio maiestatis, sicut dici-
tur Ioannis vndecimo. Voce magna clamauit, Lazare, Ioan.11.f.
veni foras. Clamor autẽ iste in voce exteriori designat immensitatẽ virtutis interioris. Iuxta quod in Psalm. di- psalm. 67
citur. Ecce dabit voci suæ vocem virtutis, scilicet mira-
« culi, secundũ illud primæ Thessalo. quarto. Quoniam 1.Thes4.d
ipse dominus in iussu & in voce archangeli & in tuba Dei descendet de cœlo: & mortui qui in CHRISTO sunt, resurgent primi.

Secundo quantum ad efficaciam subsequẽtem, subdi-
« tur. (Et reuersus est spiritus eius,) per intimam coniun-
ctionem. Iuxta quod dicitur tertij Regum decimo septi- 3.Re.17.d
« mo. Reuersa est anima pueri intra eum, & reuixit. (Et
« surrexit continuo,) per vitalem operationem. Surgere enim est operatio viuentis, sicut cadere morientis. Et nota quod puella ista in resuscitatione sua dicitur surrexisse, & adolescẽs resedisse. Supra septimo. Lazarus vero ligatus manus & pedes prodijsse. Ioannis vndecimo. Supr.7.b.
Quia, sicut supra tactum fuit, per puellam mortuam in Ioan.11.f
domo, intelligitur peccatum cogitationis. Per adolescentem in porta, peccatum operationis. Per Lazarum in sepul-

M.E.C.D. 2017

in ſepulchro, peccatum conſuetudinis. Et quoniam ſecundum quod peccata ſunt grauiora maiores relinquũt ſequelas, ideo qui ſolum cogitatione peccauit. viuificatus cõtinuo ſurgit, qũia parua remanet difficultas. Qui vero in opere, ſedet, quia adhuc pronitas remanet. Qui autem in conſuetudine ligatus eſt, (quia valde habet promptitudinem in malo ligantem, & prepedientem à bono) poſtquam etiam redditus fuerit vitæ, dicitur ligatus manus & pedes prodire, ſecundũ hoc grauior debet imponi pœnitentia diuerſis.

¶Et iuſsit illi dare manducare.) Hic qurato & vltimo tangitur claritas miraculi vt manifeſtandi ad fidei vtilitatem, & occultandi contra gloriæ vanitatem. Vnde primo præmittitur manifeſtatio vtilis. Secundo vero occultatio humilis Quia ſicut Gregorius dicit. Sic debet eſſe opus in manifeſto, vt tamẽ intentio maneat in occulto. Primo ergo quantũ ad vtilem miraculi oſtenſionẽ, dicit.

Gregori.

Et iuſsit illi dare manducare,) Vt non phantaſtica ſed vera ſuſcitatio probaretur, ſicut ipſe probauit ſuam reſurrectionem, Infra vigeſimo quarto. Habetis hic aliquid quod manducetur? Et ſuſcitationem Lazari, quia Ioannis duodecimo dicitur. Lazarus vero vnus erat ex diſcũbentibus cum eo. Ideo autem ſignum dat ſenſibus verę ſuſcitationis, vt mentes eleuet in excelſum admirationis Vnde etiam additur. (Et ſtupuerunt parentes eius,) quaſi magnitudinem diuinæ potentiæ ferre non valentes. Iſaiæ vigeſimo nono. Ecce ego addam vt admirationem faciam populo huic miraculo grandi & ſtupendo. Stupor autem iſte eleuauit fidem credentium in excelſo, ſecundum illud Actuum decimo. Loquente Petro, cecidit ſpiritus ſanctus ſuper omnes qui audiebant verbum. Et obſtupuerunt ex circunciſione fideles, &c̃.

Infra.24.f

Ioan.12.a

Iſaię.29.c.

Actu.10g

Secundo vero quantum ad humilem occultationem, ſubditur. (Quibus præcepit nẽ alicui dicerẽt quod factum eſſet.) Volens humiliter latere, & exemplum humilitatis dare, ſicut præcipit diſcipulis. Matthęi decimo ſeptimo. Et deſcendentibus illis de monte, præcepit illis IESVS, dicens. Nemini dixeritis viſionem, &c̃, In quo oſtendit nos debere velle latere in magnis factis. Vnde

Matt.17.b

Auguſt.

M.E.C.D. 2017

Auguſtinus. Occulta qnæ agis quantum potes, quod ſi ex toto non vales, ſit in animo voluntas occultandi. Et nota quod eſt præceptum executionis, ſicut decalogus. Probationis, Sicut de immolando filio Abrahæ. Gene. vigeſimo ſecundo. Et inſtructionis, ſicut hic. In primo inuitatur intellectus ad cognoſcendum. Affectus ad volendum. Effectus ad exequendum. In ſecundo inuitatur affectus, ſed non effectus. In tertio tantũ intellectus erudiatur, non ligatur affectus, nec prohibetur effectus. Et ſic intelligitur illud præceptum. Auguſtī. ¶Varia ſũt pręcepta dñi'. Gen. 22. a.

CAPVT NONVM.



ONVOCATIS autem IESVS duodecim, & cætera.) Cõpletis tribus partib⁹ principalibus huius partis, quæ eſt de doctrina IESV CHRISTI, in quibus diſcipuli ipſi excitati fuerunt ad credendum. Inuitati ad imitãdum, & inſtructi ad intelligẽdum. Hic ſequitur quarta pars In qua intelligẽtes mittũtur ad prędicandũ. Ordo aũt iſtarum partiũ ſatis eſt in ſe manifeſtus. Quoniã autẽ quidã prędicatorũ ſunt in gradu ſuperiori, quidã vero in inferiori, ideo pars iſta habet duas. In quarũ prima agitur de miſsione Apoſtolorũ. In ſecũda vero de miſsione ſeptuaginta duorum diſcipulorũ. Capite. 10. (Poſt hęc aũt deſignauit dñs & alios ſeptuaginta duos &c̃) Prima pars cõtinet præſens capitulũ, & habet tres partes, ſecundũ tria quæ explicat euangeliſta neceſſaria Apoſtolis & prędlatis ad prędicandũ miſsis. Quorũ primũ eſt forma prędicãdi Secundũ eſt via proficiẽdi, quã explicat ibi. (Et factũ eſt, cum ſolus eſſet orans, &c̃. Tertiũ eſt norma prędicãdi quę deſcribit ibi. (Intrauit aũt cogitatio in eos qs eorũ,) Formã aũt p̃dicandi dupliciter explicat. Primo ſub diuino p̃cepto. Secũdo vero ſub diuino exẽplo, ibi. (Et reuerſi apoſtoli nar. &c̃.) Quãtũ aũt ad informationẽ p̃dicatorũ per diui- ¶Diuiſio Infra 10 a Infra. 9. c Ibidem. f eodem. a

M.E.C.D. 2017

per diuinum præceptum,tria introducuntur ab euange
liſta,ſcilicet authoritas commiſſa,honeſtas iniuncta, &
vtilitas adiuncta.Ita quod primo prȩmittit authoritatẽ
tanquam præcedentem. Secundo iniungit honeſtatem
Ibidem. quaſi concomitantem,ibi: (Et ait ad illos:Nihil tuleritis
Ibidem. in via.) Tertio adiungit vtilitatem conſequentem, ibi:
(Egreſsi autem circuibant &c̃.) Sed quoniam verba quã
tumcunq; authentici prædicatoris fuerint, ſunt ineffica
cia niſi habeant diuina teſtimonia, & talia ſunt diuina
miracula.Ideo in prima parte primo explicatur collatio
poteſtatis ad miracula facienda. Deinde commiſsio au-
thoritatis ad myſteria prædicanda. Primum enim viam
facit ad ſecundum. Quantum igitur ad collationem po
teſtatis ad miracula facienda dicit.

Conuocatis autem IESVS duodecim Apoſtolis.) »
Tanquam ſcilicet principalibus prælatis electis ex om-
Supr.6.c. nibus aliȷs,ſecundum quod dicitur ſupr.6.Vocauit Ieſus
diſcipulos ſuos,& elegit duodecim ex ipſis,quos & apo
ſtolos nominauit.Iſtis ergo conuocatis, id eſt,in vnum
vocatis ad vnitatem commendandam, in qua datur ſpi-
Actu.2.a. ritus ſanctus.Secundum quod dicitur Actu.2.Dum com
plerentur dies Pentecoſtes, erant omnes pariter in eodẽ
Num.11 d loco &c̃.Vnde Nume.11.Dixit dominus ad Moyſen, Cõ
grega mihi ſeptuaginta viros de ſenibus Iſrael, quos tu
noſti,quòd ſenes populi ſint ac magiſtri,& duces eos ad
oſtiũ tabernaculi fœderis,facieſq; ibi ſtare tecũ,& deſcẽ-
dã & loquar tibi,& auferã de ſpiritu tuo, tradãq; eis.Sic
nũc facit,vnde ſubditur,(Dedit illis virtutẽ &poteſtatẽ.) »
Ita quod virtus ſit reſpectu ſpiritualium,&poteſtas reſpe
ctu corporalium, propter quod ad explicationẽ huius,
ſubiungit.(Super omnia dæmonia.)Vt hoc referatur ad »
virtutem.(Et vt languores curarent)Vt hoc referatur ad »
poteſtatem. Et per hoc haberent duplex genus teſtimo-
nij ſecundum duplex creaturæ genus ſcilicet corporalis
& ſpiritualis.Et hoc eſt quod ipſis expreſsè dicitur Mat.
Matt.10.a 10.Infirmos curate,mortuos ſuſcitate,leproſos mundate
pſalm.67. dæmones eiȷcite. Ita vt vere impleatur illud Pſal.Domi-
nus dabit verbum euangelizantibus virtute multa.

Quantum autem ad commiſsionem authoritatis ad
myſte-

M.E.C.D. 2017

« myſteria ptædicanda ſubdit. (Et miſit illos prædicare re
« gnum Dei.) In miſsione nanq; authoritas deſignatur.
ſine qua nullus debet prædicare. Vnde Roma.10. Quo- Rom.10e
modo prædicabunt, niſi mittantur? ſicut ſcriptum eſt.
Vnde & Iſaias non audebat prædicare, niſi mitteretur.
Iſa.6. Ecce ego, mitte me. Et dixit dominus: vade, & dices Iſai.6.c.
populo huic &c. Econtra de pſeudoprophetis. Ierem.23. Iere.23.c.
Non mittebam prophetas, & ipſi currebant: non loque-
bar ad eos, & ipſi prophetabant. At non tales erant Apo
ſtoli, quia ideo apoſtoli nominati ſunt, Vt eorum com-
mẽdaretur authoritas. Apoſtolus enim miſſus interpre-
tatur, miſsi aũt fuerunt ad prędicandum. Secundũ illud
1. Corint.1. Non miſit me CHRISTVS baptizare, ſed 1.Cor.1.c
euangelizare. Fuerunt ad prædicandum miſsi, non rem
paruam, ſed magnam, ſcilicet regnum Dei. Per quod po
teſt intelligi doctrina veritatis. Iuxta illud Matt.21. Aufe Matt.21.d
retur à vobis regnum Dei, & dabitur gẽti faciẽti fructus ¶Regnũ
eius. Poteſt etiam dici gratia ſpiritus ſancti, ſecundum Dei.
illud. Rom.14. Non eſt enim regnum Dei eſca & potus, Rom.14d
ſed iuſtitia, & pax, & gaudium in ſpiritu ſancto. Infr.17. Infra.17.c
Ecce enim, regnum Dei intra vos eſt. Poteſt etiam dici
gloria æterna. Iuxta illud Ioan.3. Amen amẽ dico vobis Ioan.3.a.
niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu ſancto, nõ po-
teſt introire in regnũ Dei. Omnibus his modis Apoſto-
li ſunt miſsi prædicare regnum Dei, ſcilicet veram do-
ctrinam, diuinam gtatiam, & æternam gloriam. Et quia
propter authoritatem prędicationis conceſſerat poteſta
« tem curationis. Ideo ſubdit. (Et ſanare infirmos.) ſcilicet
miſit, ad confirmationem veritatis predicatæ ſecundum
illud Marci.16. Illi aũt profecti, predicauerunt vbiq; do- Mar.16.d
mino cooperante. & ſermonem confirmante ſequẽtibus
ſignis, Vnde ſignum miſsionis ſpiritualis prędicationis, ¶Tria
ad predicandũ, eſt ſanatio audiẽtium à morbis vitiorũ. ſũt ſigna
¶Tria aũt ſunt ſigna euidẽtia, quibus probatur vtrum quibus
prędicator à domino ſit miſſus, ad euangeliu[illegible]rędicã- probatur
dum. Primum eſt authoritas mittẽtis cuiuſmodi eſt pon nũ prædi
tificis & maxime põtificis ſummi, qui eſt loco Petri, imò cator à
IESV CHRISTI, vnde qui ab eo mittitur, a CHRI- deo ſit
STO mittitur. Secundum eſt zelus animarũ in perſona miſſus.

quę

M.E.C.D. 2017

quę mittitur,quando ſcilicet principaliter quęrit Dei ho
norem & animarum ſalutem. Tertium eſt fructificatio,
& conuerſio auditorum.Per primum ſunt nuncij patris
per ſecundum filij,per tertium ſpiritus ſancti . De primo
pſal.44.d Pſalm.44.Pro patribus tuis nati ſunt tibi filij, & cætera.
Luc.10.c. Et Luc.10. Qui vos audit me audit,& qui vos ſpernit,
me ſpernit , qui aũt me ſpernit , ſpernit eũ qui mi ſit me.
Actu. 5.a. Vñ dicebat Petrus Ananię Act .5. Nõ eſt mẽtitus hoĩbus
2.Co.4.b. ſed Deo &c̃.De ſecundo.2.Cor.4. Nõ enim noſmetipſos
2.Co.12a. prędicamus,&c̃.Et.2.Corin.12.Nõ enim quęro quę veſtra
Ioan.15.c ſunt,ſed vos.De tertio Ioãnis.15..Poſui vos vt eatis & fru
ctum afferatis,& fructus veſter maneat. Et qui ſic mitti-
Iſaię.61.a tur, poteſt dicere illud Iſaię ſexageſimo primo. Spiritus
domini ſuper me,eò quòd vnxerit me & cætera .

¶Et ait ad illos.Nihil tuleritis in via & cætera.) Poſt ex-
plicationem authoritatis commiſſę,ſubditur deſcriptio
honeſtatis iniunctæ . Hæc autem conſiſtit in tribus, ſci-
licet in paupertate victus,tenuitate veſtitus, & humilita
te conuictus. Primo ergo , quantum ad paupertatem in
victu , dicitur:

Et ait ad illos:Nihil tuleritis in via .) Occaſione ſcili- »
cet temporalis ſuſtentationis , vt exemplo prædicetis il-
1.Tim.6b lud primę Timothæi ſext.Nihil intulimus in hunc mun-
dum,haud dubium quòd nec auferre quid poſſumus.Et
vt magis innoteſcat , deſcendit ad ſpeciale, cum ſubdit.
(Neque virgam.)Scilicet ad ſuſtentandum . (Neque pe- „
ram.)Ad reponendum.(Neque panem.)Ad manducan- „
dum.(Neque pecuniam.)Ad emendum. In quo eſt pro- „
hibitio omnis præſidij temporalis. Vt oſtendatur,quod
prædicator,ex magnitudine ſpei, ſoli Deo debet inniti.
1.Pet.5.b. Secundum illud primæ Petri quinto . Omnem ſolicitu-
dinem veſtram proijcientes in eum , quoniam ipſi cura
Frãciſcus eſt de vobis.Vnde etiam Beatus Franciſcus quando mit
tebat fratres ad prædicandum, dicebat eis illud Pſalmi.
pſalm.54. Iacta co[illegible]tatum tuum in domino,& ipſe te enutriet . In
Auguſti . hoc autem non prohibet, (vt dicit Auguſtinus) ſtudio-
ſam prouidentiam, ſed curioſam ſolicitudinem. Secun-
Matt.6. d dum illud Matthæi ſexto. Nolite ſoliciti eſſe in craſtinũ
Craſtinus enim dies ſolicitus erit ſibiipſi : Sufficit diei
malitia

malitia ſua. Et ideo ad huius prȩcepti rectã intelligentiã quod vnus euãgeliſta ſcilicet Lucas negat, alter affirmat ſcilicet Marcus. 6. Vbi dicitur. Et prȩcepit eis Ieſus ne qd tollerẽt in via, niſi virgã tãtũ. Super quo dicit Auguſt de cõcordia euãgeliſtarũ. Vtrũq; prȩceptũ eſt à dño, vt nihil niſi virgam ferrent, & vt neq; virgam ferrent. Virgam nõ ferre eſt ſolicitum non eſſe: nihil niſi virgam ferre, eſt vti conceſſa prædicatoribus accipiendi poteſtate. Vt Lucæ 10. In eadem domo manete edentes & bibentes quæ apud illos ſunt. Literalis autem obſeruantia huius præcepti eſt exemplum perfectorum prædicatorum perfectè CHRISTVM imitantium. In quorum perſona Petrus Matthæi. 19. dicit. Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te, quid ergo erit nobis? Sed ſpiritualis obſeruantia ad omnes ſe extendit, vt prædicator veritatis, ſit contemptor terrenitatis; alioquin, ſi annunciant verbum Dei cupiditate lucri, non ſunt diſcipuli CHRISTI, ſed Balaam harioli. Secũdum illud ſecundæ Petri ſecundo. Cor exercitatum in auaritia habentes, maledictionis filij, derelinquentes rectam viam, id eſt paupertatis, de qua hi errauerunt, ſecuti viam Balaam ex Boſor, qui mercedem iniquitatis amauit. Vnde prædicator veritatis, ſuper omnia vitare debet vitium cupiditatis, alioquin, non erit prȩdicator veritatis ſed adulator. Propterquod primæ Theſſalonicenſes ſecundo. Neque enim aliquando fuimus in ſermone adulationis, ſicut ſcitis. Neque in occaſione auaritiȩ, Deus teſtis eſt. Sciebat enim quod ex hoc iram Dei prouocaret. Sicut dicitur Michiæ tertio. Principes eius in muneribus iudicabant, & ſacerdotes eius in mercede docebant, & prophetæ eius, in pecunia diuinabant, & cȩtera. Et ob hanc cauſam ſubditur. Sion quaſi ager arabitur &c̃.

Mar. 6. b. Auguſti. Luc. 10. b Matt. 16 d 2. Pe. 2. c. c 1. Theſ. 2 a Mich. 3. d

Secundo quantum ad tenuitatem in veſtitu, ſubditur (Neque duas tunicas habeatis.) Vt ſic concordet doctrina magiſtri doctrinæ præcurſoris, ſecundum illud Lucȩ tertio. Qui habet duas tunicas, det non habenti. Et ſecundum illud Apoſtoli primæ Timothæi ſexto. Habentes aũt alimẽta, & quibus tegamur, his contẽti ſimus. In hoc aũt quod nõ prohibet ſimplex veſtimentũ, ſed duplex

Ibidem.

concedit

M.E.C.D. 2017

concedit neceſsitatem, & vetat curioſitatem & ſuperflui-
tatem. Curioſitatem in imitatione, & ſuperfluitatem in
Beda. poſſeſsione. Vnde Beda ſimplex veſtimentũ eſt quicquid
neceſſarium eſt alicui ſecundum qualitatẽ loci Vel tẽpo-
ris. Duplex, quod eſt vltra neceſsitatẽ, & hoc manifeſtũ
eſt in ipſo domino, qui præter tunicam inconſutilẽ, ha-
buit alia veſtimẽta quæ fuerunt diuiſa. vt dicitur Ioan-
Ioan.19e nis.19. Secũdum ſpiritualẽ aũt intelligẽtiam, ptohibetur
¶Spiritu duplicitas ſimularionis & hypocriſis, ne aliam veſtẽ ha-
aliter. beat in occulto, & aliam in aperto. Ne ſint de illis de qui-
Matt.7.c. bus dicitur Matt.7. Attẽdite à falſis prophetis, qui veniũt
ad vos in veſtimẽtis ouium, intrinſecus aũt ſunt lupi ra-
paces. Hoc ſimiliter declinans beatus Franciſcus cũ in-
firmaretur, noluit fruſtum pellis ponere intrinſecus ante
pectus, niſi etiam poneret exterius.

Tertio Vero quantũ ad humilitatẽ in conuictu, ſub-
iungit. (Et in quãcunq; domũ intraueritis, ibi manete.) »
Contenti ſcilicet exiſtẽtes illo hoſpitio. (Et inde ne exea »
tis.) propter melius requirẽdum, quia ſicut dicitur Eccle »
Eccli.29d ſiaſtici.29. Vita nequam hoſpitandi de domo in domum
&c̃. Mutatio nanq; hoſpitij, teſtatur impatientiam, quæ
pro modica cauſa mouetur, & non poteſt quieſcere. Se-
Ier.14.b. cundum illud Ier.14. Hæc dicit dominus, populo huic,
qui dilexit mouere pedes ſuos, & non quieuit, & domi-
no non placuit. &c̃. Et hoc maxime vitandum eſt à præ-
prou.19b dicatore, quia ſecundum illud prouerb.19. Doctrina viri
Ambroſi. per patientiam noſcitur, & ideo Ambroſius. Alienum eſt
à predicatore curſitare per domos, & immobilis hoſpitij
iura violare. Huius aũt inconſtantiæ & impatientiæ ma-
ter eſt ſuperbia, quæ cũ nullo poteſt in pace cohabitare.
prou.13.b Secũdũ illud prou.13. Inter ſuperbos ſemper iurgia ſunt,
Et quoniam veræ humilitatis eſt nullius ſocietatẽ recu-
ſare, nec etiam alij oneroſum eſſe, ideo ad perfectionẽ hu-
militatis ſubditur. (Et quicunque non receperint vos.) »
deſpici[illegible]do ſcilicet veſtram doctrinam, ſicut illi, qui etiã
Ioan.1.b dominum non receperunt. Ioannis primo. In propria
venit, & ſui eum non receperunt. Et quia hoc eſt magnũ
delictum cui non eſt cõmunicandum, ideo ſubdit. (Exe- »
untes de ciuitate illa.) Declinando ſcilicet eorum nequi- »
tiam,

M.E.C.D. 2017

tiam. Iuxta illud. Num. 16. Recedite à tabernaculis ho- Num. 16. d
minum impiorum, & nolite tangere quæ ad eos perti-
nent, ne inuoluamini in peccatis eorum. Et Isa. 52. Rece- Isaię. 52. c.
dite, recedite, exite inde, pollutum nolite tangere. Et Ie-
rem. 48. Relinquite ciuitates, & habitate in petra. Et hoc Iere. 48. d
ne inquinentur sordibus alienis, propter quod addit:
" (Etiam puluerem pedum vestrorum excutite in testimo-
" nium supra illos.) Ad ostendendum scilicet vestram in-
nocentiam. Hoc fecerũt Barnabas & Paulus, de quibus
Act. 13. Dicitur, quòd excusso puluere pedum suorũ, vene- Actu. 13. g
runt Iconium. Puluerem autem de pedibus excutere, est ¶Puluerẽ
nihil de vana hominũ gloria permittere, suis affectibus pedũ ex-
adhærere. Vana enim gloria rectè per puluerem designa- cutere, qd
tur, quæ eleuatur per ventum, secundum illud, Psal. Erit psalmo 1.
tanq̃ puluis quem proiicit ventus à facie terræ.

¶Egressi autẽ circumibat, & cæt.) Post authoritatẽ com-
missam & honestatem iniunctam, subiungit hic tertio
euangelista vtilitatẽ adiunctam. Quadruplex autẽ vtili-
tas ostenditur ad prædicationẽ Apostolorum subsequu-
ta, scilicet excitatio hominum ad audiendum, excitatio
audientium ad conferendum, excitatio conferẽtium ad
admirandum, excitatio admirantium ad conspiciẽdum
Primo ergo quantum ad excitationẽ hominum ad au-
diendum dicitur:

" Egressi autẽ circumibãt per castella euãgelizantes &
" curantes vbiq̃.) Ità vt iam inciperet impleri illud. Psal.
In omnem terrã exiuit sonus eorũ, & in fines orbis terrę psalm. 18.
verba eorum. Licet enim nõ oẽs doctrinam eorum cape
rent, tamen propter miracula volebant doctrinam audi-
re. Vnde Actuũ. 8. dicitur: Intendebant autem turbæ his Actu. 8. a.
quæ à Philippo dicebantur, vnanimiter audientes, & vi
dentes signa quæ faciebat. Et ideo isti non solũ prædi-
cabant, sed etiam vbique curabant, vt omnes studio eo-
rum & verbo & signo excitarentur ad audiendum. In
quo explicatur non solum auditorum vtilitas sed & prę
dicatorum fidelitas. Quia enim. (Circumibat.) Osten-
duntur immunes ab otiositate. Quia, (Per castella.) Im
munes ab elatione. Quia. (Euangelizantes.) Immunes
à nugacitate. Quia. (Curantes vbiq̃.) Immunes à per-

M.E.C.D. 2017

ſonarum acceptione. Et ideo finem habebant in ſe, qui eſt ſufficiens ad perſuaſionem, & auditorum excitationem. Et hic eſt primus finis & generalis.

Secundus finis, ſiue vtilitas ſpecialis, eſt excitatio audientium ad conferendum, quantum ad hanc dicitur, (Audiuit autem Herodes Tetrarcha omnia quę fiebant ab eo.) Ita quòd fama nominis CHRISTI non ſolum per Apoſtolos deferebatur ad plebes, ſed etiam ad
Actu.9.c. Reges. Sicut de Paulo dicitur. Actuũ. nono. Vas electionis eſt mihi iſte, vt portet nomen meum coram gentibus & regibus, & filiis Iſrael. Ego enim oſtendam illi quãta oporteat eum pro nomine meo pati. Vnde iam auditores
Ioſue.9.b poterant dicere illud, quod dixerunt Gabaonitæ. Ioſue. nono. Audiuimus famam potentiæ Dei tui cuncta quæ fecit in Aegypto, & duobus principibus Amorrhęorum qui fuerunt trans Iordanem, Sehon regi Heſebon, & Og regem Baſan, qui erãt in Aſtaroth, dixeruntq; nobis ſeniores, & omnes habitatores terræ noſtræ, ſerui vnde ſumus. fœdus inite nobiſcũ. Et ex hoc auditu excitatus eſt ad inquirendum, & ad dubitandum, propter varietatem opinantium. Vnde ſubditur. (Et hæſitabat, eò quòd diceretur à quibuſdam. Quia Ioannes ſurrexit à mortuis.) Et huic opinioni magis adhærebat He-
Matt.14.a rodes. Vnde Matthæi. decimoquarto. Audiuit Herodes Tetrarcha famam IESV: & ait pueris ſuis. Hic eſt Ioannes Baptiſta, ipſe ſurrexit à mortuis, & ideo virtutes operantur in eo. Hæc autem opinabatur propter eminentiam ſanctitatis vitæ, quia ſicut dicitur, Marci ſexto.
Marc.6.c. Herodes autem metuebat Ioannem, ſciens eum virum iuſtum & ſanctum. Huic autem opinioni non firmiter adhærebat: ideo dicitur, quòd hæſitabat, id eſt, vacillaIaco.1.a. bat. Secundum illud Iacobi primo. Qui hæſitat, ſimilis eſt fluctui maris, qui à vento mouetur, & circumfertur. Et hoc erat propter alias opiniones, vnde ſubdit (A quibuſdam vero, Quia Elias apparuit.) Dicebatur, ſcil[illegible]. Et hæc opinio videbatur probabilis propter eminentiam poteſtatis. Eccleſiaſtici quadrageſi-
eccli.48.a mooctauo. Surrexit Elias propheta, quaſi ignis. Et ſequitur: Sic amplificatus eſt Elias in mirabilibus ſuis. Et

hæc

M.E.C.D. 2017

hæc opinio credibilior videbatur, quia ſicut dicitur, Ioannis decimo. Ionnes quidem ſignum fecit nullum. Ioan. 10g
Vnde CHRISTVS faciens miracula magis videbatur Elias, ſed tamen huic non omnes aſſentiebant, propter quod addit. (Ab alijs autem, Quia propheta vnus de antiquis ſurrexit.) Et hæc opinabantur propter notitiam veritatis. Quia ſecundum illud, Amos tertio. Amos. 3. b
Non faciet dominus Deus verbum, niſi reuelauerit ſecretum ſum ad ſeruos ſuos prophetas. Et ſic patet quod triplex erat opinio, propter triplicẽ excellentiam quam audiebant de CHRISTO, ſcilicet ſanctitatis, poteſtatis & notitiæ veritatis. Et ideo inuicem conferebant, & quidam hoc, & quidam illud credebant.

Tertius autem finis fuit excitatio conferentium ad
" admirandum, ideo ſubdit. (Et ait Herodes, Ioannem
" ego decollaui.) Tanquam ſcilicet hominem mortalem, & paſsibilem. Hunc decollauerat Herodes propter Ioannis veritatem, & Herodis malignitatem. Secundum quod dicitur. Matthæi decimo quarto. Dicebat Herodi Matt. 14. a
Ioannes: Non licet tibi habere vxorem fratris tui. Et ſequitur poſtea, Quod ob hanc cauſam eum decollauit. Et ita ex ipſa morte iudicat in Ioanne, quantumcunque magnus prædicaretur, infirmitatem eſſe. Et propterea ex hac comparatione, admirabatur CHRISTI
" virtutem. Vnde ſubdit. (Quis eſt autem iſte, de quo
" ego talia audio?) Id eſt, tam magna mirabilia. Vnde poterat dicere, Quis Deus magnus ſicut Deus noſter? Tu pſal. 76.
es qui facis mirabilia, qualia ſcilicet, non erant audita, Secundum illud, Ioannis nono. A ſeculo non eſt audi- Ioan. 9. f.
tum, quia quis aperuit oculos cæci nati. Niſi eſſet hic à deo, non poterat facere quicquam.

Quartus finis fuit excitatio admirantium ad con-
" ſpiciendum., propter quod ſubditur. (Et quærebat vide-
" re eum.) Libenter enim videmus quod admiramur. Hoc tamen nõ eſt tũc aſſequutus. Secundũ quod dicitur, Lucæ decimo. Dico enim vobis, quod multi prophetæ, & Infra. 10d
reges voluerunt videre quæ vos videtis, & non viderunt, & cætera. Hoc etiam non fuit aſſequutus, quia non ſtudioſè quæſiuit. Vnde Prouerbiorum decimoquarto.

M.E.C.D. 2017

Quærit deriſor ſapientiam, & non inuenit. Vnde valdè ſolicitè eſt conſiderandum qualiter debet deus quęri, vt poſſet à quærentibus inueniri, & videri.

¶ Et reuerſi apoſtoli, &c.) Poſt informationem apoſtolorum factam per verbum ſiue præceptum, ſequitur hic informatio eorũdem per factum ſiue per exemplum. Habet autem hæc pars partes duas. In quarum prima informat per exemplum familiare. In ſecunda vero per figurale, ibi. (Dies autẽ cœperat declinare, &c.) Primum attenditur in turbarum eruditione ſpirituali. Secũdum in eorum refectione corporali, quæ formam & figuram gerit refectionis ſpiritualis. Spiritualis autẽ eruditio turbarũ à domino (in qua tribuitur forma prædicatoribus in docendo fidelem populum) explicatur quantum ad quatuor, quę requiruntur in prędicando. Primũ eſt fidelitas conſortij. Secundum eſt opportunitas loci. Tertiũ docilitas populi. Quartum autẽ affabilitas magiſtri. Vt ſic nihil deſit verbo dei, nec ex parte aſsiſtentium, nec ex parte aduerſantium, nec ex parte audiẽtium, nec ex parte docentium, quin verbum domini habeat debitum effectum. Primo igitur quantum ad fidelitatem conſortij dicitur.

Inf.co.b.

Et reuerſi Apoſtoli, narrauerunt illi quæcunque fecerũt.) In quo apparet illorum fidelitas, quia ad diuinum conſortium celeriter redierunt. Vnde fuerunt non ſicut coruus, de quo. Geñ. 8. Qui egrediebatur, & non reuertebatur ſed ſicut columba de qua dicitur, quòd cum nõ inueniſſet vbi requieſceret pes eius, reuerſa eſt ad eum in arcam: tanquam fidelis amica, ſic & apoſtoli columbina ſimplicitate prædicti, ſunt ad CHRISTVM celeriter reuerſi, tanq̃ fideles nuncij. Apparet etiam eorum fidelitas, quia nihil deo cœlauerunt, ſed. (Nan auerunt ei quęcunq; fecerunt.) Non vt dominum erudirent, quem nihil later: ſed vt oſtenderẽt ſe etiam nolle latere, ſi latere poſſent. Diuerſum dicitur. Iſaię. 29. Væ qui profundi eſtis corde, vt à domino abſcondatis conſilium, &c. Vel ideo (Narrauerunt.) Vt de bonis factis non quærerent ſibi gloriam, ſed omnia referrent in Deum, ſecundum illud. primæ Corinth. 10. Omnia in gloriam dei facite, ſine offenſio

Gene.8.b

Iſaię.29.c.

1.Cor.10g

fenſione, & cæter. Contra illos qui dicunt illud. Deute-
ron. trigeſimoſecundo. Manus noſtra excelſa, & non do Deut. 32. d
minus, fecit hæc omnia.

Secundo vero quantum ad opportunitatem loci, ſub-
« dit: (Et aſſumptis illis.) Tanq̃ fidelibus ad conſortium.
« (Seceſsit ſeorſum in locum deſertum, qui eſt Bethſaidę.)
Tanquã ad locum quietum & tranquillum. Vnde dicit
eis dominus. Mar. 6. Venite ſeorſum in deſertum locũ, & Mar. 6. d.
requieſcite puſillum. Et hic locus eſt aprus eruditioni, ſe-
cundum illud. Oſeę. 2. Ducam eam in ſolitudinẽ, & lo- Oſeę. 2. c.
quar ad cor eius. Hic autem locus deſertus erat iuxta ſta
« gnũ Genezareth, quod apparet ex hoc quod dicit (Beth
« ſaidæ.) Eſt autẽ Bethſaida ciuitas Andreæ & Petri, ſicut
dicitur. Ioan. 1. Et nota quòd nõ dicit Bethſaidam, quaſi Ioan. 1. f.
iuxta illam ciuitatẽ, vel in ciuitate: ſed Bethſaidæ, quia
remotus erat locus in confinibus ciuitatis Bethſaidę. Vn
de. Marc. 6. dicitur: Quòd poſt ſaturationem quinque Marc. 6. f.
millium virorum, coegit diſcipulos ſuos aſcendere na-
uim, vt præcederent eum trans fretum ad Bethſaidam.
Vnde non eſt contrarietas, ſed vnus explanauit quod
alter tacuit.

Tertio vero quantum ad docilitatem populi, adiun-
« git: (Quod cum cognouiſſent turbę, ſecutę ſunt illum.)
« Vt ſcilicet doctrinam eius exciperẽt, quem deſiderabant.
Secundum illud. Oſeę. 6. Sciemus, ſequemurq̃, vt cogno Oſeę. 6. b.
ſcamus dominum. Vnde Beda in gloſſa. Secutę ſunt nõ Beda.
in iumẽtis, non in vehiculis, ſed proprio labore pedum,
vt ardorem mentis oſtenderent. Vnde dicitur. Marci. 6. Mar. 6. e.
Et cognouerunt multi: & pedeſtres de omnibus ciuita-
bus cucurrerunt illuc. Ratio autem huius redditur. Io- Ioan. 6. a.
annis. 6. Vbi dicitur, Poſt hæc abiit IESVS trans mare
Galileę, quod eſt Tiberiadis, & ſequebatur eũ multitudo
magna, quia videbant ſigna quę faciebat, &c.

Quarto vero, qnantum ad affabilitatem magiſtri,
« ſubiungit: (Et excepit eos.) In quo oſtenditur benigni-
tas CHRISTI in ſigno, ad quam hortatur Apoſtolus.
Rom. 15. Suſcipite inuicem, ſicut & CHRISTVS ſuſce- Rom. 15 b
pit vos in honorem dei. Nec tantum in ſigno, ſed & in
« verbo. Vnde addit: (Et loquebatur illis de regno Dei.)

M.E.C.D. 2017

Quasi sermone affabili & familiari, vt verè ostendatur
psal.21. impletum illud Psalmist. Narrabo nomen tuum fratribus meis,& cætera. Licet autem loqueretur affabiliter, non tamen inutiliter, non carnaliter: quia de regno dei
1.Pe.4.c. non de mundo. Vnde primæ Petri.quarto. Si quis loquitur,tanquam sermones dei.Et Ioann.tertio.Qui est
Ioan.3.d: de terra,de terra est,& de terra loquitur. qui de cœlo venit,super omnes est. Sequitur, Quem enim misit Deus,
Ioan. 6.g veba Dei loquitur. Et Ioannis sexto, dicit Petrus, Domine ad quem ibimus? Verba vitæ æternæ habes. Nec tãtum se exhibuit affabilem verbo & signo,sed etiam facto. Vnde subditur. (Et eos qui cura indigebant, sanabat.) In quo ostenditur perfectio dilectionis, de qua.
1.Ioã.3.c. primæ Ioannis tertio. Filioli mei, non diligamus verbo, neque lingua, sed opere, & veritate. Quia qui vi-
Ibidem. derit fratrem suum necessitatem habere, & clauserit viscera sua ab eo, quomodo charitas Dei manet in eo? Talem enim consuetudinem habuit CHRISTVS.
Actu.10.f Vnde,Actuum.decimo.dicitur de eo, Quòd pertransiit benefaciendo, & sanando omnes oppressos à diabolo, non solum benè loquendo. Vnde in hoc eruditur prædicator seu prælatus, vt se benignum exhibeat ouibus suis, scilicet signo, verbo, & facto. In cuius rei signum
Ioan.21.f dictum est ter Petro. Ioannis vigesimo primo. Pasce oues meas,& cætera.

¶Dies autem cœperat declinare, & cæter.) Post informationem discipulorum per exemplum familiare, subditur informatio per factum figurale, & hoc in turbarum refectione. Circa cuius expressionem duo introducuntur ab Euangelista. Primum est opportunitas ex parte indigentiæ multitudinis. Secundum est liberalitas ex parte misericordiæ saluatoris. Et hoc ibi: (Ait autem ad discipulos suos: Facite illos discumbere per conuiuia,& cæter.) Opportunitas ex parte indigentiæ multitudinis exprimitur quantum ad quatuor. Scilicet, quantum ad tarditatem diei, quantum ad sterilitatem loci, quantum ad paucitatem cibi, & quantum ad numerositatem populi. Et sic conficitur ista opportunitas ex circunstantia temporis, loci, quantitatis cibi,

& pera

& perſonarum. Primo ergo quantum ad diei tarditatem dicitur.

« Dies autem cœperat declinare.) Et ita tempus erat ſumendi refectionem, ſicut dicitur Luce vigeſimo quarto. Quoniã adueſperaſcit, & inclinata eſt iam dies. In quo etiam apparet mira turbarum deuotio, quæ propter auditum diuini verbi oblitæ eſſent corporalis cibi. Simile legitur Actuũ vigeſimo. Quod Paulus protraxit ſermonem vſque ad mediam noctem. Luc.24.c. Actu.20.b

Secundo vero quantum ad loci ſterilitatem ſubditur.

« (Et accedentes duodecim, dixerunt illi, Dimitte turbas.) Et ad hoc perſuadendum mouebat loci ſterilitas. Vnde « ſubdit. (Vt euntes in caſtella villaſque quæ circa ſunt, di« uertant & inueniant eſcas,) ne ſcilicet fame pereant. Et hoc eſt conſilium ſanum quod fecerunt filij Iſrael. Geneſis quadrageſimo tertio. Deſcendentes fratres Ioſeph decem, vt emerent frumenta in Aegypto. Sic etiam Apoſtoli Ioãnis quarto. Diſcipuli autem IESV abierant in ciuitatem vt cibos emerent. Sic & iſti conſulebant nunc propter loci ſterilitatem & penuriam. Vnde & ſubdunt. « (Quia hic in loco deſerto ſumus.) vbi eſt defectus cibi. Secundum illud Exodi ſextodecimo. Cur induxiſti nos in deſertum iſtud, vt occideretis omnem multitudinem fame? Et quia difficile eſt inuenire refectionem in deſerto, Ideo dicebant illud Pſalmi. ſeptuageſimo ſeptimo. Nunquid poterit deus parare menſam in deſerto? Hæc dicebant increduli detrahentes diuinæ potentiæ. Sed Apoſtoli dicebant conſulendo humanę indigentię, quia nolebant dominum tentare. Gen.43.a. Ioan.4.a. exo.16.2. pſal.77.

Tertio vero quantum ad cibi modicitatem, ſubditur.

« (Ait autem ad illos, Vos date illis manducare,) Vos tanquam eorum prælati. Secundum illud primę Petri quinto. Seniores paſcite qui in vobis eſt gregem dei. Hoc autem dicit vt ex eorum reſponſione cognoſcatur cibi modicitas, propter quod additur. (At illi dixerunt. Non « ſunt nobis plus quàm quinque panes & duo piſces.) Ex quo apparet diſcipulorum inopia, non ſolum ad reficiendam turbam, ſed etiam ad propriam famem mitigandam. Et vt magna oſtendatur inopia, Ioannes 1.Pet.5.a.

M.E.C.D. 2017

Ioan.6.a exprimit genus panũ. Dicitur enim Ioã. quinto. Est puer vnus hic qui habet quinq; panes ordeaceos & duos pisces: sed hæc quid sunt inter tantos? Similes erant in hoc illi viduæ cuius farinam multiplicauit Elias, tertij Regũ
3.Re.17.b. decimo septimo. Viuit dominus deus tuus, quia non habeo panẽ nisi quantum pugillus capere potest farinæ in
4.Re.4.g hydria. Et. 4. Regum. 4. Dixit minister Eliseo. Quantum est hoc vt apponam coram centũ viris? Similiter responderunt hic Apostoli vel Andreas in persona omniũ, sicut
Ioan.6.a. dicitur Ioan. sexto. Vel ipse prius & post alij, & sic nõ est contrarietas. Qualitercunq; dicta sint hæc verba ostendunt impotentiam discipulorũ ad reficiendam turbam, Ne tamen hæc crederẽtur dicere, non propter impotentiam, sed propter pigritiam. ideo offerunt obsequiũ ad emptionẽ ciborum cum adiungunt. (Nisi forte nos eamus & emamus in omnem hanc turbam escas.) Et hoc quidem potest esse verbum offerentiũ obsequium. Iuxta
Mar.6.e. illud. Marci sexto. Euntes emamus ducentis denarijs panes, & dabimus illis mãducare. Vel potest esse verbum ostendentium impotentiam ad reficiendum, non solum quantum ad panes habitos, verum etiam quantum ad
Ioan.6.a. pretium. Vnde dicitur Ioannis sexto. Ducentorũ denariorum panes non sufficiunt eis, vt vnusquisq; modicum quid accipiat. Et quidam de discipulis dixerũt vno modo, quidam alio. Et Ioãnes exprimit vnũ, Marcus alium, Lucas vero in prædicto sermone includit vtrunq;, quod patet ex ipsa sermonis varia prolatione.

Quarto vero quantum ad populi numerositatem, subditur. (Erant autẽ ferè viri quinq; millia,) At per hoc, tanta multitudo vt pro vno pane essent mille viri. Vnde viros nominat & numerat, ex quo apparet quanta erat reliquorum turba præ sui multitudine non numerata.
Matt.14.c Vnde Matthæi decimo quarto dicitur. Quod manducantium fuit numerus quinque millia virorum, exceptis mulieribus & paruulis. Ideo autem numerum exprimit, quia propter quinque competebat legi, quæ homines sensibiles & carnales informabat. Propter perfectionem autem millenarij competebat ad susceptionem doctrinæ perfectionis euangelicæ.

¶ Ait aũt

M.E.C.D. 2017

¶Ait autem ad discipulos, &c̃.) Post opportunitatem ex parte indigentiæ multitudinis, subdit hic liberalitatem ex parte munificentiæ saluatoris. Manifestatur autem saluatoris liberalitas in quatuor, in conuiuãtium ordinatione, victualium multitudine, ministrantium vrbanitate, manducantium saturitate. Vt sic ostendatur perfecta liberalitas per ordinem discumbentium, multitudinem victualium, promptitudinem ministrantium, & plenitudinẽ manducantium. Primo quantũ ad discumbentium ordinationem, dicitur,

" Ait autem ad discipulos suos. Facite illos discumbere
" per conuiuia quinquagenos, Et ita fecerũt.) Decet enim magnificum & liberalem dominum ordinem attendere in disponendo. Iuxta quod dicitur tertij Regũ decimo. Videns regina Saba omnẽ sapiẽtiam Salomonis, & domum quam ędificauerat, & cibos mensæ eius, & habitacula seruorum, & ordines ministrantiũ &c̃, non habebat vltra spiritum. Hæc autem fuit dispositio ordinationis cum determinatione numeri. Vnde Marci sexto dicitur quod discubuerunt in partes per centenos & quinquagenos, quinquagesies enim centum, sunt quinq; millia. Ideo autem exprimitur numerus quinquagesimus quia per quinarium magis competebat legi, & etiam in quinario erant panes refectionum. Ex hoc autem ostendit CHRISTVS suam miram sapiẽtiam qua numerũ virorum præsciebat, & discipulis ex sessione notificabat. Nec mirum quia ipse erat de quo dicitur Sapiẽ. 11. Omnia in mensura & numero & pondere disposuisti.

3.Re.10.a

Marc.6.f.

Sapi.11.d

Secundo vero quantum ad victualiũ multitudinem,
" dicitur. (Acceptis autem quinq; panibus & duobus piscibus, suspexit in cœlum, & benedixit illis.) In qua benedictione fuit panum multiplicatio. Iuxta illud Genesis primo. Benedixitq; illis deus, & ait. Crescite, & multiplicamini, & replete terram. Et Gene. trigesimo. Dixit ad Iacob Laban. Experimẽto didici quia benedixit mihi deus propter te. Ideo autem benedicẽdo respexit in cœlum vt ostenderet quod talis multiplicatio non erat virtute terrenà sibi tradita, sed cœlesti virtute sibi reseruata in prioribus causis, de qua in Psalmo dicitur. Omnia quęcunque

Gene.1.d

Gen.30.d

psalm.134

M.E.C.D. 2017

cunq; voluit dominus fecit in cœlo & in terra, in mari, & in omnibus abyſsis. Et nota quod dicitur Reſpexit & Benedixit, Reſpexit quidem ex humanitate, & Benedi-
pſal'o. 134 xit ex diuina virtute, Pſal. Leuaui oculos meos in mon-tes: vnde veniet auxilium mihi.

Tertio vero quantum ad miniſtrantiũ vrbanitatem, ſubditur. (Et fregit, & diſtribuit diſcipulis ſuis vt ponerẽt 12.
ante turbas.) Ipſi enim erant nobiles CHRISTI mini- 13.
ſtri, & diſpenſatores, & prompti ad ſeruiendum, ſecundũ
1.Co. 4.a illud primæ Corinth. quarto. Sic nos æſtimet homo vt miniſtros CHRISTI & diſpenſatores myſteriorum dei. Decet enim nobilem dominũ nobiles habere mini-
Eſter. 1. b. ſtros, ſecundũ illud Eſther primo. Sicut rex ſtatuerat, prę-ponens menſis ſingulos de principibus ſuis, vt ſumeret vnuſquiſque quod vellet. In curia autem IESV CHRI-STI nobiliores miniſtrant & ſeruiunt, ſicut dicitur Lu-
Luc. 22. c. cę vigeſimo ſecundo. Qui maior eſt in vobis, fiat ſicut minor: & qui pręceſſor eſt, ſicut miniſtrator.

Quarto vero quantum ad manducantium ſaturita-tem, dicitur. (Et manducauerũt omnes, & ſaturati ſunt.) 23.
pſal'o. 21. Ita vt verificaretur illud Pſalm. Edent pauperes & ſatu-rabuntur: & laudabunt dominum qui requirunt eum,
pſal'o. 77. &c̃. Et illud, Manducauerũt & ſaturati ſunt nimis. Satu-rati inquam ſaturitate iuſtitiæ de qua Prouerb. decimo
prou. 13. d tertio. Iuſtus comedit & replet animã ſuam. Beati enim qui eſuriũt & ſitiunt iuſtitiam: quoniam ipſi ſaturabun-
Matt. 5. a tur. Matthæi quinto. Non ſaturitate auaritię, de qua Ec-
eccl's. 5. c. cleſiaſtes quinto. Saturitas diuitis non ſinit eum dor-mire. Quia ſic ſaturatur vt ſemper fameſcat. Et quoniã diuina abundantia excedit noſtram indigentiam, ideo ſubditur. (Et ſublatum eſt quod ſuperfuit illis, fragmen- 24.
torum cophini duodecim.) In quo oſtenditur magnitu- 25.
do ſuperabũdãtię ex cõtinentia vaſorũ & numero, quia duodenarius eſt primus numerus abundans, ſecundum quod tradit Arithmetica. Et ſic impletum eſt illud in cu-
4.Re. 4. g ius figura, q[illegible]irti Regũ quarto. Dixit Eliſeus de paucis panibus. Hæc enim dicit dominus. Comedent, & ſuper-erit, Poſuit itaque coram eis: qui comederũt, & ſuperfuit iuxta verbum domini. Sed ibi non determinatur men-

ſura

M.E.C.D. 2017

ſura tantæ abundantiæ ſicut hic, Et hoc propter maiorem euangelij perfectionẽ & abundantiorem, ſecundum illud Matthæi quinto. Niſi abundauerit iuſtitia veſtra pluſquam Scribarum & Phariſęorum, non intrabitis in regnum cœlorum. Vel propter myſterium. Iſti enim duodecim cophini ſignant duodecim Apoſtolos. Cophini ſunt vaſa humilia, & hi repleti ſunt fragmentis quinque panum ordeaceorum, id eſt, doctrina quinque librorum Moyſi, de quibus primę Corinthiorũ decimo quarto. In eccleſia volo quinque verba ſenſu meo loqui, vt & alios inſtruam, & cętera. Ex quo datur forma prædicantibus, vt non noua de cordibus ſuis adinueniant, quia dominus non creauit nouos panes ad reficiẽdam turbam, ſed ſicut dominus multiplicauit diuina benedictione quinque panes ordeaceos, ſic omnis abundantia verę doctrinæ, ſumi debet ex fundamento ſacræ ſcripturę, multiplicanda per orationem qua in cœlum reſpicitur, & deuotione qua benedicitur, & meditatione qua frangitur, & prædicatione qua diſtribuitur & explicatur. Doctrina enim catholica primo ſumenda eſt de ſacra ſcriptura per lectionẽ, cuius verba ſunt panes, Matth. quarto. Non in ſolo pane viuit homo, ſed in omni verbo quod procedit de ore dei. Sed lectioni debet adiungi oratio. Matthęi ſeptimo. Petite, & dabitur vobis: quęrite, & inuenietis: pulſate, & aperietur vobis. Quęrimus legendo, petimus orando, pulſamus manu operando. Orationi debet adiungi deuotio & gratiarum actio. Vnde Colloſſen. quarto. Orationi inſtate, vigilantes in ea gratiarum actione. Vnde Matthęi decimo quarto. Aſpiciens in cœlum benedixit & fregit, & dedit diſcipulis panes, diſcipuli autem turbis. Deuotioni iungenda eſt meditatio, & veritatis explicatio, quæ non eſt aliud quam fractio panis. Iſaiæ quinquageſimo octauo. Frange eſurienti panem tuum, & egenos vagoſque induc in domum tuam. Et tunc diſtribuitur quando pro capacitate audientiũ miniſtratur Pſalmo. 47. Diſtribuite domos eius, vt enarretis in progenie altera. Et ex hoc audiẽtes ſaturantur, ſecundum illud Eccleſiaſtici decimo quinto. Cibabit illum pane vitæ & intellectus, & aqua ſapientiæ ſalutaris potabit iliũ.

Matt. 5. c.

1 Cor 14 d

Matt. 4. a

Matt. 7. a.

Coloſ. 4 a

Matt. 14 b

Iſaię. 58. c

pſal. 47.

eccli. 15. a

Et ſic

M.E.C.D. 2017

Et ſic patet quod dominus prædicatores informat non ſolum exemplo proprio & familiari, ſed & myſtico & figurali. Plus enim fecit dominus hoc miraculum ad informationẽ mentium, quã ad refectionẽ corporũ. Quo-
Sapi.11.d niam ſicut dicitur Sapiẽ.11. Parcis omnibus: quoniã tua ſunt domine, qui amas animas.

¶Et factũ eſt.cũ ſolus,&c̃.) Poſtq̃ euãgeliſta expreſsit formã prędicãdi. In parte iſta exprimit viã ,pficiẽdi. Ad profectũ autẽ iſta duo conſideranda concurrũt, ſc; aſperitas viæ in qua conſiſtit meritũ, & ſuauitas patriç in qua conſiſtit prçmiũ. Ideo poſt expreſsionẽ aſperitatis viç, expri-
Inf.eo.d. mit ſecundo euangeliſta ſuauitẽ gloriæ, ibi. (Factum eſt autẽ poſt hęc verba,&c̃. Via autẽ ad patriam potiſsimè in duobus conſiſtit, ſcilicet in perfecta cognitione CHRISTI per fidem, & perfecta imitatione per crucẽ. Ideo primo inſinuatur nobis qualiter CHRISTVS per fidẽ eſt cognoſcẽdus, ſecundo vero qualiter per crucẽ eſt imitan-
Ibidem.c dus, ibi. (Dicebat aũt ad omnes Si quis &c̃.) Quantũ ad primũ notandũ q̃ perfecta notitia fidei in quatuor conſiſtit, ſc; in approbatione diuini honoris, reprobatione humani erroris, confeſsione CHRISTI mediatoris, & conſideratione myſterij redemptionis. Ad perfectã enim fidem concurrit approbatio religionis, deteſtatio ſuperſtitionis, confeſsio patẽs, & contẽplatio latẽs. Primo igitur quantũ ad approbationẽ diuini honoris, dicitur.

Et factũ eſt cum ſolus eſſet orans,) vt deo patri debitũ cultum & reuerentiam exhiberet & oſtenderet exhibendum, quæ potiſsimé exhibetur in oratione, Iuxta illud
Ioan.4.c. Ioannis quarto. Venit hora & nunc eſt quãdo veri adoratores adorabunt patrem in ſpiritu & veritate. Nam &
pſalm. 49 pater tales quærit. Vnde in Pſalmo. Inuoca me in die tribulationis: eruam te, & honorificabis me. Quoniam autem hæc reuerentia debet carere omni oſtentatione, ideo dicitur, q̃ ſolus erat orans, ſecũdum illud Matthæi
Matt. 6.a ſexto. Tu autẽ cum oraueris, intra in cubiculum tuũ &c̃. Carere etiã debet omni inquietatione, ideo etiam ſolus
Thre.3. d orabat, ſecundũ illud Thren. tertio. Sedebit ſolitarius & tacebit, quia leuauit ſe ſupra ſe, ne ſcilicet aliquo ſtrepitu
Matt.14.c retrahatur. Et ideo Matthæi.14, dicitur q̃ dimiſſa turba, aſcendit

M.E.C.D. 2017

aſcẽdit in montẽ ſolus vt oraret. Sed quoniam huius re-
uerentiæ non erant diſcipuli perturbatores per inquie-
tudinẽ, ſed approbatores per veram fidẽ. idco ſubditur.
« (Erant cum illo & diſcipuli) Vnde per hoc quod dicit ſo
lus, non excludit conſortium diſcipulorum, ſed tumul-
tum turbarum. Nam diſcipulos tanquam filios admitte
bat. Vnde & dicebat de eis illud quod dicebat apoſtolus
Hebræ .2. Ecce ego & pueri mei, quos dedit mihi Deus. Heb.2.c.
Turbas aũt tanquam ſeruos excludebat, cuius figuram
Abraham geſsit. Gen. 22. quando dixit ad pueros ſuos, Gen.22.a.
Expectate hic in valle cum aſino, ego autem & puer illuc
vſq; properãtes, poſtq; adorauerimus, reuertemur ad vos.
Vel hoc dicitur quia non ratione eiuſdem temporis ſunt
cõiuncti, quia ſolus primo orauit, & immediate diſcipu-
li cũ eo fuerunt. Tamen ſimul iunguntur, quia & ſi Apo-
ſtoli fuerunt abſentes locali circumſcriptione, nihilomi
nus cum eo erant mentali affectu, & fidei approbatione.
Secundum illud Pauli. Colo .2. Etſi corpore abſens ſum Coloſ.2.b
in ſpiritu vobiſcum ſum, gaudẽs & vidẽs ordinẽ veſtrũ.

Secundo quantum ad reprobationem humani erro-
« ris ſubditur. (Et interrogauit illos dicẽs, Quẽ me dicũt
« eſſe turbæ?) Quod non ideo quærebat, vt veritatẽ addi-
ſceret, quam ſciebat fecũdum illud Ioan.2. Opus ei non Ioan.2.d.
erat, vt quis teſtimoniũ perhiberet de homime. Ipſe enĩ
ſciebat quid eſſet in homine, ſed ideo interrogat, vt erro
neam mundanorum ſentẽtiam oſtẽdat veræ fidei inimi-
cam. Vt plurimũ enim plures contrariantur ſapientibus
& turba turbatum habet iudicium. Propter quod Exo.
vigeſimo tertio dicitur. Non ſequeris turbam ad facien- exo.23.a.
dum malum. Nec in iudicio, plurimorum acquieſces
ſententiæ: vt à vero deuies. Et ideo non eſt mirum ſi ani-
males de CHRISTO Deo non recte ſentiebant. Quia
primæ Corinthiorum ſecundo. Animalis homo nõ per- 1.Cor.2.d
cipit ea quæ ſunt ſpiritus Dei &c̃. Propter quod ſubiun-
gitur triplex opinio ſumpta à triplici excellẽtia. Quan
« tum ad primam dicit. (At illi reſponderu[illegible]X dixerunt.
« Ioannem baptiſtam.) Et hoc quia videbant in eo ſpiri-
tum ſanctificationis qui fuit in Ioanne, ſecundum illud
ſupra primo. Erit magnus coram domino. Sequitur. Et Supr.1.b
ſpiritu

ſpiritu ſancto replebatur &c. Sed nec in hoc omnes con
ſentiebant, ideo addit, (Alij autem Eliam.) Scilicet pro» Supr.1.b.
pter zelũ æmulationis, ſecundũ illud Eccl'ci.48. Surrexit eccl'i.48.a
Elias propheta quaſi ignis, & verbum eius, quaſi facula
ardebat. Et illud videbatur probabile, quia Elias prophe
ta excellens erat, non ſolum in vita, ſed etiam in potẽtia
Et quia etiã aduentus eius promiſſus erat, ſecundũ illud
Malach. vltimo. Ecce ego mittam vobis Eliam prophetã Mala. 4.b
antequam veniat dies domini magnus & horribilis. Nec
tamen in hoc omnes concordabant, & ideo addit. (Alij »
vero, quia vnus propheta de prioribus ſurrexit.) Et hoc, »
propter ſpiritum diſcretionis, quem in eo attendebant
Supra. 7. Propheta magnus ſurrexit in nobis &cę. Et Io Supr.7.c.
an:6. dicebãt: Hic eſt verè propheta qui venturus eſt, Sed Ioan.6, b
quia purum hominem exiſtimant, ideo vnum de priori-
bus ipſum credebant, propter quod errabant, quia non
tantum erat vnus inter priores, ſed vnus propter quem
præceſſerunt omnes priores. De quo Deuteronomij de-
cimo octauo. Prophetam de gente tua, & de fratribus Deut.18.c
tuis ſicut me, ſuſcitabit tibi dñs deus tuus, ipſum audies
& cętera. Ex tanta ergo varietate apparet quod turbę ali
enæ erant à veritate & fidei vniformitate. Propter quod
dicitur ad Epheſios quarto. Non ſimus paruuli, fluctu- ephe.4.c.
antes, & circumferamur omni vento doctrinæ & cętera.
Sequitur: Ad circumuentionem erroris.

Tertio verò quantum ad confeſsionem CHRISTI
mediatoris, ſubditur: (Dixit autem illis: Vos autem, quẽ »
me eſſe dicitis?) Vos ſcilicet ab alijs electi, ſecũdum illud »
Ioannis ſexto. Ego vos duodecim elegi. Et decimoquin Ioan.6.g
to. Non vos me elegiſtis, ſed ego elegi vos. Vel vos amici &.15.c,
ſecundum illud Ioannis decimo quinto. Vos autem di- Ioan.15b
xi amicos. Vel vos ſpeciales diſcipuli. ſecundum illud ſu-
pra octauo. Vobis datum eſt noſſe myſterium regni dei. Supr.8.b
Vos inquam qui in me creditis, quem me eſſe dicitis? id
eſt. confitemini, quia corde creditur ad iuſtitiam, ore au-
tem cõfeſsio fit ad ſalutem. Romanorum decimo. Ideo Rom.10b
ſubditur. (Reſpondens Simon Petrus dixit: Chriſtum »
Dei.) Quia vnus pro omnibus reſpondet, vt cõmende- »
tur vnitas eccleſiæ in fide, cõfeſsione, & prælatione. Vnde

Petrus

M.E.C.D. 2017

Petrus tanquam vnus prelatus vniuersalis ecclesię, vnus pro omnibus respondet. Propter quod dicebat Paulus primæ Corinthiorum primo. Obsecro vt idipsum dicatis omnes, & non sint in vobis scismata. Vnde merito istius confessionis: vnius pro omnibus, nomen Petri est sibi confirmatum & vniuersalis prælatio super ecclesiam est concessa. Secundum quod dicitur Matthæi decimo sexto. Et ego dico tibi & cętera. Vnde apparet quod non ex impetu, sed spiritu sancto incitatus, prior respondit Petrus. Et hoc est quod dicitur in glossa. Vnus pro omnibus, & præ omnibus, quia senior & princeps Apostolorum. Confitendo autem ipsum CHRISTVM Dei, confitetur simul Deum verum, & hominem. Vnde Ambrosius in glossa. Complexus est omnia qui & naturam & nomen expressit. In nomine enim CHRISTI & diuinitatis & incarnatiõis est expressio, & fides passionis. CHRISTVS enim exprimit personam vnam in duabus naturis, & dignitatem regiam, & sacerdotalem, & gratiæ plenitudinem propter vnctionis prærogatiuam de quo in psalmo. Vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitię Vnde in nomine CHRISTI intelligitur vnctus, vngens, & quo vngitur. Ac per hoc simul pater, verbum, & spiritus. Secundum illud Isaiæ sexagesimo primo. Spiritus domini super me eo quòd vnxerit dominus me. Intelligitur ergo etiam vncti gratia qua vngitur, & dignitas ad quam vngitur siue officium, Danielis nono. Et impleatur visio & prophetia, & vngatur sanctus sanctorum. Intelligitur etiam dignitas regalis & prophetalis, & sacerdotalis. Secundum triplicem excellentiam suam scilicet potestatis, veritatis, & bonitatis. In cuius rei figuram in lege veteri hæ tres personæ consueuerunt inungi. Et in hoc apparet quòd sicut tres opiniones falsæ aliquid habent rationis mouentis, ita aliquid defectus habent obnubilantis. Vnde in hoc claret quod CHRISTVS hoc verbo confutauit errores, & strauit totius fidei fundamentum. Secundum illud. 1. Cor. 3. Fundamẽtũ aliud nemo potest ponere. Hinc est ꝙ Petrus est vocatus & ei concessum est vt de ecclesia eius nunquam deficiat vera fides. Infra. 22, Ego rogaui pro te Petre vt nõ deficiat &c̃

¶ Christo

psal'o. 44.

Isaię. 66. a

Dani. 9. f.

1. Cor. 3. b

Infra. 22. d

Quarto

M.E.C.D. 2017

Quarto vero quantum ad cognitionem myſterij re» »
demptionis,ſubditur. (At ille increpans illos, præcepit, »
ne cui dicerent hoc.)Et hoc quia non erat conſummatũ
redemptionis myſterium , quod iuſto Dei iudicio erat
1.Cor.2.b mundi principibus occultandum . Vnde.1. Corinthi.2.
Loquimur Dei ſapientiam in myſterio,quæ abſcondita
eſt. Sequitur : Quam nemo principum huius ſeculi co»
gnouit:ſi enim cognouiſſent, nũquam dominum glorię
crucifixiſſent . Licet autem non eſſet omnibus publican
dum,erat tamen diſcipulis prædicendum,propter quod
addit:(Dicens: Oportet filium hominis multa pati.)Ra »
Ioan.14d tio autem huius prędictionis aſsignatur .Ioan.14. Nunc
dixi vobis priuſquam fiat,vt cum factum fuerit,credatis
Nam ipſi diſcipuli nondum hoc capiebãt , fecñdũ quod
Infra.18.f dicitur infra.18. Aſſumpſit autem IESVS duodecim, &
ait illis· Ecce aſcendimus.Et poſt· Et ipſi nihil horum in»
tellexerunt, ſed hoc acceperunt poſt conſummationem.
Infra.24.f Vnde dicitur infra.24. Hæc ſunt verba quæ locutus ſum
ad vos cum adhuc eſſem vobiſcum, quoniam neceſſe eſt
impleri omnia quę ſcripta ſunt.Et poſt ſubditur:aperuit
illis ſenſum vt intelligerẽt ſcripturas.Dicit autem(opor» »
tet)id eſt,neceſſarium eſt,non ſimpliciter.ſed ex prę ſum»
ptione diuinæ diſpoſitionis & promiſsionis. ſecundum
Actuũ.3.c illud Actu.3. Deus autem quæ prænunciauit per os om»
nium prophetarum pati Chriſtum ſuum , impleuit ſic .
Vel(Oportet)id eſt,opportunum eſt , & expediens,iuxta »
Ioan.11.f. quod prophetauit Caiphas Ioann.11 . Expedit vobis vt
vnus moriatur homo pro populo , & non tota gens pe»
reat &c . Oportet inquam (Multa pati,)quia pro multis »
animabus redimendis,multis culpis remittendis,multis
Iſaię.53.b. reatibus abſoluendis .Iſai.53. Ipſe vulneratus eſt propter
iniquitates noſtras,attritus propter ſcelera noſtra.Sequi
tur.Omnes nos quaſi oues errauimus.vnuſquiſq; in viã
ſuam declinauit , & poſuit dominus in eo iniquitatem
omnium noſtrum.Paſſus eſt etiam multa & magna, paſ
ſus eſt etiam [illegible] multis & magnis,propter quod addit.(Et
reprobari à ſenioribus & principibus ſacerdotum & ſcri »
bis.)Seniores pręcellebant antiquitate,principes autho »
tate, ſed ſcribæ ratione doctrinæ . Vt ſic impleretur illud »
Iſaiæ

M.E.C.D. 2017

Isa.1.filios enutriui,& exaltaui. ipsi aũt spreuerũt me. Et quia passio CHRISTI grauior erat inter oẽs passiones Ideo additur.(Et occidi.)Scilicet oportet, secundum illud.Dañ.9.Occidetur CHRISTVS. Sed ne crederetur q̃ inuitus.Ideo.Isa.53.Tradidit in mortẽ animam suam Sed quia passio hæc viuificatiua erat mortuorũ.Ideo addit.(Et tertia die resurgere.)Secundũ illud.Osc.6.Viuificabit nos post duos dies, in die tertia suscitabit nos.Hius figuram dicit saluator præcessisse in Iona. Mat.12.Sicut fuit Ionas,& c̃.Ex his igitur liquet, quę sit perfecta fidei notitia in qua CHRISTI fundatur ecclesia, scilicet per quã approbatur diuus honor, reprobatur humanus error,asseritur mediator,& agnoscitur reparator.

Isaiç.1.a. Dani.9.f Isaiç.53.d Osęç.6.a. Matt.12.c

¶Dicebat aũt ad oẽs,& c̃.)Ostenso qualiter CHRISTVS secundũ fidẽ est cognoscẽdus,hic secũdo ostenditur qualiter per crucem estimitandus,quia fides mortua est sine operibus.Quoniã aũt difficilè est portare crucem , ideo ad hoc inuitat quadruplici consideratione,scilicet ex cõsideratione sui exempli,proprij periculi,futuri iudicij,& regni diuini:vt si non mouent monita, moueant exẽpla vel saltẽ pericula, vel certè futura iudicia, vel tandẽ promissa. Primo igit inuitat cõsideratiõe sui exẽpli,cũ dicit

« Dicebat aũt ad oẽs,Si quis vult post me venire,) Id est,
« me imitari ad quod non cogo,sed inuito. Ideo dicit.(Si
« quis vult.)Eccli.15.Si volueris mandata seruare , conser-
« uabunt te.Sequitur,Apposuit tibi aquã & ignẽ:ad quod volueris,porrige manum tuã.Vnde Chrysost.Si quis aurum daret, aut thesaurũ apponeret,non vocaret cũ violentia,sed currerent oẽs: multo magis ad ea quæ sunt in cœlis. Si enim natura rerum persuadet currere,si nõ curris, non es dignus accipere.Ideo dicit.(Si quis vult.)Ex-
« emplum meum sequi.(Abneget semetipsum.) Per omni-
« modam humilitatem, captiuando sensum , affectum, & intellectum in CHRISTI obsequium, quod notat in hoc quod dicit.(Semetipsum.) Et hoc est consilium. Eccli.8. Humilia valde spiritum tuum. Et hoc quidem necessarium est volenti sequi humilem CHRISTVM. Vnde Gregorius in Glossa.Nisi quis à seipso deficiat, ad eũ qui supra est,non appropinquat.Sed hoc non sufficit,&

eccli.15.c Chrysost. eccli.3.b. Gregorius

M.E.C.D. 2017

ideo addit: (Et tollat crucem ſuam quotidiè.)Per conti „
nuam auſteritatem, vt poſsit dicere illud Pauli. Gala„
Gala.2.d tæ ſecundo. CHRISTO confixus ſum cruci. Et ſecun„
2.Cor.4c di .Corinthior.quarto. Semper mortificationem IESV
CHRISTI in corpore noſtro circumferentes. Et ideo
Gala.5.d dicitur.Gala.quinto.Qui aũt ſunt CHRISTI,carnem
ſuam crucifixerũt cum vitijs & concupiſcentijs.Nota,ꝙ
dicit(Quotidie.)Quia quotidie pœnitẽtia crucis debet „
pſalm.76. eſſe noua,& recens,vt dicat ſemper:Dixi, nunc cępi,& c̃.
Sicut beatus Franciſcus qui in morte dicebat,ꝙ incipie„
bat bene facere,fratres incipiamus,& ꝙficiamus:qa nũc
¶Crux Chriſti q̃tidie ferenda eſt. vſq; parum profecimus.Crux nanq; CHRISTI renoua
tiu am habet naturam.Vnde.2.Corin.4.Licet is qui foris
eſt noſter homo corrũpatur,tñ is qui intus eſt renouatur
de die in diem Ad perfectam autẽ CHRISTI imitatio„
2.Cor.4d nem non ſufficit humilitas & auſteritas,ſed etiã neceſſa„
¶Chtiſti imitatio. ria eſt paupertas.Ideo addit(Et ſequatur me)Scilicet per „
altiſsimam paupertatẽ,qua nihil omnino volebat porta
re in via,vt rectè & expeditè perueniret ad patriam. Ideo
Matt.19d dicebat Petrus.Matt.19. Ecce nos reliquimus omnia, &
Bernard. ſecuti ſumus te:Super quo Bern.Bene Petre & nõ ad in„
ſipientiam tibi:quia currentem ſequi nõ poteras onera„
tus, & hoc eſt valde honorabile licet videatur vile, quia
eccl'i.23.d Eccleſi. vigecimotertio. Gloria magna eſt, ſequi domi„
¶Vnde tria religioſorum vota ſumantur. num. Ex hoc autem verbo elicitur triplex conſilium, & votum religioſorum, ſcilicet obedientię in abnegatione caſtitatis in cruce, & paupertatis in ſubſequutione, ſed non omnes capiunt verbum iſtud,ſed quibus datum eſt
Matt.19b Sic dicitur.Matthæi.decimonono. Ideo præmittit. (Si quis vult poſt,& cætera .)Vt nemo ſe excuſet, quaſi non habeat gratiam,ideo dicit:(Si quis vult.)Quaſi dicat,ꝙ
Heb. 11.d gratia dei nobis præſto eſt,ſi non deſit voluntas. Heb.12 Contemplantes ne quis deſit gratiæ dei.

Secundo inuitat conſideratione proprij periculi,cum „
ait. (Qui enim voluerit animam ſuam ſaluam facere, „
perdet illam.)Id eſt, qui voluerit ſaluari in præſenti vita „
perdet vitam in futuro, ſcilicet pro vita momentanea,
perdet eternam.Vnde Ioan.12.Qui amat animam ſuam
Ioan.12.d perdet eam:quia qui minus amat, iniquè amat:& qui di

ligit

M.E.C.D. 2017

ligit iniquitatem, odit animam ſuam. Sicut dicitur in Pſalmo. Qui enim diligit animam ſupra Deum, perdit Deum: & perdendo deũ, perdit per conſequens ſeipſum. Et ideo dicebat Paulus. Act. 20. Non facio animam meã pretioſiorem q̃ me. Et quia iſta videtur eſſe dura ſententia, ideo probat à contrario ſenſu. (Nam qui perdiderit animam ſuam propter me.) In hac ſcilicet vita. (Saluam faciet illam.) Scilicet in futura vita, ſecundum illud, ſecũ di Machabe. 7. Tu quidem ſceleſtiſsimè in præſenti vita nos perdis: ſed rex mũdi defunctos nos pro ſuis legibus, in æternæ vitæ reſurrectione ſuſcitabit. Et ideo dicebat Paulus. Actuum. 21. Ego non ſolum alligari, ſed etiam mori in Ieruſalem paratus ſum propter nomen domini IESV. Sic ergo perdere animam pro CHRISTO, eſt ſaluare, velle animam ſaluare, eſt eam perditioni exponere. Iuxta illud. Roman. 8. Si ſecundum carnem vixeritis, moriemini. & hoc eſt maximum periculum. Et ideo in eius exaggeratione adiungit. (Quid enim proficit homo, ſi lucretur vniuerſum mundum.) Et hoc temporaliter, (Seipſum autem perdat, & detrimentum ſui faciat.) Et hoc ſempiternaliter. quaſi dicat, nihil. Quia qui perdit ſe, omnia perdit. Ideo non prodeſt, ſed obeſt. Ideo Iacobi quinto. Agite nunc diuites, plorate, vlulantes in miſerijs veſtris quæ aduenient vobis. Et ratio huius eſt, quia ſicut dicit Aguſtinus in ſermone de innocẽtibus. Nemo habet iniuſtum lucrũ ſine iuſto damno, lucrum in arca, damnum in conſcientia: tulit veſtem, & perdidit fidem, acquirit pecuniam, & perdidit iuſtitiam & ſic per conſequens animam ſuam. Vnde Iſidorus. Si haberes ſapientiam Salomonis, ſi pulchritudinem Abſolonis, ſi fortitudinem Samſonis, ſi longæuitatem Enoch, ſi diuitias, & poteſtatem Octauiani, quid prodeſt tibi, ſi tandem caro datur vermibus, anima dæmonibus cum diuite crucianda ſine fine?

pſalm. 10. Actu. 20. c. 2. Mac. 7 b. Actu. 21. c. Rom. 8. c. Iaco. 5. a. Auguſti. Iſidorus.

Tertio inuitat ad crucis portationem conſideratione futuri iudicij, cum ait. (Nam qui me erubuerit.) Scilicet imitari, (Et meos ſermones.) Confiteri, contemnendo crucem domini tanquam ignominioſam, & etiam doctrinam eius ex mala erubeſcentia, de qua. Eccleſiaſt. 4. eccli. 4. c.

M.E.C.D. 2017

Pro anima tua non confundaris dicere verum, est enim confusio adducens peccatum, & est confusio adducens gloriam & gratiam. In quo dat intelligere, quòd non debemus erubescere veritatem CHRISTI. Exemplo apo-
Rom.1.b stoli qui dicebat. Roman.1. Non erubesco euangelium. Virtus enim dei est, & c̄. Sed erubescere debemus vilitatē
Rom.6.d peccati, iuxta illud. Roman.6. Quem fructum habuistis tunc in illis, in quibus nunc erubescitis? Sed multi non erubescunt peccati deformitatem, de quibus, Iere.8. Con-
Iere.8. d. fusi sunt, quia abominationem fecerunt, quinimo con-
fusione non sunt confusi, & erubescere nescierūt. Et iterę-
Ierem.3.b frōs mulieris meretricis facta est tibi, & c̄. Talis erubescit humilitatē CHRISTI. Et de hoc adiūgit. (Hunc filius »
hoīs erubescet.) Id est, erubescentē faciet, vel sicut erube- »
scendum abiiciet iusto suo iudicio quo dicitur. 1. Reg. 2.
1.Re.2.g. Quicūq; honorificauerit me, glorificabo eū: qui autem contēnunt me, erunt ignobiles, & hoc in die iudicij. Et ideo adiūgit. (Cum venerit in maiestate sua & patris, & »
sanctorum angelorū.) In quo tangit iudiciariam pote- »
statem quantum ad principiū causalitatis in parte, quantum ad priuilegium excellentiæ in se, & quātum ad ministerium obedientiæ in angelorum multitudine. Vnde
Matt.24.c Matth. 24. Tunc parebit signum filij hominis in cœlo, & tunc plangent oēs tribus terræ: & videbunt filium hoīs,
Isaiæ.3. c. & c̄. Et Isai. 3. Dominus ad iudicium veniet cum senibus populi sui. In hoc iudicio confundentur superbi, & exal-
psal'o. 74. tabuntur humiles, secundum illud. Psal. Omnia cornua peccatorum confringam: & exaltabuntur, & c̄.

Quarto inuitat ad crucem consideratione cęlestis re-
gni, quod suis imitatoribus ostendit, cū subdit. (Dico vo »
bis vere sunt aliqui hic stantes.) Per mentis erectionem, »
psal'o .11. secundum illud. Psal. Stantes erāt pedes nostri in atriis tuis Ierusalem. Talibus debet ostendi regnū vt eorū cō-
pleatur desiderium, ideo addit: (Qui non gustabūt mor »
tem.) E[illegible]nimæ & corporis separatione. (Donec videāt »
regnum dei) Per reuelationem, non per apertam visionē »
exo.33. d. Nam dictum est Moysi. Exod. 33. Non videbit me homo, & viuet. Sed hic dictum est per quandam specialem re-
Ibidem. uelationem, qua dictum est Moysi. Ego ostendam omne bonū

M.E.C.D. 2017

bonum tibi. In quo datur intelligi, ꝙ ſtantes in ſermone CHRISTI non guſtabunt mortẽ, ſed tranſibunt ad vitam, ſecundum illud. Ioan. 8. Si quis ſermonem meũ ſeruauerit, mortem non videbit in æternum. Ex quo ergo CHRISTVS ſe per crucem imitantibus promittit tantum prẽmium, comminatur tam ſeuerum iudicium, prẽtendit tantum periculum, oſtendit tantum exemplum. Valde durus eſt qui non mouetur ad ipſum imitandum. Propter quod dicitur. Heb. 12. Tantam habentes impoſitam nubem teſtium, & cæ. Sequitur. Curramus, & c̃. Et vltimo CHRISTVS extra portã paſſus eſt. Exeamꝰ igitur ad eũ extra caſtra, improperiũ eius portantes, non enim habemus hic manentẽ ciuitatẽ: ſed futuram inquirimus

Ioan. 8. f.

Heb. 12. a.

& 13. b.

¶ Factum eſt autem poſt hæc verba, & cẽ.) Poſt exhortationem ad aſperitatem viæ, ſubiungit hic euangeliſta oſtenſionem ſuauitatis gloriæ. Procedit aũt hoc ordine. Primo eñ deſcribit reuelationẽ gloriẽ promiſſæ. Secũdo conſiderationẽ gloriẽ reuelatẽ, ibi (Petrus vero, & qui cũ illo erant.) Tertio vero confirmationẽ reuelationis oſtẽſæ, ibi. (Factum eſt autem in ſequenti die.) Et hoc quidẽ facit per admirabilem curationem dæmoniaci. Reuelationem futuræ gloriæ dupliciter deſcribit euangeliſta. Primo quo ad antecedentia. Secundo quo ad concomitantia, ibi. Et facta eſt dum oraret, & c̃.) Sciẽdum autem quod ad transfigurationem CHRISTI fuerunt antecedentia ſiue diſponentia tria, ſcilicet exigẽtia termini, eligentia conſortij, & eminentia loci. Hæc autem tria ſunt quæ deus obſeruat in communicando reuelationes diuinas. Primo igitur ad exigentiam termini, dicit.

¶ Diuiſio

Inf: eo. d.

Ibidem. e

Ibidem d

« Factum eſt autem poſt hæc verba ferè dies octo.) Quoniam eñ dñs promiſerat ſe gloriã diſcipulis oſtenſurum & dñs nõ tardat promiſſionẽ ſuam, ſicut dicitur. 2. Pet. 3. Ideo inter promiſſionem & impletionẽ, non debuit niſi modicũ ſpatium tẽporis interuenire, ſcilicet vnius ſeptimanæ. Cuius figura pẽrceſſit in deſponſatione Rachel, dequa dixit Labã ad Iacob. Geñ. 29. Implehebdomadã dierũ huius copulę, & hanc quoq; dabo tibi. Et ideo dicit. (Ferè dies octo.) quia ſeptimo die hoc fecit reuoluto ordine ſeptimanę qui non ſunt octo dies cõpleti propter

2. Pet. 3. b.

Gen. 29. e

M.E.C.D. 2017

Matt.17.a defectum partis primę & vltimę diei. Et ideo. Matt.17. Et
Marc.9.a Mar.9. Non cõputãtur primus & vltimus dies, ſed interme-
dij integri. Nam ibi dicitur: Poſt dies ſex, in quo non
eſt aliqua contrarietas, ſed vna ſentẽtia aliã explanat. Vo-
luit aũt ſpiritus ſanctus vtroq; modo exprimere, propter
inſinuationẽ myſterij, qm̃ aũt ſex diebus mundum deus
fabrificauit, & poſt diem ſextũ requieuit: ideo ſex diebus
erat laborandum, & poſt contẽplationi vacandum. Ideo
Matt.17.a ad hoc inſinuandum, dicit. Mat.17. Poſt dies ſex. Sed qm̃
pfecta & ſumma quies & contẽplatio nõ eſt ante octauã
reſurrectionem, ideo hic dicit Lucas dies octo. Et hoc eſt
Beda. quod dicitur in gloſ. à Beda & Ambroſio.
Ambroſi. Secundo quantũ ad electionem conſortij, dicitur. (Et »
aſſumpſit Petrũ, Iacobum, & Ioannem,) Hos tres aſſum- »
pſit tanq̃ magis dilectos ac familiares, ſicut aſſumpſit. Su-
Supr.3.g pra.7. In ſuſcitatione puellę. Ideo tres aſſumpſit propter
cõmendandum myſterium trinitatis, & propter firmitatẽ
Gloſſa. teſtimonij. Vnde in gloſſa dicitur: Vt tribus idoneis teſti-
bus totus mũdus crederet. Ideo autẽ hos tres ſpecialiter
elegit propter eminentiã quam conſiderabat in eis, quia
Petrus futurus erat primus in eccleſia gubernãda, ſicut
Matt.16.c dicit. Matt.16. Tu es Petrus, & ć. Tibi dabo claues regni
cęlorũ. Et Iacobus primus interficiendus erat inter Apo-
Actu.12.a ſtolos pro eccleſia multiplicanda. Actu.12. Dicitur de He-
rode, ꝙ occidit Iacobũ fratrẽ Ioannis gladio. Ioãnes prę-
Ioãn.19. cipuus in matre cuſtodienda. Ioã.19. Cum vidiſſet matrẽ
& diſcipulum ſtantẽ, &ć. Vnde ideo hos tres aſſumit pro-
pter inſtructionẽ figuræ. Per hos em̃ triplices ſtatus in ec-
cleſia ſaluandorũ deſignãtur, ſc; prę'ati in Petro, actiui
in Iacobo, contẽplatiui in Ioanne. Sicut in Noe, Danie-
Supr.4.f. le & Iob. Vel in Petro coniugati, in Iacobo continẽtes,
in Ioanne virgines: ſecundum triplicẽ continentiam cui
debetur fructus trigeſimus, ſexageſimus, & centeſimus.
Nam de vxore Petri legimus, & de virginitate Ioannis:
de Iacob[illegible]ero neutrum expreſſè dicitur:

Tertio vero quantũ ad eminentiam loci, ſubiũgit, (Et »
aſcendit in montẽ, vt oraret.) Mons em̃ eſt locus eminẽs »
& à terrenis ad cœleſtia porrectus. Et ideo contẽplatiõi,
& orationi idoneus. Talis erat hic mons. Vnde dicitur.

Matth.

M.E.C.D. 2017

Matthæi decimo ſeptimo. ducit illos in montẽ excelſum ſeorſum, vt ſcilicet ſequeſtrati eſſent à turba & à terrenis, & tales ſunt diuinis reuelationibus apti, Vnde Exodi 3. dicitur de Moyſe ꝙ cũ minaſſet gregem ad interiora deſerti, venit ad montem dei Horeb vbi ſibi apparuit dominus in igne rubi, ſimiliter in legis ſuſceptione, Exodi vigeſimo quarto. Dixit dominus ad Moyſen aſcende ad me in montem, & eſto ibi: daboq; tibi tabulas lapideas, Similiter in terræ promiſſæ circumſcriptione ſecundum illud Deute. trigeſimo quarto. Aſcendit Moyſes de campeſtribus Moab ſuper montem Nebo, in verticẽ Phaſga, contra Iericho: oſtenditque ei dominus omnem terram Galaad vſq; Dan. Ex ijs igitur colligitur quod mons eſt idoneus ad diuinas apparitiones, inſtructiones, & contemplationes. Vnde Beda in Gloſſa. In monte oraturus aſcendit vt innuat, quia qui reſurrectionẽ expectãt mentem in excelſis cleuare & continuis precibus debent inſiſtere, & hoc in monte, propter ſui eminentiam, Secundum illud Deuteronomij trigeſimo tertio. Dominus de Sinai venit, & de Seir ortus eſt nobis: apparuit de monte Pharan, & cum eo ſanctorum millia. In dextera eius ignea lex, &c̃. Sequitur. Et qui appropinquant pedibus eius, accipient de doctrina illius, ſicque apparent tria diſponentia ad diuinam transfigurationem etiam ſecundum intelligentiam literalem.

Matt. 17. a
exod. 3. a.
exo. 24. c.
Deut. 34. a
Beda.
Deut. 33. a

¶ Spiritualiter autem in ijs tribus magna eſt informatio volentium pertingere ad videndam domini transfigurationem per contemplationis exceſſum. In numero enim dierũ intelligi dantur gradus contemplationũ ſuccedentium ſibi, ſicut dies ſuccedit diei. Et ſecundum Matthæum numerantur ſex dies ad inſinuandum ſex gradus contemplationis, quos exprimit Richardus in libro de arca ſiue de contemplatione, inquiens primo libro ſexto capitulo. Sex ſunt contemplationis genera à ſe & inter ſe omnino diuiſa. Primum eſt in imaginatione ſecundum ſolam imaginationem ſecundum eſt in imaginatione ſecundum rationem. Tertium eſt in ratione ſecundum imaginationem. Quartum eſt in ratione ſecundũ rationem. Quintũ eſt ſupra rationem

¶ De vita cõtẽplatiua multa ſequũtur pulcherrima.

Matt. 17. a
Richard.

¶ Sex cõtẽplationis gradus

M.E.C.D. 2017

sed non præter rationem. Sextum est supra rationem & videtur esse præter rationem. Duo itaque sunt in imaginatione, duo in ratione, duo in intelligẽtia. Prima duo sunt circa corporalia, secunda duo circa spiritualia, tertia duo circa sempiternalia & incomprehensibilia. Hæc autem sex genera, per sex dies intelliguntur, & per sex gradus quibus ascendebatur ad Salomonis thronum, se
3.Re.10.c cundum illud tertij Regum decimo. Fecit rex Salomon thronum de ebore grandem: & vestiuit eum auro fuluo nimis, qui habebat sex gradus: & huic numerus perfectionis congruit, est enim sextenarius primus numerus perfectorũ. Secundum autẽ Lucã computãtur octo dies. Lucas enim agit de hac apparitione secundum quod exprimit gloriam post resurrectionem, quod patet quia ibi tangit somnum & euigilationẽ, ideo insinuat octo gradus, quorum septẽ sunt in via, octauus reseruatur in pa-
Augusti. tria. De his seprẽ dicit Augustinus in libro de quantitate animæ in fine. Ascendentibus inquit sursum versus, primus actus docẽdi causa dicatur animatio, secundus sensus, tertius ars, quartus virtus, quintus tranquillitas, sextus ingressio, septimus contemplatio, post non restat nisi beata visio, & sic sunt ferè octo dies. Et vt dicit primus est de corpore, secũdus per corpus, tertius circa corpus, quartus ad seipsam, quintus in seipsam, sextus ad deum, septimus apud deum. Et ij gradus nõ tantum dicuntur gradus contemplationis, sed quibus venitur ad contemplationẽ. Quidam autem, licet simplici sermo-
Egidius. ne, sed nõ scientiã. Frater Egidius, quem frequentissimè rapi probatum est, sic distinguit gradus dicens. Septem sunt gradus cõtemplationis, Primus est ignis, secundus est vnctio, tertius est extasis, quartus contemplatio, quintus gustus. sextus requies, septimus gloria, post quos nõ restat nisi fœlicitas sempiterna. Iis ergo septẽ diebus peruenitur vsque ad diem octauum gloriæ, quos voluit in assignatione tẽporis spiritus sanctus designare. Per tres autem perso[illegible]s assumptas dantur intelligi tres virtutes ad contemplandum necessariæ, scilicet fides, spes, charitas, fides per Petrum qui interpretatur agnoscens, spes per Iacobum luctatorem, per Ioannẽ in quo gratia, charitas.

M.E.C.D. 2017

ritas. Sine ijs autem pēnis nullus poteſt conſcendere ad montana. Vel per tres perſonas intelligimus tres diſpoſitiones neceſſarias animæ contemplatiuę, ſcilicet induſtriam, diſciplinā & gratiam. Primam in Petro, ſecūdam in Iacobo, tertiam in Ioanne. Oportet enim intelligentiam illuminari, concupiſcētiam domari, & affectum inflammari, vt poſsimus ſurſum cum deo ferri. Aliquo horum deficiente contemplationis negotium perit. Vel per has tres perſonas intelliguntur tres modi aſcendendi in apicem contemplationis. Vno enim modo aſcenditur per viam ſplendoris, & hunc modum aſcendendi docet beatus Auguſtinus. Et hic deſignatur per Petrum. Alio modo aſcenditur per viam dōloris & gemitus & hic in Iacobo. Et iſte modus eſt communis orantibus. Tertio modo per viam amoris. Et hunc docet Dioni. Et hic deſignatur per Ioānē. Et hic eſt præcipuus inter omnes in quo maximè gratia mouet. In primo autē multum valet induſtria vel ſcientia. Secundus autem modus quaſi permixtus eſt inter gratiam & naturalem induſtriam & acquiſitam. Per locum autem in quem aſcendit rectē intelligi poteſt eminētia vitæ contemplatiuę. Eſt enim mons locus magiſterij, vnde dicitur Matthæi quinto, ꝙ aſcendit IESVS in montem. & cum ſediſſet, &c̄. Et ex hoc datur nobis intelligi ꝙ vita cōtemplatiua abundat cognitione. Ideo in perſona contemplatiuorū dicitur Iſaiæ. 2. Venite & aſcendamus ad montē domini, & ad domum dei Iacob, & docebit nos, &c̄. Vnde & de Moyſe dicitur, Exodi vigeſimo quarto ꝙ aſcendit in mōtem, & fuit ibi quadraginta diebus & quadraginta noctibus, & tūc accepit legem. Eſt etiam mons locus ſacrificij, ſecūdum illud Geneſis vigeſimo ſecundo. Tolle filium tuum quem diligis Iſaac; &c̄. Sequitur. Atq; ibi offeres eum in holocauſtum ſuper vnum montiū quem monſtrauero tibi. Et Exodi tertio. Cum eduxeris populum de Egypto, immolabis deo ſuper montem iſtum. Ex quo colligitur quod vita contemplatiua abundat deuotione. Vnde anima contemplatiua Canti. quarto. Vadam ad montem myrrhę, & ad collem thuris, &c̄. Eſt etiam mons locus incendij, ꝓpter radios ſolis. Vnde Eccli. quadrageſimo quinto.

Auguſti.

Dionyſio

¶ Quid myſterij mons habeat.

Matt. 5. a.

Iſaię. 2. a.

exo. 24. d.

Gen. 22. a.

exod. 3. d.

Cant. 4. b

eccle. 45. a

Triplicite r

M.E.C.D. 2017

Tripliciter ſol exurẽs montes, & radios igneos exuffiãs, & hoc propter multam refulgentiam iuxta illud Macha
1.Mac.6.e beo.6. Refulſit ſol in clypeos aureos reſplenduerũt mon tes ab eis, & reſplenduerũt ſicut lampades ignis Quo da tur intelligi ꝙ vita contemplatiua abundat charitate in
exo.19 c. cuius ſignũ Exo.19. dicitur totus mõs Sinai fumabat: eo quod deſcendiſſet dominus deus ſuper eum in igne. Eſt
Gene.19d etiam mons locus refugij. Vnde Geneſis.19. In monte ſal
Matt,24b uium te fac. Et Matth 24. dicitur imminẽte perſecutione, Tunc qui in Iudea ſunt, fugiant ad montes. Ex quo col ligitur ꝙ contemplatiua abundat defenſione. Vnde in
pſal.120. perſona viri contemplatiui dicitur in Pſal. Leuaui ocu los meos in montes: vnde veniet auxiliũ mihi. Eſt etiam
3.Re.19.b mons locus ſilentij, Vnde dicitur.3.Regũ.19. ꝙ Elias per uenit vſq; ad montẽ dei Horeb, & ꝙ manſit in ſpeluncæ.
Matt.14.c Et de CHRISTO Matthei.14. ꝙ aſcendit in montem ſo lus orare. Ex quo intelligitur ꝙ cõtemplatiua abundat
pſalm. 71. tranquillitate. Vnde de contemplatiuis dicitur in Pſal. Suſcipiant montes pacem populo, & colles iuſtitiam. Eſt
Iob.39.b. etiam mons locus paſcuę, iuxta illud Iob.39. Circumſpi cit montes paſcuæ ſuę, & virẽtia quę́q; perquirit. Et Eze
ezec.34.d chie.34. In paſcuis vberrimis paſcam eas, & in montibus excelſis Iſrael erũt paſcua earũ. Ex quo colligitur ꝙ con templatiua abundat ſuauitate. Vnde Iohel.3. de contem
Iohe.3,d. platione. In die illa ſtillabunt mõtes dulcedinẽ, & colles fluẽt lacte, &c̃. Eſt poſtremo mons locus eminẽtię, ſecun
Iſaiæ.2.a. dum illud Iſa.2. Erit pręparatus mons domus domini in
3.Re.18.g vertice montiũ. Et de Elia dicitur.5.Regũ.18. ꝙ aſcendit
Infr.24.g. Elias in verticẽ Carmeli. Et ſequitur poſt, Ecce nubecula parua quaſi veſtigiũ hominis aſcẽdebat de mari. Ex quo intelligimus ꝙ vita contemplatiua ſuperabũdat ſurſum agilitate. In cuius rei ſignũ dominus de monte Oliueti aſcendit in cœlum. Et de anima ſancta dicitur in figura
Tob.12.b annæ Tobiæ.11. ꝙ ſedebat in ſupercilio montis, quia in perſona ſuperbi dicitur, Noſtra conuerſatio in cœlis eſt.
philip.3.d Philip.3. Ex iſs colligi poteſt excellẽtia vitæ cõtemplati uæ & quantũ ſit deſiderãda. Eſt enim plena diſcretione, plena deuotione, plena charitate, plena ſecuritate, plena tranquillitate, plena ſuauitate, & plena agilitate.

¶Et facta

M.E.C.D. 2017

¶Et facta est dum oraret,&c̃.)Post antecedẽtia ad transfiguratiõnẽ,subiungit hic euãgelista concomitãtia.Hæc autẽ fuerũt tria sc; fulgor aspectus,cãdor vestitus,honor cõcomitatus.Vt sic appareat CHRISTVS glorioſus & intra se, & circa se,& iuxta se,ne quid desit gloriæ suæ. Primo ergo quantum ad fulgorẽ aspectus,dicitur.

“ Et facta est dum oraret species vultus eius,altera:) alterata quidem est ob supereminentẽ claritatis refulgentiam.Vnde Matthæi.17.dicitur ꝙ transfiguratus est ante eos.Et resplenduit facies eius sicut sol, nec mirũ quia in hoc ostendit gloriam resurrectionis de qua Matthæi.13. Tunc iusti fulgebunt sicut sol in regno patris eorum.Et ideo in claritatis huius ostensione,ostendit discipulis regnum dei,quia claritas est præcipua dos resurgentium, secundum illud.1.Corinth.15.Alia quidem cœlestiũ gloria,alia autem terrestrium,alia claritas solis, alia claritas lunæ,& alia claritas stellarum , stella enim a stella differt in claritate,sic & resurrectio mortuorũ. Hanc autem claritatis dotem ad se CHRISTVS assumpsit,sicut dicitur de subtilitate quam assumpsit in natiuitate cum clauso vtero matris exiuit . Agilitatem cum super aquas ambulauit.Impassibilitatem cum corpus suum in sacramento discipulis tradidit . Sic & claritatẽ hic ad tempus assumpsit, propriam tamen effigiem non amisit,sed fuit in eo propria effigies, & qualitas consummata , sicut qualitas passibilis,claritas autem sicut passio. Quemadmodum enim pallidus rubescit ad tempus præ verecundia, & fit in eo alteratio ad tempus , sic supernà & mirà potentià corpus terrestre effectum est ad tempus fulgidum & cœleste, siue autem in eo fuerit alia dos claritatis, siue non alia, tamen fuit claritas, & claritati supernæ conformis, quæ discipulorũ oculos diuina virtute non corrupit,sed potius confortauit , ita vt possent dicere illud Eccl'es. 11. Dulce lumen,& delectabile est oculis videre solem.

Matt.17.a
Matt.13.f
1.Cor.15.
Supr.2.a.
Matt.14.c
Idem.26.c
¶Simile.
ecclʼs.11.b

“ Secũdo vero quantũ ad candorẽ vestitus [illegible]abdit. (Et “ vestitus eius albus & refulgẽs,) sc; factus est. Tãta em̃ erat albedo, vt præ cãdore nimio refulgeret,secũdũ qđ dicit, Mar.9.Vestimẽta eius facta sunt splẽdẽtia & cãdida nimis velut nix,qualia fullo nõ potest sup terrã candida facere.

Mar.9.2.

Nec mi-

M.E.C.D. 2017

Nec mirum,hoc enim deſignauit candorem qui appare-
Apo.3 . a. bit in ſanctis,ſecundũ illud Apocalypſis.3. Qui vicerit,
Ibidẽ.6,d ſic veſtietur veſtimẽtis albis,Et.6. Qui amicti ſunt ſtolis
albis,qui ſunt,& vnde venerunt,&c.

Tertio quantum ad honorẽ comitatus ,ſubiungitur.
(Et ecce duo viri loquebantur cum illo.) Quia nõ dece- »
bat dominum glorię videri ſolum,ſed habere honorabi- »
lem comitatũ.Ideo quantum ad illum,ſubiungit.(Erant »
autem Moyſes & Elias, viſi in maieſtate.) Hi autem duo »
erãt perſonæ honorabiliſsimæ. Moyſes inquam propter
Num.11b legiſlationem, ſecundum illud Num.12.At non talis ſer-
uus meus Moyſes ,qui in omni domo mea fideliſsimus
eſt:ore enim ad ös loquor ei,palam & non per ænigmata
& figuras dñm videt. Elias vero tum propter excellentiã
prophetię,tum miraculorũ operationem.Vnde Eccli.48.
eccli.48 a loquẽs ad Eliam.Quis poteſt ſimiliter ſic gloriari tibi?
Qui ſuſtuliſti mortuũ ab inferis,de ſorte mortis,in ver-
bo domini dei.Vnde & propter hanc excellentiam oſten
dendã, dominus ſpeciali modo apparuit vtriſq; in figu-
ra in monte Horeb . Moyſi quidem primo , ſicut dicitur
exod.3.a. Exodi.3.Eliæ autem poſtea ſicut dicitur. 3.Regum.19.in
3.Re.19.c. eodem ſcilicet monte Horeb . Propter igitur eorum ho-
norem & præcipuam dignitatem , apparuit in comitatu
eorum . Aut certe quia vnus eorũ erat mortuus, alter vi-
uus,vnus de cœlo,alter de inferno,vt habeat teſtimoniũ
Gloſſa. ex omni genere,& oſtẽdatur ꝙ ipſe eſt qui viuos & mor-
tuos faciet glorioſos.Vnde in Gloſſa dicitur.Ideo viuus
& mortuus apparent,vt ſignificẽt CHRISTVM mori-
turum & iterum victurum,vt & nos viui ſimus deo,mor-
tui mundo. Vel ideo iſti duo apparent, vt oſtendatur ꝙ
lex & prophetę concordabant dño IESV CHRISTO.
Beda. Vnde in Gloſſa Bedę. Moyſes legiſlator & Elias prophe-
tarum eximius apparent cum verbo,vt oſtendant ipſum
eſſe qui locutus eſt in lege & propheris,& quẽ lex & pro-
Matt.21.a phetę præmiſerunt,vt ſic verificetur illud Matth.21. Quę
præcedebant & quæ ſequebantur , clamabant dicentes.
Hoſanna filio Dauid.Et quoniã lex & prophetę nõ tan-
tum teſtantur gloriam CHRISTI, ſed etiam paſsionẽ,
quæ eſt via in gloriã,ideo ſubditur.(Et dicebãt exceſſum »
eius,

M.E.C.D. 2017

& eius,quem completurus erat in Ieruſalem.) Exceſſum re
ctè nominat paſsionem, quia in ea fuit exceſſus humili-
tatis.Secundum illud Philip.2.Semetipſum exinauiuit, phili.2.a.
formã ſerui accipiẽs.Et poſt:Humiliauit ſemetipſum &c.
Fuit etiam exceſſus paupertatis,ſecundum illud Thre.3. Thre.3.c.
Recordare paupertatis &tranſgreſsionis meę, abſynthij
& fellis.Fuit exceſſus doloris, ſecundum illud Thren.1. Thre.1.d.
O vos omnes qui tranſitis per viam, &c̃. Fuit etiam ex-
ceſſus amoris,ſecundum illud ad Ephe.2.Deus qui diues ephe.2.a.
eſt in miſericordia,propter nimiã charitatem ſuam ,qua
dilexit nos &c̃.Et Rom.8. Qui proprio filio non peper Rom.8.f.
cit,ſed pro nobis omnibus tradidit illum,quomodo nõ
etiam cum illo nobis omnia donauit?. Iſtum exceſſum
compleuit in Ieruſalem , vbi crucifixus eſt , in quo fuit
conſummatio noſtræ redemptionis,ſecundum illud He Hebr.2.c.
bræo,2. Decebat eum propter quem omnia & per quem
omnia, qui multos filios in gloriam adduxerat, autho-
rem ſalutis eorum,per paſsionem conſummari. Vnde &
ipſe prædixit diſcipulis ſuis infra.18. Ecce aſcendimus Ie Infra.18.f
roſolymam,& conſummabuntur & cætera.

¶Secundum autem ſpiritualem intelligentiam in ora- ¶Spiritu
tione &contemplatione facies hominis illuſtratur,quia aliter.
dum facies mentis noſtræ ad deum conuertitur, illumi-
natur,melioratur, & perficitur . Quod figuratum eſt in
Exodo.34.vbi dicitur quòd cum deſcendiſſet Moyſes de exo.34.d.
monte apparuit facies eius cornuta ex conſortio ſermo-
nis domini. Vnde.2 . Corint.3.Nos verò omnes reuelata 2.Cor.3.d
facie gloriam domini ſpeculantes in eandem imaginem
tranſformamur à claritate in claritatem, tanquam à do-
mini ſpiritu.Non ſolũ hoc,ſed &veſtitus candeſcit,quia
conuerſatio efficitur irreprehenſibilis . Secundum illud
Phili.2.Sitis fratres ſine querela &c̃. Sequitur: In medio phili.2.b.
nationis prauæ & peruerſæ inter quos lucetis ſicut lumi
naria in mundo.Nec mirum , quia tales conformantur
domino IESV CHRISTO.Secundum illud Rom.13. Rom.13.d
Induamur arma lucis, ſicut in die, honeſtè ambulemus,
non in comeſſationibus &ebrietatibus.Sequitur:Sed in
duamini dominum IESVM CHRISTVM.Non ſolũ
hoc ſed etiam Moyſes & Elias colloquuntur,quia in ora
tione

M.E.C.D. 2017

tione datur homini intelligentia ſcripturarum & myſte-
Dani.2.c. riorum propoſitorum,ſecundum illud Dani.1.Ingreſſus
eſt Daniel domum ſuam.ſocijſq; ſuis indicauit negotiũ,
vt quærerent miſericordiam à facie Dei cœli ſuper ſacra
mento iſto,Sequitur: Tunc Danieli myſterium per viſio-
Sapi.7;a. nem nocte reuelatum eſt. Et Sapi.7. Optaui,& datus eſt
mihi ſenſus:& inuocaui & venit mihi ſpiritus ſapientiç.
Ideo autem Moyſes & Elias loquuntur cũ domino tranſ
figurato ad certitudinem viſionis.Quia vt dicit Richar-
Richard. dus.Nulli reuelationi omnino adhærendum eſt,niſi per
nouum vel vetus valeat confirmari teſtamentum.

¶Petrus verò & qui cum illo erant &c̃.)Poſt demonſtra
tionem gloriæ promiſſæ ſubiungit hic Euangeliſta con
templationem demonſtratæ . Hanc autem narrat ſatis
ſufficienter,quia ſecundum ſtatum quadruplicẽ.Primo.
¶Diuiſio quantum ad initium,ſecundo quantum ad progreſſum
Inf.eo.d. ibi:(Factum eſt cum diſcederent ab illo.) Tertio , quoad
Ibidem. conſummationem,ibi·(Hęc aũt illo loquente.) Quarto
Ibidem. quo ad ſubtractonẽ,ibi (Et dum fieret vox.) Sciendum,
quoad contemplationem diuinarum reuelationum ,
occurrunt duo quaſi in principio:ſcilicet grauamen, ex
parte naturæ,& iuuamen ex parte gloriæ.Primum ſopo
rat,& ſecundum excitat.Primo igitur quantum ad gra-
uamen ex parte naturæ obdornientis,dicitur:

Petrus vero & qui cum illo erant, grauati erant ſom- »
no.)Et ita omnes deficiebant. Nec mirum quia infirmi- »
Sapi.9.d. tate circundati erãt. Vnde.Sapi.9.Corpus quod corrũpi
tur,aggrauat animã,& terrena habitatio deprimit ſenſũ
multa cogitantem. Cum enim natura ſenſuũ exteriorũ,
impediat ,ne intellectus noſter figat oculum in lumen
æternum . oportet in contemplationis principio vt ho-
mo quaſi conſopitus à ſenſibus alienetur, quaſi per ſom
num,qui non fit ſine grauamine ſenſuum . Vnde anima
Cant.5.a contemplatiua . Canticorum quinto . Ego dormio, &
Iob.33.b. cor meum vigilat.Et Iob.33.Quando irruit ſopor ſuper
homines,& dormiunt in lectulo, tunc aperit aures viro-
Gene.2.d rum,& erudiens eos,inſtruit diſciplina.Et dehoc Gen.2.
dicitur.Immiſit dominus Deus,ſoporem in Adam.

Secundo verò quantum ad iuuamen ex parte gratiæ
excitan-

M.E.C.D. 2017

excitantis,ſubditur: (Et euigilantes. viderunt maieſtatẽ
eius,& duos viros qui ſtabant cum illo.) Hæc vigilia eſt
per deſiderium & amorem ſpiritus ſancti, ſecundũ illud
Iſaiç.26.Anima mea deſiderauit te in nocte, ſed & ſpiritu Iſaiç.26.b
meo in præcordijs meis de mane vigilabo ad te.Hic añt
potiſsimè neceſſaria eſt oratio. Vnde dominus Petro, &
ſocijs.Matt.26.Vigilate,& orate vt non intretis in tenta- Matt.26.d
tionem:ſpiritus quidem promptus eſt &c̃.Et Marc.13.Vi- Mar.13.d.
dete,vigilate,& orate.Subdit: Quod autem vobis dico,
omnibus dico, vigilate. Ad hanc autem vigiliam, præ-
cipuè nos inuitat promiſſum prçmium, ſecundum illud
infra 12.Beati ſerui illi,quos cum venerit dominus: inue Infr.12. e.
nerit vigilantes:amen dico vobis,&c.Inuitat etiam prç-
uiſum periculum, ſecundum illud.1.Pet.vlt.Sobrij eſto- 1.Pet.5.c.
te & vigilate,quia aduerſarius veſter diabolus & cæt.Et
Matth.24.dicitur. Illud autem ſcitote,quoniam ſi ſciret Matt.24.c
paterfamilias qua hora fur venturus eſſet,vigilaret vtiq;
&c. Maximè autem contemplationi neceſſaria eſt vigi-
lia,quia citiſsimè ſubtrahitur oblata gratia.Vnde Can- Cant.5.b
tic.5. Peſſulum oſtij mei aperui dilecto meo:at ille decli-
nauerat atque tranſierat. In hac autem euigilatione vi-
detur diuina maieſtas in creaturis.Secundum illud Sa-
piẽ.13.A magnitudine ſpeciei & creaturç.&c̃.Vnde Iſa.6. Sapi.13.a.
Vidi dominum ſedentem ſuper ſolium excelſum, & ple- Iſaiç.6.a.
na &c. Videtur diuina humilitas in ſcripturis, propter
quod dicit.(Et duos viros) Id eſt,legem, & prophetas,
de qua viſione infra vltimo.Aperuit illis ſenſum vt intel Inf,vlt.g.
ligerent ſcripturas.Et iterum incipiens à Moyſe, & omni Ibidem.d
bus prophetis,interpretabatur illis in omnibus &c̃. Pro
pter iſtos duos modos contemplandi, factus eſt duplex
liber ſcripturæ & creaturæ,qui deſignantur in aſcenſu&
deſcenſu per ſcalam Iacob Geneſ.28. Per egreſſum & in- Gen.28.b
greſſum per oſtium.Ioannis decimo.Per aquilam & eius Ioan.10b
pullos.Iob triceſimo nono.Nunquid ad prçceptum tuũ Iob.39.d.
eleuabitur aquila? Et poſt:Pulli eius lambunt ſanguinẽ:
¶Et factũ eſt cũ diſcederent.) Poſt cõtempla[illegible]nis exor-
diũ,ſubiungit cõtemplationis progreſſum. In quo duo
potiſsime requirũt,ſc; excedẽs gaudiũ de dono cõceſſo,
& excedẽs deſiderijũ de cõtinuãdo, ſcdm illud Eccli.24. eccli.24.c

Spiritus

M.E.C.D. 2017

Spiritus meus ſuper mel dulcis. Sequitur: Qui edũt me, adhuc eſurient, & qui bibunt me, adhuc ſitient. Per hęc enim duo anima in actu contẽplationis figitur, ſicut comedens in cibo per ſolatium ſimul & deſiderium. Primo ergo quantum ad gaudium de dono conceſſo dicitur:

Et factum eſt cum diſcederent ab illo.) Id eſt, diſcedere vellent. (Ait Petrus ad IESVM: Pręceptor, bonum eſt nos hic eſſe.) In quo oſtendit Petrus miro modo ſibi cõtemplationis gloriam eſſe acceptam. Quaſi dicat illud propheræ in Pſal. Mihi autem adhærere Deo bonum eſt Quia ſicut dicitur Thren. 3. Bonus eſt dominus ſperantibus in eum, animæ quærenti illum. Et propterea dicebat Petrus. (Bonum eſt nos hic eſſe.) Quia bonum eſt CHRISTVM expectare. Secundum illud Threnor. 3. Bonum eſt præſtolari cum ſilentio ſalutare Dei. Magis bonum eſt CHRISTVM deguſtare. 1. Petri. 2. Si tamen guſtaſtis quoniam dulcis eſt dominus. Vnde & Sapi. 12. O quàm bonus & ſuauis eſt ſpiritus tuus domine in omnibus, ſcilicet rectis corde, ſecundum illud Pſal. Quam bonus Iſrael Deus his qui recto ſunt corde. Vnde in perſona Chriſti & animæ contemplatiuæ dicit Helcana Annæ vxori ſuæ. 1. Reguim. 1. Anna cur fles &c. Sequitur Et quamobrem afligitur cor tuum? nunquid non ego melior tibi ſum quàm decem filij? Sed maximè bonum cũ Chriſto gaudere, ſecundum illud Philippẽ. 1. Diſſolui & eſſe cum CHRISTO, multo magis melius. Et Matt. 25. Euge ſerue bone & fidelis, quia ſuper pauca fuiſti fidelis ſuper multa te cõſtituam: intra in gaudium domini tui. Primum ergo bonum quia meritum, ſecundum magis bonum quia viaticum, ſed tertium maxime bonũ quia præmium. Omnibus his modis volebat dicere Petrus, maxime ratione gaudij, bonum eſt nos hic eſſe.

Secundo vero quantum ad deſiderium de dono continuando, adiungitur. (Et faciamus tria tabernacula.) Ad continuandum gaudium noſtrum, ſicut filij Iſrael fecerunt in figura, ſecundum illud Leuit. 23. Omnis qui de genere eſt Iſrael, manebit in tabernaculis, vt diſcant poſteri veſtri, quod in tabernaculis habitare fecerim filios Iſrael. Quia tamen non vniformiter deſiderabat conſortium

pſalo. 72. Thre. 3. c. Ibidem. 1. Pet. 2. a. Sapi. 12. a pſalo. 72. 1. Re. 1. b. philip. 1. c Matt. 25. b Leui. 23. g.

M.E.C.D. 2017

tium illorum triũ, ideo nõ vniformiter oĩbus, ſed cuili-
bet optat fieri propriũ tabernaculum. Vnde addit. (Vnũ
tibi.) Tanquam principali, (Et vnum Moyſi.) Tanq̃ lẽ-
giſlatori. (Et vnũ Eliæ.) Tanq̃ excellenti prædicatori, vt
ſic ſecundum diuerſitates dignitatum diſtinguantur ha
bitacula manſionum. Sic enim erit in regno cœlorum,
ſecundum illud Ioan. 14. In domo patris mei manſionès Ioan. 14. a
multæ ſunt. Hoc autem dicebat Petrus per exceſsiuũ de-
ſiderium, quod ſolet eſſe in cõtemplantibus. Et propter
hoc additur: (Neſciens quid diceret.) Scilicet præ nimie-
tate deſideriĳ, ſecundum illud. Pſal. Quia inflammatum pſal. 72.
eſt cor meũ, & renes mei cõmutati ſunt, & ego ad nihilũ
redactus ſum, & neſciui. Et ꝓpter profunditatẽ myſteriĳ,
ſecundum illud. Cant. 6. Deſcendi in hortũ nucum, vt vi Cant. 6. d
derem poma conuallis, & inſpicerem, & c̃. Et paulo poſt,
Aĩa mea conturbauit me, propter quadrigas Aminadab.
Et ex hac duplici cauſa neſciebat Petrus quid dicebat.
Vnde in gloſſa. Et ſi Petrus pro humana conditione ne- Gloſ. Bed
ſciat quid dicat, inſiti tamen ſibi dat ardoris indiciũ, dũ
eos, quos videre delectat, etiã obſequio ſiſtere quęrit. Er-
rabat autẽ, quia in terra, & in hac mortali carne ſibi, &
coapoſtolis ſuis dari cupiebat regnum, quod in cœlis, &
carne mortali expoliatis, eſt promiſſum.

¶ Notandum autem, quod Petrus decipiebatur. Primo,
quia volebat manere in ſtatu à quo eſt tranſeundum, di
citur enim Hebr. 13. Non habemus hic manentem ciuita Heb. 13. c.
tem. Petrus autem volebat manere hic. In quo etiam re-
prehenſibiles ſunt quidam qui dum volunt arcem con-
templationis aſcendere, volunt quieſcere, & ad laborem
actionis recuſant deſcendere. Et hi deſignãtur per filios
Ruben, de quibus. Num. 32. Dicitur, quod voluerunt vl- Num. 32. a
tra Iordanem remanere, quibus ait Moyſes: Nunquid fra
tres veſtri ibunt ad pugnam, & vos hic ſedebitis? Quaſi
dicat, Non. Vnde Iacob vidit ſcalam in ſomnis. Gene-
ſis. vigeſimooctauo. Et angelos nõ quieſcentes ſed aſcen Gen. 28 b
dentes & deſcendes per eam.

Secundo decipiebatur in hoc, ꝙ vmbram credebat in
hoc verificatã: cũ tñ dicat Apoſt. 1. Cor. 13. Videmus nunc 1. Cor. 13 d
per ſpeculũ in ænigmate, Et tabernaculũ glorię credebat

M.E.C.D. 2017

psalm.41. materiale cum tamen sit speciale, secundum illud. Psal. Transibo in locum tabernaculi admirabilis. Hoc est tabernaculum quod fixit deus, & non homo, sicut dicitur
Heb.8.a. ad Hebr.8. Et hoc potissimè cauendum est contemplatiuis, ne decipiantur in figuris ostensis.

Tertio vero, quia diuidere volebat vnita, & quod erat vnum triplicare volebat. Vnum est enim in gloria taber-
Ioan.17.d naculum sanctorum, secundum illud. Ioann.17. Volo pa-
Apoc.21.a ter, vt vbi ego sum, & illi sint mecum. Et Apocal.21. Ecce tabernaculum dei cum hominibus, & habitabit cum eis
Ioan.10.d Et Ioan.10. Fiet vnum ouile & vnus pastor. Hæc autē de-
2.Cor.5.c ceptio non erat per iudicium & assensum, sed magis pro-
psalm.67. pter mentis excessum, de quo .2. Cori.5. Siue mente excedimus, deo, & c̄. & Psalm. Ibi Beniamin adolescentulus in mentis excessu.

¶Hæc autem illo loquente, & cæ.) Post ingressum & progressum, determinat euangelista contemplationis statū siue consummationem. Consummatur aūt contēplatio in duobus, quorum primū est ostensio maiestatis terribilis. Secundum vero reuelatio veritatis credibilis. Primo ergo quātum ad maiestatis terribilis ostensionē, dicitur.

Hæc autē illo loquente, facta est nubes.) Hæc autem erat diuinæ maiestatis ostensura. Vnde filijs Israel terri-
exo.40.d. bilis in nube apparebat. Exod.40. Postquam omnia perfecta sunt operuit nubes tabernaculum testimonij, & gloria domini impleuit illud. Nec poterat Moyses ingredi tectum fœderis, nube operiente omnia, & maiestate do-
3.Regū.8. mini coruscante. Similiter .3. Regum.8. dicitur. Factum est, quum exissent sacerdotes de sanctuario nebula impleuit domum domini, & nō poterant sacerdotes ministrare propter nebulam, impleuerat em̄ gloria dñi domū dñi Vnde nubes indiciū erat supernę glorię & maiestatis. Et propterea subditur. (Et obumbrauit eos, & timuerunt.)
Supr.1.d. Sentiebāt em̄ diuinā virtutē in nube, de qua Supra.1. Virtus altissimi obūbrabit tibi, & ideo timuerūt, ppter præ-
Iob.31.c. sentiam tantæ virtutis, sicut Iob. qui dicebat.31. Semper
Iere.10.a. quasi timētes sup me fluctus timui dñm. Et Ier.10. Quis nō timebit te ō rex gentiūm? & c. Secundum mysticū autē sensum per nubē intelligi potest caro CHRISTI. Primo quia

quia contẽperat lumen diuinitatis oculis noſtris, vt poſ= ſimus intendere. Exo.19. Iam nunc veniã ad te in caligi= ne nubis, vt audiat me populus loquentẽ ad te. Secũdo vero, quia eſt diuinę lucis vehiculum ſuper terrã tenebro ſam, ſecundum illud Iſa.19. Dominus aſcendet ſuper nu= bem leuẽ, & ingredietur Aegyptum. Tertio, quia ortum traxit de amaritudine & pœnalite naturæ humanæ me= diante virgine MARIA, quod figuratũ eſt.3. Reg.18. Ec= ce nebula parua quaſi veſtigium hominis aſcendebat de mari. Quarto, quia aquam gratię ſalutaris quam hauſit in ſui origine effundit quum agitatur vento orationis. Vnde Eccli.43. Medicina omniũ in feſtinatione nebulæ. Ex hoc eruditur cõtemplatiui, vt non tantum erigãt oculos ad lucem deitatis radiantem, ſed etiam ad nubem humanitatis obumbrantem. Quod figuratum eſt Ioã.1. Vbi dixit dominus Nathanaeli, videbitis angelos dei, id eſt, contemplatiuos aſcendentes, & deſcendentes ſupra filiũ hominis, quia in humanitate latet diuina maieſtas

¶ Quid per nubẽ myſtice in= telligatur exo.19.b. Iſaię. 19.a

3.Re.18.g

Secundo vero, quantum ad veritatis credibilis reuela
« tionem, adiungitur. (Intrãtibus illis in nubem.) Scilicet excitantem ad reuerentiam, iuxta quod dicitur. Exo.24. Ingreſſus Moyſes mediũ nebulę, aſcendit in montẽ, vbi
« audiuit diuinas reuelationes. Vnde & nũc ſubditur. ('Et
« vox facta eſt de nube dicens, Hic eſt filius meus dilectus) Diſcretè ipſum demonſtrat, vt oſtendat, q̃ ipſe ſolus eſt fi lius per naturam. Vnde in Pſal. Ex vtero ante luciferum genui te. Et ponuntur ibi diſcretiones, tum in hoc quod dicit, hic: tum in hoc quod dicit, meus: tum in hoc quod dicit dilectus: in quo declarat proprietatẽ filiationis in CHRISTO eſſe perſonalem, & cõnaturalem, & coęqua= lem. Oſtenditur perſonalis per pronomen (hic) quod cer= tam demonſtrat perſonam. Vnde ipſe dicebat. Ioann.8. Ad demonſtrationem perſonæ ſuæ. Principium qui & loquor vobis. Oſtenditur connaturalis, per hoc quod dicitur. (Meus.); Secundum illud Pſalmiſtæ. Dominus dixit ad me, Filius meus es tu, ego hodie ge[illegible] te: Quia alium non habet patrem niſi Deum, ad cuius diſtinctio= nem Ioã.20. dicitur: Aſcendo ad patrẽ meũ, & patrẽ veſtrũ Oſtenditur eitã coęqualis in hoc quod addit (Dilectus.)

exo.24.d.

pſal. 109.

Ioan.8.c.

pſalmo.2.

Ioan.20.d.

M.E.C.D. 2017

Cant.5.c. Id eſt,præcipuè & ſummè electus. Vnde. Cantic.quinto.
Ioan.5. d Dilectus meus candidus & rubicundus,electus ex millibus. Et Ioan.5. Pater diligit filium, & oĩa demonſtrat ei.
Quõ Chriſtus audiẽdus pſal'o.84. eccl'i.32.b Et qa iſta veritas à deo,erat credibilis,vt oĩa dicta CHRISTI oſtenderet eſſe credenda,ideo adiũgit.(Ipſum audite.)Non aure corporis,ſed etiam cordis, ſicut propheta in pſal. Audiam quid loquatur in me dñs(Audite) inquã cum omni reuerentia, ſecundum conſiliũ. Eccl'i.32. Audi tacens,& pro reuerẽtia accedet tibi bona gratia. (Ipſum audite.)Cum omni obediẽtia,ſecundum illud. Eccl'i.24.
Ibidẽ.24c Qui audit me,nõ confundetur:& qui operantur in me, nõ peccabunt.(Ipſum audite.)Cum oĩ diligentia. Vnde Infra.19. Omnis populus ſuſpenſus erat, audiens illum.
Infra.19g Hæc autẽ vox firmauit corda diſcipulorũ, vt etiam ipſa eorum doctrina,ex hoc fieret authentica,ſecũdum illud
2.Pet.1,c. 2.Pet.1. Non enim indoctas fabulas ſecuti, notã fecimus vobis domini noſtri IESV CHRISTI virtutem & prę-ſentiam,ſed ſpeculatores facti illius magnitudinis, accipiens enim à Deo patre,& c̃. Vſq; ibi. Cum eſſemus cum ipſo in monte ſancto.

¶Et dum fieret vox,& c̃.) Hic vltimo poſt contemplationis conſummationem,colligit euangeliſta ipſius ſubtractionem: circa quã duo introducit euãgeliſta. Primũ eſt reditus viſionis ſolitę. Secundũ occultatio viſionis oſtẽſę. Primo ergo quantum ad reditũ viſionis ſolitæ dicitur

Et dum fieret vox,inuentus eſt IESVS ſolus.) Scilicet 29
abſq; Moyſe & Elia,ſicut & ante cũ eis erat. Et hoc eſt q̃d
Cant.3.a in Cãt.8. Deſiderabat ſpõſa. quis mihi det te fratrẽ meũ, ſugentem vbera matris meæ,vt inueniam te foris, & deoſculer te,& iam me nemo deſpiciat? Et hic ideo ſolus cũ eis inuentus eſt,vt intelligant tranſitum legis,& prophetiæ,& permanentiam veritatis euãgelicæ. Iuxta quod di
Matt.24.c citur. Mat.24. Cęlum & terra tranſibunt, verba autẽ mea non prętcribũt: Vnde in glo. Solus cernitur,quia legis & propheta[illegible] vmbra diſcedente,verum lumen,coruſcante euãgelij̃ g[illegible]tia, reperitur. Vel vt oſtendat q̃ ipſe eſt ſolus qui adorandus eſt. Et cui ſoli tabernaculum ædificandum, Iuxta illud. Deuteron.6. Dominum Deum tuum
Deut. 6.b timebis,& illi ſoli ſeruies. Vel vt oſtendat,quod ipſe ſolus eſt,qui

eſt, qui poteſt ſaluare. Vnde. Actuum.4. Nec enim aliud nomen ſub cœlo datũ hominibus, in quo oporteat nos ſaluos fieri. Et Hebrę.7. IESVS autem eò quòd maneat in æternum, ſempiternum habet ſacerdotiũ, vnde & ſaluare in perpetuum poteſt. Sequitur, Semper viuens ad interpellandum pro nobis. Actu.4.c. Heb.7.d.

Secundo vero quantũ ad occultationem viſionis oſtẽ-
" ſæ, ſubditur. (Et ipſi tacuerunt.) Sciebant eñ ſcriptũ eſſe Tob.12. Sacramentum regis abſcondere, bonũ eſt. Non- dum enim erat tẽpus loquendi, ſed magis occultandi, ſe- cundum illud. Eccl'ſ.3. Tempus tacendi, & tẽpus loquen di. Et Eccl'i.20. Eſt tacens ſciens tempus apti temporis. Homo ſapiens tacebit vſq; ad tẽpus, laſciuus autẽ, & im- prudens non ſeruabit tempus: Et tales fuerunt apoſtoli,
" propter quod additur: (Et nemini dixerũt in illis diebus
" quicq̃ ex his quæ viderant.) Non quod vellent ex auari- tia occultare, ſed quia ex diuina obediẽtia reticere. Præ- ceperat enim hoc eis dominus, ſecundum illud. Matt.17. Nemini dixeritis viſionem, donec filius hominis à mor- tuis reſurgat. Huius autem prohibitionis triplex poteſt ratio aſsignari. Vna fuit informatio contemplatiuorum quorum eſt cœlare diuinũ ſecretũ, ſecundum illud Iſa.24 Secretum meum mihi, ſecretum meum mihi. Vnde MA- RIA cœlauit partum virginalem annis.30. Elizabeth cõ ceptum menſibus quinq;, ſicut dicitur Supra.1. Occulta- bat ſe menſibus quinq;. Paulus raptũ quatuordecim an nis.2. Corin.12. Scio hominẽ in CHRISTO ante annos 14. & c̃. Secunda ratio fuit informatio prædicatorum, vt verbũ veritatis nõ proponat, niſi videãt capacitatem au- ditorũ ad credendũ, & ſuſcipiendum verbũ, ſecundum il lud. Eccl'i.32. Vbi auditus nõ eſt, nõ effundas ſermonẽ. Vñ in gloſ. Domino iubente tacent, donec filius hominis à mortuis reſurgat, ne incredibile ſit pro rei magnitudine & poſt tantam gloriam apud rudes ſequẽs crux ſcanda- lum faciat. Et Hieron. Vtiq; doctoris eſt aud[illegible]ntiũ conſi derare perſonas ne irrideant, anteq̃ audiant. Tertia ratio fuit inſtructio vniuerſorum, vt nemo velit laudari, nec quis audeat laudare in hac vita, ſecundum illud. Eccle- ſiaſt. vndecimo. Ante mortem ne laudes hominẽ quem- Matt.17.b ¶ Triplex ratio cur Chriſtus apoſtolis „phibue- rit, ne ha- bitã viſi- onẽ reue- larent. eccl'i.32.a Gloſſa. Hierony. eccl'i.11.d.

M.E.C.D. 2017

Ambrosi. quam,quoniam in filijs suis agnoscitur vir. Vnde Ambr. Lauda post mortem, prædica post consummationem.

¶Factum est autem in sequenti die,& c̄.) Post demõstrationem gloriæ promissæ,& contemplationem glorię demonstratæ,subditur hic confirmatio gloriæ demonstratæ in miraculosa curatione dæmoniaci,muti,& lunaticī Circa huius curationem tria introducuntur ab euangelista ad ipsius explicationem perfectam. Primum est opportunitas disponens. Secundum est potestas efficiens, ibi.(Respondens aũt IESVS,ait,& cę.(Tertium est vtilitas consequens,ibi.(Stupebant autẽ omnes,&c̄.) Opportunitas autem disponens colligitur ex tribus,scilicet ex præsentia multitudinis occurrentis. ex instantia hominis obsecrantis: ex violentia dęmonis obsidentis. Introducit igitur primo multitudinis occurrentis præsentiam, cum ait:

Factum est autẽ in sequẽti die,descendentibus illis de monte.)Reuertendo scilicet ad plana.(Occurrit illi turba multa.)Quia credebant & sperabant videre signa,secundum illud Ioann.6. Sequebatur IESVM multitudo magna,quia videbant signa quæ faciebat super his qui infirmabantur. Et nota, ꝙ non comitatur turba ascendentem,quia non capit sublimia. Vnde Exo.19. Non poterit vulgus ascendere in montẽ. Occurrit autẽ descenti , quia libenter amplectitur CHRISTI humilia. Vnde Mat.8. Cum descendisset IESVS de monte , secutæ sunt eum turbæ multæ. Ex hoc etiam potest spiritualiter intelligi, ꝙ paucorum est otium contemplationis, quod designatur per ascensum in mõtem. Sed multorũ est exercitiũ actionis, quod designatur per eius descensum & turbam occurrentẽ. Quod designatum fuit in arca Noe,quæ cum esset trecentorum cubitorũ in imo,cõsummata est in summo in cubitu vno,sicut patet. Gen̄.6. Et ideo apex mõtis cõpetit contẽplantibus , & cãpestria plana lãboratibus,iuxta illud. Psal. Ascendũt mõtes,& descendant cãpi. Et hoc est quod dicit Bed. in glos. In mõte orat,docet,maiestatẽ suã demonstrat,patris vocem Apostolis pandit,descendens autẽ à turba excipitur,miserorum fletu pulsatur,infidelitatis peccata exprobrat malos, spi-

ritus

Ioan.6.a.

exo.19.d.

Matt.8.a.

Gene.6.c.

psalm.10;

M.E.C.D. 2017

ritus expellit. Vbi tangit quatuor actus contemplatiuæ quos designauit in mõtis ascensu, qui sunt oratio, lectio, contuitio diuinorũ, & reuelatio secretorum. Et quatuor actiuę, qui designãtur in descensu. Quadrupliciter enim debet prẹlatus in exercitio actionis condescẽdere subditis suis, scilicet visitando, compatiendo, vitia increpãdo, & necessitates releuando. Secundũ literam vero descendenti turba occurrit, quia cupiebant videre expulsionẽ dęmonis, quę nõ potuit fieri a discipulis sicut paulo post subditur, (rogaui discipulos tuos vt eiçerẽt illud, & non potuerũt.) Ex tanta igitur prẹsentià & desiderio populi, colligitur opportunitas miraculi faciendi.

Secũdo vero introducit hominis obsecrãtis instantiã, « cum ait. (Ecce vir de turba exclamauit.) In hoc ostendit affectum in supplicando. secundum illud Psal. Exaudisti vocẽ orationis meę dum clamarẽ ad te. Vnde. 1. Machab. 4. Exclamauerũt tubis signorũ & clamauerũt in cœlum. Et de Samuele dicitur. 1. Regum. 15. ꝙ cõtristatus clamauit ad dominum tota nocte. Et ꝙ hic esset clamor oratio « nis, patet per hoc quod sequitur (Dicens, Magister, obse- « cro te, respice in filiũ meũ, quia vnicus est mihi.) In qua oratione fatetur CHRISTI excellẽtiã, offert reuerentiã petit clœmentiã, & allegat indigentiam. Et sic est oratio satis perfecta, cum dicit (magister,) excellentiam confitetur, iuxta quod dicitur discipulis. Vocatis me magister & domine: & bene dicitis. Ioan. decimo tertio. Ideo autem vocat eum magistrum. quia existimabat eum plura posse & scire quam discipulos, qui non potuerant nec sciuerãt curare filium suum, Et propterea dicebat dominus discipulis Matthæi vigesimo tertio. Nec vocemini magistri, quia magister vester vnus est Christus. In hoc autẽ quod addit (obsecro te) exhibet reuerentiam, obsecrãtis enim est se humiliare & reuereri, iuxta quod dicitur primę Timothæi quinto. Seniorem ne increpaueris. sed obsecra vt patrem. Et hoc potissimè debet homo facere in oratione. Nam Ecclesiastici trigesimo quinto capit. dicitur. Oratio humiliantis se, nubes penetrabit. In hoc vero quod addit, (respice in filium meum,) petit misericordiam, Secundũ illud Ecclesiastici trigesimo sexto capite.

psalm. 10.
1. Mac. 4. e
1. Re. 15. c.
Ioan. 13. b
Matt. 23. b
1. Tim. 5. a
eccli. 35. b
eccli. 36. a

M.E.C.D. 2017

miſerere noſtri deus omnium, & reſpice in nos, & oſtende de nobis lucẽ miſerationum tuarum. De quo dicitur in
pſalm.101 Pſal. Reſpexit in orationẽ humilium, & non ſpreuit precem eorum. In hoc quod addit, (Quia vnicus eſt mihi.)
pſalm.24. allegat indigẽtiã, quaſi diceret illud pſal. Reſpice in me, & miſerere mei: quia vnicus & pauper ſum ego. Vnicus
2.Re.1.d. enim filius tenere diligitur iuxta illud. 2. Reg. 1. Sicut mater vnicũ amat filiũ ſuũ, ita ego te diligebã. Et cũ dolore
Gene.42 perditur. Vnde Gen. 42. Dixit Iacob de Beniamin ipſe ſolus remãſit, ſi qd ei aduerſitatis acciderit in terra ad quã pergitis, deducetis canos meos cum dolore ad inferos.

Tertio vero adiungit dęmonis obſidentis violẽtiam, cum addit. (Et ecce ſpiritus apprehendit eum & ſubito clamat.) Ex quo apparet quod dæmon affligebat afflicti-
Mat.17.b. one repentina. Vnde Matt. 17. dicitur de iſto eodẽ. Miſerere filio meo quia lunaticus eſt, & male patitur, & ſæpe cadit in ignẽ, & crebro in aquam. Vnde talis infirmitas erat repẽtina, ſicut eſt infirmitas arreptiuorum. Talis aũt
1.Re.16.d erat Saul, de quo. 1. Reg 16. dicitur, ꝙ quandocũque ſpiritus domini malus arripiebat Saul, Dauid tollebat citharã, & percutiebat manu ſua &c̃. In quo deſignatur ꝙ verus Dauid CHRISTVS dæmoniacam violẽtiam domaturus erat. Nec tantum erat repentina, ſed etiam afflictiua. Vnde addit. (Et elidit & diſſipat eum cum ſpuma) quod eſt ſignum magni doloris & afflictionis. Vnde po-
pſal.140. terat iam dicere, diſſipata ſunt oſſa mea ſecus infernum, quia a ſpiritu infernali ille diſſipabatur. Nec tãtum erat afflictiua, ſed etiã diuturna. propter quod addit. (Et vix diſcedit dilaniãs eum) Vnde poterat iſte dicere illud Iob
Iob.19.b. 19. Simul venerunt latrones eius, & fecerunt ſibi viã per me, & obſederunt in gyro tabernaculũ meũ. Et ꝙ paſsio iſta eſſet magnæ durationis, & difficultatis, apparet propter difficultatem curationis. Vnde adiungit, (Et rogaui diſcipulos tuos vt eijcerẽt illud, & nõ potuerunt.) Ratio aũt huius fuit quia non poterat per poteſtatẽ terrenã, ſecundũ illu
Iob.41.d. Iob. 41. Non eſt ſuper terrã poteſtas, &c̃. Et tũc aberat diuinę efficaciæ poteſtas, ꝓpter incredulitatẽ
Matt.17.c humanã. Vnde Mat. 17. Dixerũt diſcipuli dño, quare nos non potuimus eijcere illum? Dixit illis IESVS. Propter incre-

incredulitatem veſtram .Nam Marci.9.dicitur . Si potes credere,omnia poſsibilia ſunt credenti. Mar.9. c.

¶Secundum ſpiritualem autem intelligentiam , in hoc dęmoniaco ſic vexato intelligitur homo qui poſsidetur à peccato ſpirituali,qui apprehenditur per ſuperbiã,quæ primo facit quod diabolus manum extẽdat in hominẽ , ſecundum illud Iob.40.Ipſe eſt rex ſuper vniuerſos filios ſuperbię. Secundo clamat per iactantiã. Iſaię.5.Expectaui vt faceret,&c̃.Sequitur,& iuſtitiã & ecce clamor, tales erant Phariſæi.ſecundũ illud Matt.23.dilatant phylacteria ſua,magnificãt fimbrias, amant autẽ primos recubitus in cœnis,&c̃. Tertio vero,elidit per inuidiã ſecũdum illud Iob.30. Eleuaſti me,quaſi ſuper ventum ponẽs, per arrogantiam,eliſiſti valide,per inuidiã. Quia Iob.5.paruulum occidit inuidia.Quarto vero diſsipatur per iracundiam,quæ omnes cogitationes conturbat, ſecũdum illud Iob.17.Cogitationes meæ diſsipatæ ſunt,torquentes cor meum. Et in Pſal. diſsipati ſunt nec compuncti. Sequitur.frenduerũt ſuper me dentibus ſuis.Quinto dilaniat per cordis mœſtitiam,qua prȩcipitat in impatientiam, & per hanc dilaniatur in conſcientia. Vnde Eccleſiaſtici.38. Triſtitia cordis flectit ceruicem,&c̃.Et hinc eſt quod vix diſcedit propter perfidiam.Sapien.12. Nequam eſt natio eorum,& naturalis malitia ipſorũ, & quoniam non poterat mutari cogitatio illorum in perpetuum.

¶Reſpondens autẽ IESVS dixit.) Nunc poſt opportunitatem diſponentem,explicat ſecundo Euangeliſta poteſtatem efficientem,quę hic deſcribitur,vt æqua,vt pia, & vt magna . Primo deſcribitur vt æqua in argutione cordis increduli,cum dicit.

« O generatio infidelis & peruerſa,) vt infidelitas ſit in cognitione, & peruerſitas in affectione, ſecundum illud Deutero.trigeſimo ſecũdo.Generatio enim peruerſa eſt, & infideles filij . Infidelitas reddebat eos ſtultos, & peruerſitas duros . ſecundum illud Eccleſiaſtes primo. Peruerſi difficile corriguntur , & ſtultorum infinitus eſt numerus.Ideo non ſolum ſunt admonendi , ſed etiam foriter increpandi Propterea addit. (Vſquequo ero apud « vos,) vobis ſcilicet faciens bona, (& patiar vos?) ſuſtinẽs

Iob.41.d. Iſaię.5. b. matt 23.a Iob.30. c. Iob.5.a. Iob.17. c. pſalm.34. eccle.38,b Sapi.12. b Deut.32.c eccle.1.d.

ſcilicet

M.E.C.D. 2017

scilicet vestra mala,quod non dicit propter impatientiã,
Matt.5.g. cum ipse sit de quo Mat.5.Qui solem surum facit oriri su-
Supr.6.e. per bonos & malos,& supra.6.Ipse benignus est super in-
gratos & malos.Sed hoc dicit vt per increpationem du-
Titũ.1.d. ram,expellat cordis duritiam, secundũ illud Tit.primo,
Increpa illos durè,vt sani sint in fide.

Secundo describitur vt pia in aduocatione infantis
obsessi,cum dicit.(Adduc huc filiũ tuũ) sc; ad prçsentiam »
Isaiç.49.f: saluatoris,vt iam videatur impletũ illud Isaiç.49.Auferẽt
filios tuos in vlnis,& filias tuas sup humeros portabũt.
(adduc,)inquã per fidem tuã,eum qui non potest venire
Supr.5.d. per fidem suam,sicut illi viri apportauerunt paralyticum
de quibus Matth.nono dicitur.Quorum fidem vt vidit
IESVS,dixit,Homo, remittũtur tibi peccata tua. Vnde
Marc.9.c. Marci nono dominus dixit huic viro.Si potes credere,o-
mnia possibilia sunt credenti.Fides est enim illa quà me
diante quis ducitur ad CHRISTVM, quia ipsa est viæ
Heb.11.b. deueniendi ad deum. Vnde Apostolus Hebr.11. Sine fide
impossibile est placere deo . Credere enim oportet acce-
dentem,&c.Et quia non est conuentio CHRISTO ad
Belial,nec luci ad tenebras, ideo additur. (Et cum acce- »
deret,elisit illum dçmoniũ & dissipauit,)in quo ostendi- »
tur quod ipse inuitus veniebat ad lucem tanquam male
Ioan.3.c. agens,secũdum illud Ioan.3.Qui male agit,odit lucem.
Simul etiã cum hoc ostenditur quod diabolus maximè
aduersatur,ne quis ab eo obsessus cõuertatur ad CHRI-
Beda. STVM,secundum quod dicit Beda in glossa, dum puer
ad dominum accedit , eliditur,quia cõuersi ad dominũ
plerumq; a dçmone grauius pulsantur, vt ad vitia reuer-
exo.14.a. tantur.Cuius exemplum habemus Exo.14.de Pharaone
qui persequabatur populum recedentem.

Tertio describitur vt magna in expulsione spiritus im
mundi cũ additur,(Et increpauit IESVS spiritũ immũ- »
Supr.4.g. dum) quasi solo verbo cõpescens eũ,secũdũ illud supra.3. »
Zach.3.a. Increpãs [illegible]õ sinebat ea loqui. Vnde angelus dñi Zach.4.
dicebat, increpet dñs in te sathan.Et q illa increpatione
eiectũ est dçmoniũ,subditur.(Et sanauit puerũ)Vnde illa »
Iob.5.c. increpatio erat salutaris,,ppter quod Iob.5.Increpationẽ
dñi ne reprobes: quia ipse vulnerat, & medetur:percutit,
& manus

& manus eius ſanabũt. Et quia hoc meruerat fides patris
« ideo addit. (Et reddidit illũ, patri eius,) ad leniendũ dolo
rẽ ipſius, vt poſsit dicere vnico ſuo illud Iacob. Gene. 46. Gen. 46. d
Iã lœtꝰ moriar, qa vidi faciẽ tuã, & ſuperſtitẽ te relinquo.
¶ In hoc facto autem ſpiritualiter eruditur prẽlatus qua- ¶ Spiritus
liter ſubditum, à diabolo per peccatũ obſeſſum, reddere aliter.
debet regi cœlorũ, ſcilicet increpando & ſanando. Increꝑ
pando per iuſtitiam, & ſanando per clœmentiam. Debet
autẽ eſſe rigor iuſtitiç, reſpectu culpç, ſed dulcor clœmen
tiç, reſpectu naturæ. Vnde Auguſt. Fiat correptio cũ dile- Auguſti.
ctione hominũ, in odio vitiorũ. Et Grego. Diſtrictionẽ Gregorꝰ
debemus vitijs, & cõpaſsionẽ naturæ. Vera nanq; iuſtitia
compaſsionẽ habet, falſa iuſtitia indignationẽ. Vnde &
infra. 10. dicitur de Samaritano curante vulneratũ, quod Infra. 10. f
plagis eius infudit vinũ & oleũ, vinũ mordens, & oleum
leniens, ſecundum duo quæ dicta ſunt.
¶ Stupebãt aũt omnes, &c̃.) Poſt opportunitatẽ diſponẽ-
tem & poteſtatẽ efficientẽ, ſubdit hic Euãgeliſta vtilitatẽ
conſequẽtẽ. Et hęc fuit duplex. Prima vniuerſalis, ſecũda
particularis. Prima fuit excitatio vniuerſorũ ad reueren-
tiã maieſtatis, ſecunda fuit ſolicitatio diſcipulorũ ad in-
telligentiã veritatis. Primo igitur quantũ ad excitationẽ
vniuerſorũ ad maieſtatis reuerentiam, dicitur.
« Stupebant aũt omnes in magnitudine dei.) quia ma-
gna erat potentia quę tam magnũ morbũ in tam paruo
tempore, tam paruo verbo perfectè curauit. Vnde decan-
tabant illud Pſalm. Magnus dñs noſter, & magna virtus Pſalm. 146
eius, Et illud Iere 10. Magnus es tu domine, & magnum Iere. 10. a.
nomen tuũ in fortitudine. Et Exo, 15. Quis ſimilis tui in exo. 15. b.
fortibus domine? quis ſimilis tui? magnificus in ſanctita
te, terribilis atq; laudabilis, faciens mirabilia.
Secundo vero quantũ ad ſolicitationẽ diſcipulorũ ad
« veritatis intelligẽtiã, addit. (Dixit aũt ad diſcipulos ſuos
« ponite vos in cordibꝰ veſtris ſermões iſtos,) quaſi diceret
eis. Alijs recognoſcẽtibꝰ & admirãtibꝰ magnitudinẽ mi-
raculorũ, vos cogitate humilitatẽ furutorũ opprobriorũ
& pretioſi ſanguinis (quo mũdus redimẽdus eſt) euentũ,
mẽte recõdite, dũ cęteri mirãtur tantũ facta diuinę altitu
dinis. Vnde ponite, id ẽ, in memoria habete, ſecũdũ illud
Cantico,

M.E.C.D. 2017

Can.8.b. Cantico.8.Pone me vt ſignaculum ſupra cor tuum.Ideo autem poſt oſtenſionẽ miraculi, adiungit prędictionem futuri ſupplicij, nè ſubito veniens paſsio diſcipulos omnino concutiat.Vnde Eccleſiaſtici vndecimo. In die bonorum ne immemor ſis malorũ. Et ne aliquis proſperitatis tempore extollatur, ſecundum illud Prouerbio. 27. Nè glorieris in craſtinum, ignorans quid ſuperuentura pariat dies.Et ideo Eccleſiaſtici.11.Nec in die honoris tui extollaris.Sermones vero quos vult ad memoriã reduci, ſunt de poſsione.Vnde addit(Filius enim hominis futurum eſt vt tradatur in manus hominũ.)Tradatur inquã ex clæmentia à deo patre. Roma. 8. Qui proprio filio ſuo non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum. &c. Tradetur ex obediẽtià à ſeipſo.Iſaiæ.51.Pro eo quod tradidit in mortem animam ſuam. Tradetur ex malitia à Iuda proditore.Matthęi.26.Qui intingit mecum manum in paropſide,hic me trader.Et in hoc implicat totã pâſsionẽ.Et quoniam hoc erat occultũ myſterium, ideo additur.(At illi ignorabant verbum iſtud, & erat velatũ ante eos vt non ſentirent illud,) quia adhuc rudes erant & animales,nec intelligebant prætérita à deo facta, nec futura,Vnde Eccleſiaſtes.8.Qui ignorat prætérita,& futura nullo ſcire poteſt nũcio. Imo & quia adhuc nõ erãt perfectè eruditi.Ideo additur, (& timebant eum interrogare de hoc verbo.) Nondum enim audierant ab illo illud Ioan.15. Iam non dicam vos ſeruos. quia ſeruus neſcit quid faciat dominus eius &c.Huius autem ignorantiæ triplex erat ratio. Partim emẽ veniebat ex amore charitatis,partim ex fide diuinitatis,partim ex cõſueto modo loquendi CHRISTI in parabolis. Et hoc tangit gloſſa Bedæ. Licet autem ſciret dominus eos ignorare, prædixit tamen eis,vt poſtmodum narrauit poſt reſurrectionem quando eos increpauit,infra vltimo. O ſtulti& tardi corde ad credendum in omnibus quę locuti ſunt prophetæ, nonne hæc oportuit pati CHRISTVM &c. Vnde huius rationem reddit Ioã.14. Et nunc dixi vobis, priuſq; fiat,vt cum factum fuerit,credatis. Tum etiam vt (ſicut dictum eſt)in omni noſtra exaltatiõe doceat mortis & humilitatis noſtrę habere memoriã.Vnde Eccleſi.7.

Rom.8.f. ¶Chriſto à diuerſis diuerſimode in paſsionẽ traditur.

Eccle.11.c.

prou.27.a

eccle.11.a

Beda.

Inf.24 d g

Ioan.14d

Memo-

Ioan.15 b

Matt.26 b

Iſaię.53 .d

eccls.8.a.

M.E.C.D. 2017

Memorare nouiſsima tua, & in æternum non peccabis. ecclc.7.d
¶Intrauit autem cogitatio &c.)Hęc eſt tertia pars huius ¶Diuiſio
partis,in qua agitur de miſsione Apoſtolorum, vbi poſt
explicationem formæ prædicandi,& viæ proficiendi, ex
plicatur norma præſidendi.Apoſtoli enim gerebant per
ſonam prædicatorum,virorum perfectorum, & prælato ¶Prçlatis
rum . Quoniã aũt prælatis ad plebem regendam ſunt tria ſunt
neceſſaria tria,ſcilicet humilitas animi, æquanimitas ze neceſſa-
li,&perſpicacitas iudicij,ideo pars iſta tres habet partes. ria.
In quarum prima informat ad animi humilitatem, in ſe Infr.eo.f.
cunda ad zeli çquanimitatem,ibi·(Factum eſt autem dũ Ibidem g
complerentur &c.)In tertia ad iudicij perſpicacitatẽ,ibi:
(Factum eſt autem : ambulantibus illis &c.)Prima pars,
habet duas.Primo enim informat ad humilitatem reſpe
ctu domeſticorum, ſecundo verò reſpectu extraneorum, eodem.f.
ibi:(Reſpõdẽs aũt Ioannes dixit.)In perſuaſione autem
humilitatis ad domeſticos habendæ , tria introducũtur
ab Euangeliſta.Primum eſt laudandæ humilitatis occa ¶ Hũilita
ſio , propter ſuum contrarium , ſecundum eſt laudatiua tis ratio
manuductio per ſenſibile exemplum. Tertium eſt perfe erga do-
ctæ laudis concluſio, per diffinitiuum iudicium. Primo meſticos.
ergo introducitur laudandæ humilitatis occaſio,& hoc
propter ſuum contrarium repellendum, cum dicit:

" Intrauit autem cogitatio in eos , quis eorum maior
" eſſet.)Et nota quòd Lucas dicit in eis cogitationem in- Marc.9.e
traſſe,& Marci nono dicuntur diſputaſſe , Matthæi verò Matt.18.a
decimo octauo dicuntur dominum interrogaſſe, nec eſt
contradictio,quia hoc totum potuit eſſe,vt primo intra
ret cogitatio,deinde ſequens diſputatio,& poſtremo ad
magiſtrum deferretur quæſtio. Et quod vnus Euangeli-
ſtarum reticet, alius dicit.Hæc autem cogitatio via erat
ad ſuperbiã,& intrauerat in eos ex corruptione antiqua
De qua Geneſi.8.Senſus & cogitatio humani cordis ,in Gene.8.d
malum prona ſunt ab adoleſcentia ſua,& maximè ad ſu
perbiam.Quia ſicut dicitur Tob.4.Superbia nunquã Tobi.4.c
in tuo ſenſu ,aut in verbo dominari permittas, in ipſa e-
nim initium ſumpſit omnis perditio . Ideo viro ſuperba
cogitanti dicitur Iob.15.Quid te eleuat cor tuũ,& quaſi Iob.15.b.
magna cogitans, attonitos habes oculos? Tales erant
tunc

M.E.C.D. 2017

ecclí.42. tunc Apoſtoli,contra conſilium Eccli.6. Non te extollas in cogitatione animę tuę,velut taurus:ne forte elidatur virtus tua.Iſta autem ſuperba cogitatio,habuit ingreſſũ ex hoc,quod tres diſcipulos duxerat in montẽ ſecum(Et tamen ſoli Petro dixerat tibi dabo claues regni cœlorũ. Matt.16.c Vt dicitur Matthæ.16.) Ideo quidam volebant Ioannem Petro parificare, alij volebant Petrum præferre. Et hoc Gloſſa. eſt quod dicitur in gloſſa.Quia viderant Petrum &cæ.

Secundo vero adiungitur laudatiua manuductio per ſenſibile exemplum,cum additur. (At IESVS videns » cogitationes cordis illorum)Tanquam verus Deus. Se- » 1.Re.16. b cundum illud.1.Regũ.16. Homo enim videt ea quæ pa- eccli.23.c. rent,dominus autem intuetur cor.Et Eccli.23.Oculi domini multò plus lucidiores ſunt ſuper ſolem, circunſpicientes omnes vias hominum. & profundum abyſſi, & hominum corda intuentes. Et quia cogitationem videbat eſſe viam ad morbum, ideo tanquam ſapiens medicus apponit remedium cum ait. (Apprehendit puerum, » & ſtatuit illum ſecus ſe.)tanquam ſibi conformem &pro » Matt.19 b pinquum.Vnde Matth 19.dicebat:Sinite paruulos,&nolite eos prohibere ad me venire,talium enim eſt regnum Oſeę.11.a cœlorum.Et Oſeæ.11. Quia puer Iſrael,& dilexi eum.Et Sapi.9.a. propter hoc dicebat ſapiens.Sapien.9. Noli me reproba re à pueris tuis. quoniam ſeruus tuus ſum ego, & filius ancillæ tuæ.(Secus ſe.) Igitur paruulum ſtatuit,vt oſtendat,oportet fieri paruulum,qui vult eſſe amicus Dei. Et ¶Magna humilitatis cõmẽdatio. hoc notat cum ſubdiiur.(Et ait illis:Quicunque ſuſce- » perit puerum iſtum in nomine meo,me recipit.)In quo, » oſtendit tantum affectum ſe habere ad paruulos &humiles,vt quod fit eis,reputet ſibi fieri.Vnde Matth.25. dicet Matt.25.d ín iudicio. Quamdiu feciſtis vni de his fratribus meis minimis,mihi feciſtis. Tales enim potiſsime acceptat. pſalm.137. Secundum illud Pſalmi. Excelſus dominus.& humilia Iſaię.66.a reſpicit.Et ſecundum illud Iſaię.66.Ad quem reſpiciam, niſi ad pauperculum,& contritum ſpiritu?&cæ. Ex hoc autem colligitur magna excellentia eſſe in paruulo, dũ in eo recipitur CHRISTVS, non ſolum ſecũdum humilitatem humanam, verum etiam ſecundum authoritatem diuinam.Ad quam inſinuandam, addit,(Et quicunque »

M.E.C.D. 2017

& cuiq; me receperit, recipit eum qui me misit) Ex hoc colligitur quod qui honorat & recipit paruulũ CHRISTI recipit & honorat deum. Magnus igitur est honor, & gloria paruulorum. Ex quo persuadet eis, ne ambiant esse magni, sed studeant esse paruuli. Et ad hoc inuitat Apostolus Philip.2. In humilitate, superiores sibi inuicem arbitrantes. Sequitur: Hoc enim sentite in vobis, quod & in CHRISTO IESV, qui cum in forma Dei esset. Subiungitur: Semetipsum exinaniuit formã serui accipiens. Sic etiam faciebat Apostolus, secundum illud 1.Cor.9. Cum liber essem ex omnibus, omnium me seruum feci. Et primæ Thessalonic. secundo. Facti sumus paruuli in medio vestri, tanquam si nutrix foueat filios suos. philip.3.a 1.Cor.9.c 1.Thes.2b

Tertio vero subiungitur perfectæ laudis cõclusio per diffinitiuũ iudiciũ, cũ ait: (Nam qui minor est inter vos omnes.) Per reputationem & humilitatem. (Hic maior est.) Secundum diuinam acceptionem & veritatem. Minimus ergo est maximus, & hoc quia ad magna pręmia ordinatus. Iuxta illud infra. 18. Qui se humiliat exaltabitur. Si hęc est per se vera, tanq; dei sententia, igitur qui magis se humiliat, ille maior est, & q maximè, ille est maximus. Et ratio huius est, quia quãto sumus humiliores tãto sumus à tumore superbię inaniores, & quãto inaniores à tumore superbię, tãto pleniores dilectione, & quãto hac pleniores. tãto maiores. De ipsa enim scribitur. 1. Cor.13. Maior autem horũ est charitas. Et ideo Eccli.3. Quãto magnus es, humilia te in omnibus, & corã Deo, inuenies gratiã. Et rursus. 10. Magnus est iudex, & potẽs in honore, sed nõ est maior illo qui timet Deũ. Vel ideo minor est maior quia quãto quis humilior tãto Christo similior, & per hoc tãto ei proximior. CHRISTVS aũt est maximus, sed quãto aliquis maximo propinquior, tãto maior. Quãto quis ergo minor tãto maior, Et hoc est quod ipse innuit infra. 22. Ego aũt in medio vestrum sum sicut qui ministrat. Et ideo dicebat qui maior est in vobis, fiat sicut iunior, & qui pręcessor est, sicut ministrator. Et Marc. 9. Si qs vult primus esse, erit oĩm nouissimus, & oĩm minister. quia. Mat. 20. Sic erũt nouissimi primi & primi nouissimi. Et ppt hoc Paulus attẽdẽs hęc. 1. Cor. 15. Infra.18.c Infra.22.c Ibidem. Mar.9.e. Matt.20b 1.Cor.15 b

dicebat

dicebat: Ego sum minimus Apostolorum, qui non sum
ephe.3.b. dignus vocari Apostolus. Et Ephes.3. Mihi omnium sanctorum minimo data est gratia hæc. Ergo inter viros spirituales non debet esse contentio de primo loco, sed de
postremo, quia ille honorabilior est, sicut dicitur infra.14
Infra.14b Cum vocatus fueris ad nuptias, vade, recumbe in nouissimo loco, & cætera.

¶Humilitatis ratio erga extraneos.

¶Respõdẽs aũt Ioannes &c) Post doctrinam humilitatis ad domesticos, docet humilitatem habendam ad extraneos. Circa cuius insinuationem, tria introducuntur. Primo enim introducitur exparte viri extranei operatio virtutis. Secundo vero ex parte discipuli prohibitionis temeritas. Tertio vero ex parte magistri persuasio humilitatis. Primo ergo introducit operationem virtutis, ex parte viri extranei, cum dicit:

Respondẽs autem Ioannes dixit: Prę ceptor, vidimus »
quendam in nomine tuo eiscientem dæmonia.) Quia »
enim dominus persuaserat humilitatem, volens scire Ioannes vtrum documentum ad extraneos se extendat, ideo respondet, & hunc extraneum mirabilia facientem introducit. Extranei autem à CHRISTO possunt mi-
Matt.7.d racula facere. secundum illud Matt.7. Multi dicent mihi in illa die Domine domine. Sequitur Et in nomine tuo dæmonia eiecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus? Et tunc confitebor illis. Subiungitur: Discedite à me omnes qui operamini iniquitatem. Hoc autem fit, quando quis habei fidem nominis CHRISTI, sine
1.Cor.13.a charitatis amore, secundum illud.1 Corin.13. Si habuero omnem fidem ita vt montes transferam, charitatem aũt non habuero, nihil sum. Et hoc est quia charitas est illa, quæ facit amicum CHRISTI. In hoc autem apparet virtus nominis CHRISTI vt maximæ efficaciæ dũ talia operatur inuocatum ab extraneis, vt merito secun
philip.2.b dum illud Philip.2. In nomine IESV omne genu flectatur, cœlestium, terrestrium, & inferorum. Vnde infra.10.
Infr.10.c. Dñe, etiam dæmonia subiiciuntur nobis in nomine tuo.

Secundo vero introducit prohibitionis temeritatem ex parte discipuli, cum ait. (Et prohibuimus eum) scilicet »
ego cum aliis, quod non fuit absq; nota præsumptionis

quoniã

M.E.C.D. 2017

quoniam. Prou.3. Noli prohibere bene facere eũ qui po- prou.3.c.
test, si vales, & ipse benefac. Quia vero frequenter quod
fit typo superbiæ, palleat se zelo iustitiæ, ideo adiungit.
« (Quia non sequitur nobiscum.) Et ideo non est dignus
vt sit nobis similis in opere miraculorum, qui non est si-
milis in impletione consiliorum. In hoc autem latebat
elatio, quasi diceret illud. Isai. 65. Qui dicunt, Recede à Isaię. 65. a
me, nõ appropinques mihi, quia immũdus es. Et appare-
bat æmulatio illa, de qua. Numer. 11. dicitur de viris qui Num. 11. f
prophetauerunt in castris absente Moyse, quòd dixit Io
sue filius Nun. Domine mi Moyses prohibe eos. At ille:
Quid inquit, æmularis pro me? Vnde Ioannes, qui erat
præcipuus amator domini, & honoris eius æmulator,
omnẽ qui dominũ non amabat, à prædicatione nomi- Beda in
nis CHRISTI excludere volebat. Vnde Beda in glossa glossa.
Ioannes diligens dominũ & à domino dilectus, exclu-
dendum putat à beneficio, qui non vtitur obsequio. Ve
rumtamen fallebatur. quia Philip. 1. siue per occasionem philip. 1. c
siue per veritatem CHRISTVS annuncietur, & in hoc
gaudeo: sed & gaudebo.

Tertio quantum ad persuasionem humilitatis ex par-
« te magistri, adiũgit. (Et ait ad illum IESVS, Nolite pro-
« hibere.) Sed potius humiliter sustinete, licet imperfectũ.
Quia Ro. 15. Debemus nos firmiores, imbecillitates infir Rom. 15 a
mor-sustinere, & nõ nobis placere. Et maximè qñ infirm-
« non est veritatis aduersarius. Propter quod addit (Qui
« enim nõ est aduersum vos, pro vobis est.) Et ideo iste vti
lis est nobis, & tollerabilis, cum nos non impugnet, sed
adiuuet. Vnde Eccli. 11. De ea re, quæ te non molestat, ne eccli. 11. a.
certeris. Sed huic videtur cõtrarium illud. Matt. 12. Qui Matt. 12. c
non est mecũ, contra me est, & qui non congregat mecũ
dispergit. Sed iste non erat cũ domino, neq; sequebatur
eum, ergo erat ei contrarius & discipulis eius. Quõ er-
go erat pro eis? Ex quo datur intelligi, quòd in ecclesia
tria sunt genera prædicatorum. Quidam sunt pasto- ¶Tria
res veri, & hi quærunt solum dei honorem, [illegible]ubditorũ sunt præ-
salutem, secundum illud Ioan. 10. Bonus pastor animam dicantiũ
suã dat pro ouibus suis. Et isti sunt excipiẽdi & honorã- genera.
di, & ij sunt imitatores CHRISTI, sicut Timotheus Apo Ioan. 10 b

M.E.C.D. 2017

philip2.c stoli.Phil.2. Oẽs quę sua sunt quęrũt,nõ quę sunt IESV CHRISTI.Experimentũ aũt eius cognoscite,quia sicut patri filius mecũ seruiuit in euãgelio. Quidã vero sunt mercenarij qui pro cõmodo prędicãt,tñ vera & bona,de
Ioan.10 c quibus Ioã.10.Mercenarius aũt fugit,quia mercenarius eũ.Et isti tolerãdi.Quidam sunt lupi,sicut hæretici,qui in doctrina veritatis à CHRISTO discordãt,de quibus dicitur.Ioã.10.Lupus rapit,& dispergit oues. Et Act.20.In-
Actu.20.f trabũt post discessionẽ meã lupi rapaces in vos,nõ parcẽtes gregi,& isti sunt arcẽdi.Et de talibus intelligitur illud.Matth.12.De secũdis tñ loquetur in proposito.Vnde
Matt.12.c Mar.9.Nemo est qui faciat virtutẽ in noĩe meo, & possit
Mar .9. f. cito malè loqui de me.Vnde Act.19.Habetur de illis filijs
Actu .19.c Sceuæ,q tentauerũt inuocare nomen dñi IESV.Et subditur,q spiritus neq dixit eis,IESVM noui,& Paulũ scio.
Infr.eo.g Vos autem qui estis:sequitur:Inualuit contra eos, ita vt nudi & vulnerati effugerent de domo illa.

¶Factũ est aũt dum cõplerẽtur dies assumptionis eius.) Postq informauit apostolos & prelatos ecclesię ad humilitatẽ aĩ,informat hic secũdo ad equanimitatẽ zeli.Et habet hęc pars duas.In quarũ prima introducitur occasio zeli deordinandi.In secũda vero adiũgitur correptio zeli inordinati,per quã informentur ad zeli equanimitatẽ Et incipit secũda ibi.(Cum vidissent aũt discipuli eius.) Occasio aũt zeli deordinandi, ex tribus ortũ habuit.s. ex dñi necessitate q hospitio indigebat.Ex discipulorũ authoritate,qua hospitiũ requirebãt. Ex Samaritanorũ inhumanitate qua hospitiũ denegabãt.Primo igitur introducit necessitas dñi qua hospitio indigebat,qa tẽpus peregrinatiõis eius aduenerat, quod notat cũ dicit

Factum est autem dum complerentur dies assumptio- »
nis eius.)Id est, dum appropinquaret tempus passionis »
eius per quam debebat assumi in cœlum ,post resurre-
psalm .21. ctionem. Vnde Psalmus de resurrectione inscribitur de
Ioan.13.a susceptione matutina.Ioan.13. Sciens IESVS, quia venit hora e[illegible] & c̃.Dum adueniret passionis tempus,cõueniens erat accedere ad patiendi locum.Et ideo adiungit:(Et ipse faciem suã firmauit vt iret in Ierusalem.) Ad »
Infr.13 g, patiẽdum. Quia dicitur Infra.13.Non capit prophetam perire

M.E.C.D. 2017

perire extra Ieruſalem. Ideo illuc tanq̃ ad locũ confuſionis & improperij volebat accedere. Propter quod ſignãter pręmittit quod faciem firmauit, ſcilicet per conſtantiam, & diuinam patientiã, ſecundum illud. Ezec. 3. Ecce, dedi faciem tuã valẽtiorẽ facıebus eorũ, & frontẽ tuã duriorẽ frontibus eorũ: Vt adamantẽ, & vt ſilicem dedi faciem tuã. Verè firma erat facies quę ſolum non fugit, ſed etiã ad mortis opprobriũ nõ cõcuſſa acceſsit, ita q̃ oportebat eũ per terrã alienigenaꝝ tranſire, iuxta illud quod dicitur. Infra. 17. Dum iret IESVS in Ieruſalem, trãſibat per mediã Samariã & Galilæã. Et ita oportebat eũ mẽdicare aliena hoſpitia, iuxta illud Ier. 14. Quare q̃ſi colonus es futurus in terra, & quaſi viator declinãs ad manendũ.

ezech. 3. b

Infr. 17. c.

Iere, 14. b.

Secundo adiungitur authoritas diſcipulorum qua hoſpitium requirebant, cum ait. (Et miſit nuncios ante cõſpectum ſuũ.) Decet enim magnum dominum habere nuncios præcurſores. Iuxta quod dicitur. Malac. 3. Ecce, ego mitto angelum meum, id eſt, nuncium qui præparabit viam ante faciem meã. Sic etiam legimus de Iacob. Geñ. 32. Quòd miſit nuncios ante ſe. Et quia boni nũcij fideliter, & velociter exequũtur imperiũ domini. Ideo additur. (Et euntes intrauerũt in ciuitatẽ Samaritanorũ, vt pararent illi.) Samaritani iſti fuerunt coloni poſiti in ciuitatibus Samariæ pro filijs Iſrael in Aſsyrios tranſlatis, ſicut dicitur. 4. Reg. 17. Quòd rex Aſsyriorũ adduxit de Babylone & de Cutha, &c̃. ſequitur: Et collocauit eos in ciuitatibus Samariæ pro filijs Iſrael, qui poſſederũt Samariã, & habitauerunt in vrbibus eius. Et de iſtis ſubditur poſtmodum ibidẽ, quòd fuerũt timentes dominum, ſed nihilo minus & idolis ſuis ſeruientes. In horum ciuitatem intrauerunt, non ſua voluntate, quum dicatur. Ioann. 4. Quòd Iudæi non coutuntur Samaritanis, ſed vel neceſsitate compulſi, quæ legem non habet, ſiue de mandato domini ſpeciali. Nam in miſsione Apoſtolorum dicitur. Matth. decimo. In viam gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne intraueritis. Sed illud dicitur ad prædicandum, non autem ad hoſpitium requirendum. Nam Ioann. quarto. De hac ciuitate dicitur, quòd diſcipuli eius abierant in ciuitatem, vt

4. Re. 17. d

Ibi dẽ. g

Ioan. 4. b

Mat. 10. a

Ioan. 4. a

M.E.C.D. 2017

cibos emerent:& hoc de mandato domini faciebãt, quĩ oſtendebat nullum hominẽ contemnẽdum,ſed quẽliber
Infr.10 .f. amandũ vt proximũ,ſicut infra dicit.10,De Samaritano in parabola, ꝙ ꝓximus fuit illi qui incidit in latrones.
Tertio adiungitur inhumanitas Samaritanorum qua hoſpitium denegabant,cum dicitur. (Et non receperũt » eũm.)Cum tamen ipſe eſſet dominus eorum.vt implere- »
Ioan.1.b. tur illud.Ioan.1.In propria venit,& ſui eum non recepe- rũt. Similis fuit inhumanitas inhumanitati illorum de
Iudi.19.d Gabaa ad Leuitam,dicitur enim Iudic.19. Quod ſede- bat in platea ciuitatis,& nullus eos recipere volebat ho- ſpitio. Iſti Samaritani non admittebantur à Iudæis ad cultũ dei.Et ideo euntibus in Ieruſalem erant contrarij. Et propterea ſubditur.(Quia facies eius erat euntis in » Ieruſalem.) Id eſt, quia manifeſtè hoc cognoſcebant, ꝙ » iret in Ieruſalem ad colendum deum,iuxta ritum Iudai
Ioan.4.c, cum.Vnde mulier Samaritana dixit ei.Ioan.4. Domine patres noſtri in monte hoc adorauerunt, & vos dicitis, quia Ieroſolymis eſt locus vbi adorare oportet. Et inter Iudæos & Samaritanos de loco orationis erat cõtrarie- tas.Sicut etiam ſpiritualiter nunc contingit,ꝙ viri ſpiri- tuales & colentes deũ,deridentur & deſpiciuntur,& abij
prou.14 a ciuntur ab ijs qui amãt mundũ.Vnde Pro.14.Ambulans recto itinere,& timens dñm deſpicitur ab eo qui infami
eccli.13.c. graditur via.Et Eccli.13. Si cõmunicabit lupus cũ agno
Sapi.2 .c. aliqñ ſic peccator iuſto.Vnde Sapi.2.Dixerunt impij. ſe- quitur,Circũueniamus iuſtũ:ſequitur,Qm̃ cõtrarius eſt operibus noſtris.& paulo poſt. Grauis eſt nobis etiã ad videndũ, qm̃ deſimilis eſt alijs vita illius, & immutatæ ſunt vię eius. Qui em̃ habẽt diſſimilitudinẽ vitę nõ facilè habẽt ſocietatẽ vię.Et ꝓpterea Samaritani odiẽtes Ieru- ſalem,eunti in Ieruſalẽ nolebãt præſtare humanitatem. ¶Cum aũt vidiſſent diſcipuli &c.)Poſita occaſione zeli deordinandi,ſubiũgit correptionẽ zeli deordinati.Cir- ca quã tria introducũtur ab euãgeliſta.ſ. indignatio re- prehẽſibilis, increpatio rationalis,informatio memoria- lis.Primũ fuit in diſcipulorũ aĩo. Secundum fuit in dñi verbo. Tertiũ fuit in dñico facto. Primo igitur quantũ ad indignationẽ reprehenſibilẽ in diſcipulos aĩo dicit.

Cum

M.E.C.D. 2017

« Cum vidissent aũt discipuli eius Iacobus & Ioannes.)
Vidissent inquã illius ciuitatis crudelitatẽ. Ita vt possent
dicere illud Psal. Vidi iniquitatẽ & contradictionẽ in ci- psalm.54.
uitate. Et iterũ: Zelaui super iniquos, pacem peccatorũ psalm.72.
videns. Vnde indignatione cõmoti sunt, quia dominũ,
(cuius maiestatẽ in monte viderant cũ Moyse & Elia) sic
« videbant despici in terra. Propter quod additur (Dixe- Sup.eo.d
« runt, Dñe, vis vt dicamus, vt ignis descendat de cœlo, &
« cõsumat illos?) In quo ostẽditur indignatiõis furor quo
in illos cõmoti erãt, vt vellẽt pdere de terra. Ideo aũt isti
duo prçcipuè hoc dixerũt, quia magni erãt honoris dñi
zelatores. Vñ poterat de eis dici illud Ro.10. Testimoniũ Rom.10a
perhibeo illis q̃ ęmulationẽ quidẽ dei habẽt, sed nõ secũ
dũ scientiã. Sicut duo filij Iacob, Simeõ & Leui zelo in-
iuriç sibi factæ cõmoti, destruxerũt vrbem Sichimorũ, si-
cut dicit. Geñ.34. Vel ideo hoc dicebãt, qa ipsi fuerant cũ Gene.34c
dño in mõte, vbi cognouerãt eius potestatẽ, maiestatẽ, &
viderãt Eliç societatẽ: & ideo similẽ illis volebãt vltionẽ
facere, qualẽ Elias fęciſſe legit. 4.Re.1. Dixit Elias, si homo 4.Re.1.b.
dei sum, descendat ignis de cœlo, & deuoret te, & quin-
quaginta tuos. Sequit. Et deuorauit eũ, & quinquaginta
Secũdo vero quantũ ad reprehẽsionẽ rationabilem in
« dñi verbo, subditur. (Et cõuersus, increpauit illos, dicens
« Nescitis cuius spũs estis.) Hoc dicit, quia ipsi credebãt se
moueri à spũ rectitudinis, & ipsi mouebãtur zelo amari-
tudinis, q̃d nõ debebãt facere, sicut dicitur. Iac.3. Quòd Ioco.3.d.
si zelũ amarũ habetis, & cõtẽtiones sunt in cordibus ve
stris, nolite gloriari, & mẽdaces esse aduersus veritatẽ. Et
ꝓpterea dicitur. 1.Ioan.4. Nolite oĩ spiritui credere, sed 1.Ioan.4a
ꝓbate spũs si ex deo sint. Spiritus eñ CHRISTI est spi Isaiç.61. a
ritus mãsuetudinis, secundũ illud Isa.61. Spiritus dñi su- Isaiç.42. a
per me, eò q̃ vnxerit me, ad annũciandum mãsuetis, mi- ¶Mansue
sit me. Et.42. Ecce seruus meus, suscipiam eum, Sequitur, tus Chri-
Dedi spiritum meum super eum, subiungitur. Calamum sti spirit-
quassatum nõ conteret, & linum fumigãs n[illegible] extinguet vltionem
Et hunc spiritũ debebant isti habere tanq̃ [illegible]ni discipuli necquçrit
« & imitatores magistri. Et propterea addit. (Filius homi- nec do-
« nis nõ venit animas hoĩm perdere, sed saluare.) Q̃m hic cet.
aduentus non erat iustitiæ, sed misericordiæ, secundum Ioan.3.b.

M.E.C.D. 2017

illud Ioã.3.Non misit deus filiũ suũ in mundũ,vt iudicet mundũ,sed vt saluetur mũdus per ipsum.Vnde ab isto fine nomen accepit,vt diceretur IESVS,secundum illud
Matt.1.d Mat.1.Vocabis nomen eius IESVM:ipse eñ saluũ faciet
Mat.20.d populum suũ à peccatis eorũ.Et Mat.20.Filius hoĩs non venit ministrari,sed ministrare,& dare animã suam in redemptionem pro multis.Et ideo qui spiritũ CHRISTI habet,non debet expetere vindictam,sed exibere patien
Ambrosi. tiam,secundum illud.Ambrosi.in gloss.Perfecta inquit virtus nõ habet studium vltionis.Nec vlla est iracundia
Rom.12d vbi charitatis est plenitudo.Ideo Rom.12. Non vosmetipsos defendentes charissimi,sed date locum iræ.

Tertio quãtum ad informationẽ memorabilem in domini facto,subditur:(Et abierunt in aliud castellum.)In quo dedit formã discipulis,vt potius fugiant hoĩes,quã cum eis contendant.Iuxta quod dedit formam discipu-
Mae,10.c lis suis.Matth.10.Cum autem persequentur vos in ciuitate ista,fugite in aliam.Exemplum aũt huius habemus
Gen.13.b. in Abraham &Lot.Gene.13. Vbi dixit Abraham,nẽ quaso sit iurgium inter me & te. Fratres enim sumus, subiungitur.Si ad sinistrã ieris,ego dexterã tenebo. In quo docuit perfectam mansuetudinẽ,quæ decet CHRISTI
2.Tim.2 d seruos,secundum illud.2.Tim.2. Seruum aũt domini nõ oportet litigare:sed mansuetũ esse. Vnde secũdum illud,
Iaco.1.c. Iac.1.Sit oĩs homo tardus ad irã.Ira eñ viri, iustitiã dei nõ operatur.Si eñ noluit dñs maiestatis irasci tãtę inhumanitati,quanto minus nos debemus alicui indignari? Et hæc potissimè mãsuetudo reperiri debet in prępositis
2.Tim.4. ecclesię.Vñ Apost.2.Tim.2.Argue,obsecra,increpa in om-
psalm.89 ni patientia, & doctrina.qm̃ in psal.dicitur: Superuenit
Seneca. mãsuetudo,& corripiemur.Et Seneca.Generosus est animus hominis facilius ducitur quàm trahatur. Vnde ipse dicit,quòd rex apum non habet aculeum.

¶Factum est aũt,ambulantibus,& c̃.)Post informationẽ apostolorum ad normã præsidendi quantum ad humilitatem animi, & æquanimitatẽ zeli Hic tertio loco informat eos quantum ad perspicacitatem iudicij.Et hoc per exẽplum IESV CHRISTI. Perspicacitas autem iudicij manifestatur in parte: ista tripliciter. Primo in repul-

sione

ſione duplicium. Secundo in aduocatione ſimpliciũ, ibi (Ait autẽ ad alterũ &c̃.) Tertio in redargutione mobiliũ Infra eo. Ibi. (Et ait alter, ſequar te domine & cę) Circa repulſionẽ dupliciũ introducĩtur duo. Primũ eſt ſimulatio ſimplicitatis. Secundũ detectio duplicitatis. Primo ergo quantum ad ſimplicitatis ſimulationem, dicit.

" Factum eſt autem ambulantibus illis in via,) ſcilicet diſcipulis ambulantibus cum domino in via perfectionis, ſicut dicitur de Noe Gene. 6. Noe vir iuſtus atq; perfectus fuit in generationibus ſuis, cum deo ambulauit. Et ſimiliter dominus ad Abraham, Gene. 17. Ambula coram me, & eſto perfectus. De quà via Iſaiæ. 30. Aures tuæ audient verbum poſt tergum monentis. Hæc eſt via, ambulate in ea. Et quia in hac via frequenter mali ſimulatione iungi volunt bonis, ideo additur (Dixit quidam ad illum, Sequar te quocũq; ieris.) In quo oſtendebat ſe habere voluntatẽ ſequendi perfectè, cum tamen aliud in corde haberet. Sicut Simon magus de quo Actu. 8. Cum baptizabantur viri & mulieres, tunc Simon & ipſe credidit: & baptizatus eſt, malo tamen corde & duplici, ſicut ex ſequentibus patet, Vnde Hieronymus. Iſte hac intentione volebat ſequi IESVM, qua Simon magus deſiderabat habere poteſtatẽ miracula faciẽdi, vt de miraculis diuitias lucraretur. Cuius cõtrarium Eccleſiaſtici primo docetur. Ne accedas inquit ad illum duplici corde. Ne fueris hypocrita in conſpectu hominum. Tales ſunt qui magna promittũt & parua faciunt. Contra quos Eccleſiaſtici quarto. Noli citatus eſſe in lingua tua, & inutilis, & remiſſus in operibus tuis. Actu. 8. b. Hierony. eccli. 1. d. eccli. 1. d.

Secũdo vero quantũ ad duplicitatis detectionẽ, adiũgitur. (Et ait illi Ieſus, Vulpes foueas habent,) in quibus ſcilicet lateant, (& volucres cœli nidos) in quibus pernoctent, (filius autẽ hominis nõ habet vbi caput ſuum reclinet.) In quo miram oſtendit inopiam. Quaſi diceret, ſe nolle habere comitem qui terrena diligat. Vnde Infra decimo quarto. Qui non renũciat omnib[illegible] quæ poſſidet, nõ poteſt meus eſſe diſcipulus, hoc eſt, imitator perfectus. Vnde Chryſoſtomus. Reſpondet dominus ad mentem eius, quaſi dicat. Quid me ſequeris, ppter pecunias, Chryſoſ.

M.E.C.D. 2017

qui vides non tantum mihi diuersoriũ esse, quantũ auĩ-
bus. Simul etiã cum hoc notat eum de simulatione exte
riori, quæ intelligitur in vulpe. secundũ illud quod dici-
Infra.13.f tur infra decimo tertio. de Herode. Ite, & dicite vulpi illi.
Et propterea per vulpes intelliguntur heretici, quoniam
tortuosi & subdoli sunt, & ignem habent in caudis, sicut
Iudi.15.a. dicitur de vulpibus Samsonis, Iudicũ.15. Notat etiã eum
de simulatione interiori in volucre, quæ alta petit, talis
Abdi.13.b est superbus sicut dicitur Abdiæ primo. Si exaltatus fue-
ris vt aquila, & si inter sidera posueris nidum tuum: inde
detrahã te, dicit dominus. Et propter hæc duo dominus
ostendit eius consortium repudiandum, quĩa primę Co-
1.Co.1.d. rinth. primo. Ignobilia mundi & contemptibilia elegit
deus, & ea quæ nõ sunt, vt ea quę sunt destrueret: Vt non
glorietur omnis caro in conspectu eius. Et propterea in
exemplum imitationis factus est mendicus. Iuxta illud
2.Cor.8.b secũdę Corint. octauo. Propter vos egenus factus est, cũ
esset diues: vt illius inopia diuites essetis. Vnde imitato-
res CHRISTI inopia CHRISTI diuites facti sunt.
Valde enim diues est qui tantũ habet quantũ rex cœli &
terræ. Huiusmodi autem est qui nihil habet proprietate,
2.Cor.6.c & totum possidet charitate. sicut illi. 2. Corin. 6. Tanquã
nihil habẽtes, & omnia possidentes. Beatus qui terrenã
Matt.5.a. foueam cõmutat in æternã aulam. Beati autẽ pauperes
spiritu &c̃. Simul etiã cum hoc attende q̃ paupertas non
est placita nisi simplex, contra dolositatem vulpis, & hu-
Isaię 66.a milis contra elationẽ volucris. Vnde Isa. 66. Ad quẽ enim
respiciam, nisi ad pauperculum & contritũ spiritu, & tre-
mentem sermones meos: vbi iungit paupertatẽ simplici-
Augusti. tati & humilitati. Vnde August. Quid prodest diuitias
reliquisse, cũ miser homo superbior efficitur diuitias con
temnẽdo, quam fuerat possidendo. Nam superbus odio-
eccli.25.a sus est deo & hominibus. secundũ illud Eccli. 25. Tres spe
cies odiuit anima mea, Sequitur, Pauperẽ superbũ, &c̃.
¶ Ait autẽ ad alterũ.) Post repulsionẽ dupliciũ, subditur
hic aduocat[illegible] simpliciũ, circa quã duo introducunt. Pri
mũ est vocatio innocẽtis, secundũ est eruditio ignorãtis
Primũ igitur quantũ ad innocẽtis vocationẽ dicitur.

Ait autem ad alterũ, Sequere me.) sicut filius patrem.

Ieremiæ

M.E.C.D. 2017

Ieremię tertio. Patrẽ vocabis me, & poſt me ingredi non ceſſabis. Vel ſicut diſcipulus magiſtrum, ſicut dixit dominus adoleſcenti conſilium requirenti, Matthæi. 19. Si vis perfectus eſſe, vade, vende omnia quæ habes, & da pauperibus, Subiungitur, & veni, ſequere me. Et hunc diſtincte vocabat ſicut Petrum. Ioan. vigeſimo primo. Tu me ſequere. Et ſignãter (alterum) dicit, quia alterius erat diſpotionis, erat aũt ſimplex & humilis, ad quod deſignandum, adiungit. (Ille autem dixt, Domine, permitte mihi « primum ire, & ſepelire patrẽ meum.) In quo apparet puritas, quia non cœlabat cordis affectum, non refutabat conſilium. Non enim reſpuit eſſe diſcipulus, ſed expletà paterni funeris pietate, liberior hunc aſſequi deſiderat. Apparet etiã humilitas, qua mortuo patri impendere volebat obſequiũ. Iuxta illud Eccl'i. 3. Qui timet dominũ, honorat parentes, & quaſi dominis ſeruiat his qui ſe genuerũt, In opere & ſermone & omni patiẽtia, &c̃, Ad hoc eñ mouebat eum obediẽtia diuini pręcepti. Exo. 20. Honora patrẽ tuũ. Mouebat etiam clæmẽtia animi, ſepelire enim mortuũ, opus eſt miſericordię, de quą cõmendatur Tobias, primo. Cum rex multos occideret ex filijs Iſrael Tobias ſepeliebat corpora eorũ. Mouebat etiam conſuetudo laudabilis, ſecundũ illud Eccleſiaſtic. 38. In mortuũ produc lachrymas, & quaſi dira paſſus incipe plorare, & ſecundum iudiciũ contege corpus illius, & nõ deſpicias ſepulturam illius. Vnde apparet quod non dixit hoc ex carnalitate, ſed ex quadã pietate & humilitate, ſicut Eliſeus dixit Eliæ. 3. Regum. 19. Oſculer, oro, patrem meum, & matrem meam, & ſic ſequar te.

Ieremię. 7. a.
Matt. 19. c
Ioan. 21. d
exo. 20. b.
Tobi. 1. d
eccl'i. 38. b
3. Re. 19. d

Secũdo vero quãtũ ad ignorãtis eruditionẽ ſubditur. « (Dixitq; ei Ieſus, Sine vt mortui ſepeliant mortuos ſuos) In quo primo erudit cum peccatorũ cõſortiũ declinare. Nam mortui vocantur hic peccatores & infideles. Vnde Ephe. 2. Vos cũ eſſetis mortui delictis & peccatis veſtris, in quibus aliquãdo ambulaſtis &c̃. talium conſortiũ deſerendum eſt viro ſancto, ſecundũ illud Eccl'i. 13. quæ cõmunicatio ſancto homini ad canẽ? id eſt ad peccatorẽ & infidelẽ. Vnde quantũcunq; ſit cõiunctus, tamẽ deſerendus, maximé cum impedit bonum, Vnde Deuterono. 13.

ephe. 2. a.
eccl'i. 13. c
Deut. 13. b

Qui dixe-

M.E.C.D. 2017

Qui dixerit patri ſuo,& matri ſuę,Neſcio vos:& fratribꝰ ſuis,Ignoro illos,Sequitur.Hi cuſtodierũt iudicia tua ỏ Iacob,& legẽ tuã ỏ Iſrael. Erudit etiã eum minora bona
Ambroſi. pro maioribus poſtponẽda eſſe.Vnde Ambroſius.Docet minora bona pro vtilitate maiorũ eſſe prætermittenda. Maius eſt enim animas mortuorũ prædicando ſuſcitare quã corpus mortui in terrà abſcondere.Et propterea ſubdit. (Tu autẽ vade,& annũcia regnum dei,) quaſi dicat, minus bonũ pro maiori intermitte,Iuxta quod dicitur,
1.Tim.4b 1.Timo.4. Exerce temetipſum ad pietatẽ. Nam corporalis exercitatio ad modicum vtilis eſt &c̃.Ex quo apparet ꝙ opera pietatis ſpiritualis,omnino ſecundũ ſententiam apoſtoli & domini ſunt corporalibꝰ operibus anteponẽda.Quod enim pietatis maius opus quam ſepelire mortuum & hoc patrẽ propriũ:& tamen CHRISTVS vult pro prædicationis officio hoc dimitti.Propter quod dicebant Apoſtoli.Actu.6.Non eſt æquũ nos derelinquere verbum dei,& miniſtrare menſis.Quanto enim anima melior eſt corpore,tanto melius eſt animã paſcere prędicando,quam corpus,alimenta miniſtrando.Vel maximè quia plures ſunt idonei ad ſepulturã quam ad dandam
Actu.6.a. doctrinã.Vnde Apoſtoli dicebant Actuũ.6. Conſiderate
Ibidem. fratres viros ex vobis boni teſtimonij,&c̃.Subdit.Quos cõſtituamus ſuper hoc opus.Nos vero orationi & miniſterio verbi inſtãtes erimus.Quia dicitur infra.10.Maria
Infr.10.g, optimã partem elegit.Et ideo Danielis.12.Qui ad iuſti-
Dani.12b tiam erudiunt multos,quaſi ſtellæ,& cæ. Et nota ꝙ dicit (annũcia regnũ dei) volentibus ſcilicet pœnitere.Iuxta
Matt.5.c. quod dicebat CHRISTVS Matth.4.Pœnitentiã agite, appropinquauit enim regnũ cœlorũ. Sicut ergo eſt magnum peccatũ cum indigenti diues nõ dat eleemoſynã. Ita maius eſt peccatũ cũ ſciens nõ cõmunicat doctrinã.
prou.11.d Vnde Prouer.11. Qui abſcondit frumẽta,maledicetur in populis.Ideo dicit nuncia,non abſcondas.

¶Et alter ait ſequar te,&c̃.) Poſt repulſionem dupliciũ & aduocatio[illegible] ſimpliciũ, ſubiungit hic redargutionẽ mobilium,circa quam duo introducuntur. Primũ eſt vacillatio voluntatis.ſecundũ redargutio mobilitatis.Primo igitur quantũ ad voluntatis vacillationẽ præmittit.

Et ait

M.E.C.D. 2017

« Et ait alter, Sequar te domine.) Ecce voluntas adhæ-
rendi deo, tanq̃ magistro. Attẽdebat enim consiliũ illud
dominicũ Ioan. 8. Qui sequitur me, nõ ambulat in tene- Ioan. 8. b
bris, & Eccl'i. 23. Gloria magna est sequi dominũ. Sed in eccl'i. 33. d
« hac voluntate fortis non erat, propter quod addit. (Sed
« permitte mihi primũ renunciare his qui domi sunt,) Ex
quo apparet quod adhuc afficiebatur erga suos. Contra
id quod in Psal. dicitur obliuiscere populum tuũ, & do- psalm. 44
mum patris tui. Non erat hic similis Paulo qui dicebat,
Galat. 1. Cum placuit ei qui me segregauit ex vtero ma- Gala. 1. c.
tris meæ, & vocauit per gratiã suam, Sequitur, continuo
non acquieui carni & sanguini. Ideo hic est parentibus
renunciandũ, quia carnales amici spiritualibus consilijs
aduersantur. Et ideo caro & sanguis tanq̃ aduersarij nõ
sunt admittendi. Et ideo Mat. 10. dicitur. Non veni pacẽ Mat. 10. d
mittere, sed gladium: Veni enim separare hominẽ aduer-
sus patrẽ suum. Sequitur. Et inimici hominis, domestici
eius. Et ideo dicitur in persona boni religiosi. Ierem. 12. Iere. 12. b.
Reliqui domũ meam, dimisi hęreditatẽ meam. Non talis
iste quia oculũ habebat ad domesticos Huic similes sunt
religiosi curiosi de factis consanguineorũ, contra quod
Beda in glos. Si discipulus dñm sequuturus arguitur vel Beda.
quod domui renũciare velit, qd fiet illis qui nulla vtilita
te sepe visitant domos quas reliquerãt? Tales non atten-
dunt quod dictũ est Abrahæ. Gene. 12. Egredere de terrà Gen. 12. a.
tua, & de cognotione tua, & de domo patris tui, & veni
in terram quam monstrauero tibi.

Secũdo vero quãtũ ad redargutionẽ mobilitatis, adiũ
« git. (Ait ad illum IESVS, Nemo mittens manũ suam ad
« aratrũ,) id est, ad diuinę perfectionis & prędicationis ex-
ercitium, quod rectè per aratrũ designatur propter cultu
ram & fructum. Iuxta illud Oseę. 10. Arabit Iudas, & con Ose. 10. c.
« fringet sibi sulcos Iacob. Nemo inquã talis existens, (&
« respiciens retro,) id est, ad mundũ, (aptus est regno dei,)
id est ad regnũ dei possidendũ. Quia secundum illud. 2.
Timot. 2. Nemo militans deo, implicat se negotijs secula 2. Tim. 2. a
ribus, vt ei placeat cui se probauit. Cuius rei figura præ-
cessit in vxore Lot, quę respiciens post se, versa est in sta- Gen. 19, f.
tuam salis. Quia talis homo efficitur inutilis & sterilis.

Et ideo

M.E.C.D. 2017

Infr.17.g Et ideo dicitur infra.17.qui fuerit in agro,non redeat retro,Memores eſtote vxoris Lot. Talis homo nõ eſt aptus
1.Pet.2.d. ad regnũ,ſed potius ad opprobriũ. Vnde.2.Pet.2. Melius enim erat illis nõ cognoſcere viã iuſtitię,quã poſt agnitionem retrorſum conuerti ab eo quod illis traditum eſt ſancto mandato. Cõtingit enim eis illud veri prouerbij. Canis reuerſus ad ſuũ vomitũ,&cę. Quod rectè intelligi poteſt de recidiuãtibus & apoſtatãtibus. Et ideo ediuer-
eccli.5.c. ſo ſuadet Eccli quinto. Eſto firmus in via domini. Talis
philip.3.c erat apoſtolus ſicut dicitur Philip.tertio. Quę retro ſunt obliuiſcẽs,ad ea vero quę ſunt priora extendẽs meipſum ad deſtinatum perſequor,ad brauiũ ſupernę vocationis.
ephe.3.d. Et ideo ipſe monebat Ephe. tertio. In charitate radicati & fundati,vt poſsitis comprehendere,&c̃. Sciebat enim a domino dictum eſſe. Qui perſeuerauerit vſq; in finem,
Matt.7.d hic ſaluus erit. Ad hoc potiſsimè ſcriptura nos inuitat. Vnde per totam legem & prophetas prohibet filijs Iſrael ne reuertantur in Aegyptum,id eſt,nè de diuino ſeruitio
Num.14a conuertatur homo ad mundum. Vnde & propter illud
ac deinceps. delictum ferè omnes filij Iſrael à domino in deſerto interfecti fuerunt.

CAPVT DECIMVM.

¶Diuiſio

Inf.eo.e.

POST hęc aũt deſignauit dominus &c̃) Expedita parte de miſsione Apoſtolorũ,hic ſubditur pars de miſsiõe diſcipulorum ad modũ minorũ prę-
latorũ. Habet autẽ hæc pars tres, in quarũ prima agit de forma prędicandi. In ſecũda vero de forma viuendi,infra eodem.(Et ecce quidam.) In
Infra .11, tertia de formà orandi. Infra.11. (Et factum eſt cum eſſet in quodam loco,&c̃.) Prima pars habet tres, in quarum prima præmittitur miſsio diſcipulorũ comitantium. In
Inf.eo.a. ſecundo vero additur informatio euntium. Ibi. (Nolite portare neq; ſacculũ,&c̃)In tertia ſubdit cõſolatio redeũtiũ,Ibi. Reuerſi ſunt aũt ſeptuagĩta duo cũ gaudio,&c̃.)
Ibidem,c

Mittuntur

M.E.C.D. 2017

Mittuntur autem discipuli cum authoritate diuini imperij. Informantur ex veritate diuini magisterij. Consolantur ex familiaritate diuini contubernij. Mittit autẽ discipulos dominus ad prędicãdum hoc ordine. Primo designando eos secundum debitum numerum. Secũdo præmittendo designatos in omnem ciuitatem & locum Tertio in accelerando præmissos ad salutem electorum. Quarto in confirmando acceleratos contra rabiem persecutorum. Primo ergo quantum ad discipulorum designationem secundum debitum numerum, dicit:

« Post hæc autem designauit dominus & alios septua-
« gintaduos .) Designauit vtique, id est, signanter elegit, secundum illud Ioan. 15. Ego elegi vos. & posui vos &cę. Ioan. 15. c
Vnde in glossa. Sicut in Apostolis forma est episcoporũ, sic in septuagintaduobus forma est presbyterorum secũdi ordinis. Isti debent à Deo designari, id est, ad honorẽ assumi, secũdum illud Hebrę. 5. Nec quisquam sumit sibi honorem, sed qui vocatur à Deo, quemadmodum & Aaron. Heb. 5. a.
In cuius designationis testimonium debent esse signati signaculo ordinis characteris sacerdotalis, tõsurę, & totius disciplinę, & conuersationis sanctissimæ, vt appareat illos esse de numero illorum de quibus ephe. 4. dicitur. ephe. 4. g
In quo, scilicet spiritu, signati estis, in die redemptionis. Designauit autem eos in numero septuaginta duos, secundum quod designati fuerant in veteri testamẽto exo: 15. in septuaginta palmas, vbi dicitur quod exo. 15. g.
in Elim erant duodecim fontes aquarum, quo ad Apostolos, & septuaginta palmæ quo ad discipulos. Et Nüe. 11. Signati fuerunt in septuaginta viris quibus dedit dominus spiritum sanctum prophetandi, vbi dicitur. Locutus est dominus ad Moysen, auferens de spiritu qui erat in Moyse, & dans septuaginta viris. Sequitur: Qui prophetauerunt, nec vltrà cessauerunt. Remanserant autẽ in castris duo viri. Subiungitur: Super quos requieuit spiritus. Nam & ipsi descripti fuerant. In quo hi expresse figurati sunt. Ratio aũt quare isti fuerũt septuagita duo literalis fuit. Vt quemadmodum apostoli prædicantes duodecim tribubus, duodecim erant, sic isti septuaginta duo. Secũdum quod in glossa dicitur. Septuagintaduo Num. 11. c. f. Glossa.

mittũtur

M.E.C.D. 2017

mittuntur qui totidem gentibus linguarum euangelia prædicarent.secundum mysticum intellectum, quia cõtinet in se septies denarium &binarium,in quo signatur septiformis spiritus donatus eorum ministerio ad implectionem decalogi,&duorum preceptorum charitatis. Vel quia septuaginta duo continent horas trium dierum, quia fidem trinitatis prædicare debebant, sicut dicitur
Glossa. in glossa.secundum triduanum circuitum solis Christi, scilicet incarnationis,passionis,resurrectionis.

Secundo quantum ad designatorum præmissionem ante suum conspectum, subditur. (Et misit illos binos, » ante faciẽ suam.)Misit inquam authoritate diuina quia »
Ioan.10.e sicut dicitur Ioan.vigesimo.Sicut misit me pater,&ego mitto vos. Binos autem misit ad literam,vt se mutuo cu
eccls.4.c. stodirent & adiuuarent,secundum illud Eccls,4. Melius est duos esse simul,quàm vnum, habent enim emolumẽtum societatis suæ.Vel secundum spiritualem intelligen
Beda. tiam, vt dicit Beda, per hoc quòd binos mittit, innuit, quòd nemo prædicationis officium suscipere debet, qui erga alium charitatem non habet. In cuius rei designa-
Cant.4.a tionem dicitur Canti.4. Dentes tui,id est,prædicatores, quorum est masticare cibum paruulis, sicut greges tonsarum,quæ ascenderũt de lauacro, omnes gemellis fœtibus,& sterilis non est inter eas. In huius etiam rei figurã
Glossa. vt dicit Glossa,animalia bina fuerunt in arca Noe: sicut
Gen.6.d. dicitur Gene.6. Et quoniam hęc missio non erat nisi sicut quædam preparatio ad CHRISTVM,ideo addit. (In omnem ciuitatem & locum quo erat ipse venturus.) »
Vnde sicut præcones præcedebant, secundum illud Isai.
Isaię.40.a 40.Parate viam domini,rectas facite semitas Dei nostri.
Glossa. Vnde Glossa.Vbi verba prædicationis precurrunt,venit dominus ad mentis habitaculum.

Tertio quantum ad præmissorum accelerationem ad salutem electorum,subditur:(Et dicebat illis: Messis qui »
dẽ multa, id est,turba ad conuersionem parata. Vnde »
Ioan.4.e. Ioã.4.Quando Samaritani crediderunt.dominus dixit Videte regiones,quia albę sunt iã ad messem. Hęc messis seminata fuit in lege naturę,creuit aũt in lege figurę,sed
Ibidem. est collecta in tẽpore gratię,Vñ dicit Ioã.4.Ego misi vos

metere

M.E.C.D. 2017

metere quod vos non laborastis, alij laborauerũt, & vos in labores eorum introistis. Huius aũt messis duplex est collectio, scilicet vniuersalis in tempore vltimo, de qua, Apo.14.dicitur angelo. Mitte falcem tuã & mete, quia ve Apo.14.d
nit hora vt metatur, quoniã aruit messis terrę. Alia est col lectio seu messio particularis in prędicatiõe euãgelij. Sed
« quia pauci sunt boni messores, ideo subdit (Operarij aũt
« pauci) Signãter dicit operarij, quia ad hoc quod falx prę dicationis messem colligat, necesse est quod manus ope ris eam teneat, iuxta quod dicit Gregori. super Ezechi. Gregorĩ.
Ad hoc vt seruetur veritas prędicãdi. necessaria est altitu do viuẽdi. Tales qui faciunt quod ore dicunt, sunt ope- rarij & à domino remunerandi, secundum illud Mat.20 Mat.20.b
Voca operarios, & redde illis mercedem. Sed pauci sunt operarij studiosi, plures autem sunt malitiosi, secundum illud.2.Corin.11. Pseudo Apostoli, sicut operarij subdoli, 2.Cor.11 c
transfigurãtes se in Apostolos CHRISTI. Plurimi aũt sunt desidiosi. Vnde Matth.20. dixit dominus operarijs: Mat.20.a
Quid hic statis tota die otiosi? Sunt plurimi similes illis de quibus Matt.23. dicũt & nõ faciũt. Alligant aũt onera Matt.23.a
grauia & importabilia. Sequitur: Digito aũt suo nolunt ea mouere. Et quoniã messis amittitur quãdo boni ope
« rarij desunt, ideo addit. (Rogate ergo dominũ messis vt
« mittat operarios in messẽ suã.) id est prędicatores bonos qui gladiũ diuini verbi, quo segetes metũtur, nõ tantum in ore, sed etiã in manu portẽt. Vnde de bonis prædica- toribus dicitur in psal. Exultationes dei in gutture eorũ psal. 149.
& gladij ancipites in manibus eorũ. Vnde prædicatio est gladius, qui nisi manu teneatur. nõ terret aduersarium. Quod benè figuratum est Nehemiæ. quarto de reędifi- Nehe.4.c
cantibus Ierusalem. Vbi dicitur, quod vnusquisque vna manu faciebat opus, & altera, tenebat gladium. Tales operarij, dantur diuinitus. Secundum quod est signa- tum Genesis secundo. Quod Deus posuit hominem, Gene.2.c
in paradisum voluptatis, vt operaretur & custodiret illũ & ideo sunt à domino postulandi, vt eos conducat pro- mittendo, conductos mittat præcipiendo, secundum il- lud Mat.20. Qui exijt primo mane conducere operarios Mat.20.a
in vineam suam. Conuentione autem facta &c.

Quarto

M.E.C.D. 2017

Quarto autem quantum ad acceleratorum confirmationem contra rabiem persecutorum, subdit. (Ite: ecce ego mitto vos sicut agnos inter lupos.) Ite scilicet expedite, sicut animalia illa. Ezech. 1. Animalia ibant, & reuertebantur in similitudinem fulguris coruscantis. Et
ezec. 1. c.
Prouer. 6. Discurre, festina, suscita amicum tuum. Vel (ite) id est, pro salute omnium periculis vos exponite, secun-
prou. 6. a.
dum illud Ioan. 10. Bonus pastor animam suam dat pro ouibus. Mercenarius &c̃. Sequitur: Videt lupum venientem, & dimittit oues & fugit. Quasi diceret, ite ad luctū, vt reportetis gaudium, secundum illud Psal. Euntes ibāt & flebant, mittentes semina sua, venientes autem veniēt cum exultatione &c̃. Vel, ite ad periculum, vt reportetis
Ioan. 10 c
psalm. 125
triumphum. secundum illud Iosu. 1. Transite armati ante fratres vestros, omnes fortes manu, & pugnate pro eis
Iosu. 1. d.
Et quia fortissima armatura est mansuetudo & patiētia ideo dicit. (Sicut agnos inter lupos.) Id est, sicut pios humiles & mansuetos inter impios, superbos, & malignos. Vt illos mansuetudine vincatis, sicut & CHRISTVS fecit, secundum illud Isai. 53. Sicut agnus coram tondēte se, obmutescet, & non aperiet os suum. Sic Apostoli agnina mansuetudine domuerunt lupinam ferocitatem. Et impletum est illud Isai. 11. Habitabit lupus cum agno, & leo quasi bos comedet paleas. Et. 65. Lupus & agnus pascentur simul. Vnde CHRISTVS sua mansuetudine Paulum lupum conuertit in agnum. Et impletum est in eo illud Gene. 49. Beniamin lupus rapax, mane comedet prædam, & vespere diuidet spolia. Prius enim Christum persecutus est vt lupus, postea pro eo persecutiones passus vt agnus. Tales debent esse prælati ecclesiæ, secundū illud. 1. Petri. 5. Seniores pascite qui in vobis est gregem, prouidētes &c. Et post: Neq; vt dominantes in cleris, sed forma facti gregis ex animo, quasi dicat, non sitis sicut lupi inter agnos, sed magis agni inter lupos & agnos, vt bonos foueatis & malos toleretis. Vnde Chrysostomus. Fortior est Dei gratia quàm natura, dum fuerimus oues vincimus, & si multi sint lupi, si autem fuerimus lupi vincimur, & cessat à nobis summi pastoris auxilium.
Isaię. 53. b.
Isaię. 11. b.
Ibidem.
Iterū. 65 d
Gen. 49 d
1. Pet. 5. a
Chrysost.

¶ Nolite portare &c.) Post missionē discipulorum comitantium

M.E.C.D. 2017

ratium,ſubdit informationem euntiũ. Habet aũt pars iſta duas,in quarũ prima prẽmittitur cõmunis informatio reſpectu omniũ. Secũdo ſpecialis reſpectu perſonarũ ſpecialiũ,ibi:(In quãcunq; ciuitatẽ intraueritis) Generali aũt informatione inuitat nos ad quatuor.ſ.ad amplexandam mendicitatem,ad declinandam loquacitatẽ,ad exhibendam humanitatẽ, & oſtendendam maturitatẽ. Primo igitur quantũ ad mendicitatẽ amplectendã,dicit

« Nolite portare ſacculũ, neq; perã.) Sc; ad repoſitionẽ pecuniæ. Accipitur ſacculus pro crumena pecuniaria,ſecundũ illud.Pro.7.Sacculum pecuniæ ſecũ tulit.(Neque perã.) Ad reſeruãdos panes,ſecundũ illud Matt.6.Nolite

« ſoliciti eſſe,dicentes.Quid mãducabimus?&c̃.(Neq; cal

« ceamenta.)Scilicet ad cooperiendos pedes.Nam Mar.6. dicitur.Sed tantũ calceatos ſandaleis. Sandalia enim à læſione pedem conſeruant,ſed nõ tegũt, ſicut ſunt ſoleæ fratrũ noſtrorũ. Hoc autẽ voluit dñs diſcipulis iniungere,vt non ſolum eſſent pauperes,verũ etiam apparerent, & ad paupertatẽ magis exẽplis,q̃ verbis vocarent. Eſt aũt paupertas,vt dicit Seneca,odibile bonũ. Et ideo cũ appareat turpis & vilis,iunxit ei dñs maximã dotẽ,vt per illã ſaltẽ in coniugium poſsit aſſumi,cum dixit.Ma,.5.Beati pauperes ſpiritu,qm̃ ipſorum eſt regnum cœlorum.

¶Diuiſio

Inf.eo.b.

¶Paupertas odibile bonũ. Seneca.

Matt.5.a.

Secundo quantũ ad loquacitatem declinandam, ſub-

« dit.(Et neminem per viam ſalutaueritis.) Super quo loco dicit gloſſa,quod hoc dicit,ne alicuius obuij cõfabulatione remorarentur ab iniuncto officio, mittebat em̃ eos feſtinato,ſicut Eliſeus puerũ ſuũ.4.Reg.4. Si occurrerit tibi homo,non ſalutes eum: & ſi ſalutauerit te quiſpiam, non reſpondeas illi. Hoc autem iniunxit dominus non ad declinandum affabilitatis indicium, cũ ipſe fuerit benigniſsimus & curialiſsimus:ſed ad declinandũ multiloquiũ,de quo.Pro.10.In multiloquio non deerit peccatum. Et ideo Eccl'i.19. Qui odit loquacitatem extinguit malitiam. Hęc aũt multum conſueuiſſe in viatoribus. Et frequẽter eſt occaſio contentionis. Vnde dicitur.Mar.9.de diſcipulis.Siquidem in via diſputauerant, quis eorum maior eſſet. Propter quod Geñ.43. Dicitur,q̃ Ioſeph fratribus proficiſcentibus ait: Ne iraſcamini in

Gloſſa,

4.Re.4.e.

prou.10.c

eccl'i.19.a

Mar.9.e.

Gen,45.g

M.E.C.D. 2017

via. Secundum autem ſpiritualem intelligentiam prohi
bet optare ſalutem, quæ eſt viæ. Non ſalutem quæ eſt pa
triæ. Quod notatur, cum dicit. (Per viam.) Omnibus
1. Tim. 2 a enim ſalus eſt optãda, ſicut dicitur. 1. Tim. 2. Quòd deus
omnes homines vult ſaluos fieri, & hoc quia ipſe eſt ſalus
pſalm. 33. & ſaluator. Sed illa ſalus debet optari, de qua in Pſalm.
Salus autem iuſtorum à domino. Hanc ſemper optabãt
eccli. 22. d Apoſtoli. & de hac. Eccleſi. 22. Amicum ſalutare non con-
Rom. 16 c fundaris. Et Ro. 16. Salutate inuicẽ in oſculo ſancto. Et
pſalm. 43. in Pſal. Tu es ipſe rex meus & deus meus: qui mandas ſa
lutes Iacob. Aliter poteſt exponi, vt dicatur. (Neminem »
per viã ſalutaueritis,) Id eſt, non ſaluum dicatis, cum ad- »
Mat. 10. c. huc damnari poſsit, q̃ diu eſt in via. Nam Matt. 10. Qui
perſeuerauerit vſq; in finem, hic ſaluus erit. Ergo ſalus in
fine vię, non in medio aut in capite eſt optãda. Vel aliter
(Neminẽ per viã ſalutaueritis.) Id eſt, propter conſortiũ
vię, ſed propter conſortiũ vitę. Ex quo apparet q̃ non eſt
ſalus hominibus propter ſanctorum collocutionem, ſed
Matt. 7. c. propter ipſorum imitationem. Vnde Mat. ſeptimo. Non
omnis qui dicit mihi, Domine, domine, intrabit in re-
gnum cœlorum, ſed qui facit voluntatem patris mei qui
in cœlis eſt.

Tertio quantũ ad humanitatẽ exibendã adiungit. (In »
quãcunq; domũ intraueritis, primũ dicite: Pax huic do- »
mui.) Vt appareat vos eſſe viros pacis amatores & annũ
Iſaię. 52. b ciatores, ſecundũ illud. Iſa. 52. Q̃ pulchri ſuper mõtes pe
des annunciantis & prædicantis pacẽ. Quã pacem dñs
Coloſ. 1. c fecit, ſecundum illud Coloſ. 1. Pacificans per ſanguinem
Ioan. 14 d crucis eius, & c̃. Dominus etiã reliquit. Ioan. 14. Pacem re
linquo vobis: pacem meã do vobis. Dominus annuncia
Ioan. 20 e uit. Ioan. 20. Stetit IESVS in medio, & dicit eis: Pax vo-
bis. Dominus mandauit, & pacem euangelizauit, ſicut
ephes. 2. c. dicitur. Ephe. 2. Veniens euangelizauit pacem vobis qui
longè fuiſtis, & pacem ijs qui prope. Et quia poſſent ti-
mere nè fruſtrà pacem offerrent, ideo ſubdit (Et ſi ibi fue »
rit filius pacis.) Pacis ſecundum æternam præſcientiam »
Ioan. 11. g de quibus. Ioann. 11. dicitur: Quòd IESVS moriturus
erat, vt filios dei qui erant diſperſi, congregaret. De qui-
2. Tim. 2. c bus dicitur. 2. Timot. 2. Cognouit dominus qui ſunt ſui.

Tales

M.E.C.D. 2017

Tales ſunt filij pacis,quia Matt.5. Beati pacifici: quoniã filij dei vocabuntur. In tali habet efficaciã verbum præ- Matt.5.a.
« dicationis,propter quod addit: (Requieſcet ſuper illum
« pax veſtra.)Id eſt,à vobis nunciata. Vnde Iſai.66.Secun- Iſai. 66,a.
dum aliam tranſlationem, ſuper quẽ requieſcet ſpiritus meus, niſi ſuper humilem & quietum. Requieſcit vtique pax CHRISTI annunciata ſuper prædeſtinatos à deo ſecundum illud Act.13. Crediderunt quotquot erãt præ- Actu.13.g
ordinati ad vitam. Et Ioan.10. Vos non creditis,quia nõ Ioan.10 e
eſtis ex ouibus meis. Oues meæ vocem meam audiunt. Vtile eſt ergo loqui prædeſtinatis euangelium pacis: vti-
« le eſt etiam loqui pręſcitis,propterea ſubdit. (Sin autem,
« ad vos reuertetur.) Secundũ illud. Pſal. Oratio mea in ſi- pſalm.34.
nu meo conuertetur. Et hoc quia opus pietatis & miſe- ricordiæ ſemper eſt vtile facienti,& ad facientem reuerti tur, ſecundum illud Eccl'i.17. Eleemoſyna viri quaſi fac- eccl'i.17.c.
culus cum ipſo,& gratiam hominis quaſi pupillam con- ſeruabit: & poſtea reſurget,& retribuet retributionem vni cuique in caput ipſorum.

Quarto vero quantum ad maturitatem oſtendendã,
« ſubdit. (In eadem autem domo manete.) Tanquam viri maturi,ne fortè notemini de inſtabilitate. Vnde Eccl'i,vi- eccl'i.21.d.
geſimoprimo. Pes fatui facilis in domum proximi. Ideo dicit Beda: Alienum eſt à prædicatore, per domos curſi- Beda.
tare,& hoſpitium mutare. Et quia poſſent credere hoſpi-
« tium eſſe mutandum propter cibum,ideo ſubdit: (Eden-
« tes, & bibentes quæ apud illos ſunt.) Sine ciborum di- ſcretiõe,ſicut primæ Corinthiorũ.decimo. Omne quod 1.Cor.10 f
vobis apponitur, manducate: nihil interrogantes pro- pter conſcientiam. Sine ciborum etiam abiectione, ſe- cundum illud, primæ Timoth.quarto. Omnis creatura 1.Tim.4b
dei bona eſt. Et nihil reiiciendum quod cum gratiarum actione percipitur, ſanctificatur enim per verbum Dei, & orationẽ. Sine ciborum etiam requiſitione,ſecundum illud Eccleſiaſtici trigeſimo primo. Et ſi in medio multo eccl'i.31.b
rum ſediſti, prior illis ne extendas manum tuam, nec prior poſcas bibere. Et quia poſſent credere, quòd nõ lice-
« ret paſci de aliena ſubſtantia,ideo addit: (Dignus eſt enim
« operarius mercede ſua) Non ſolum in patria ad remune

M.E.C.D. 2017

1.Cor.9.b rationem,ſed etiã in via ad ſuſtentationẽ.Vnde.1. Cor.9 Dominus ordinauit iĳs qui euangeliũ annũciant,de eu»
Gala.6.b angelio viuere.Et Gala.6. Communicet aũt is qui cate» chizatur verbo,ci qui ſe catechizat in oĩbus bonis.Vnde
1.Cor.9.b 1.Corin.9.dicitur:Si nos vobis ſpiritualia ſeminauimus, magnũ eſt, ſi nos carnalia veſtra metamus? Et hoc pro» bat ibi Apoſtolus,ꝙ talis operarius ſit dignus, & per au» toritates & per rationes plures,ſicut ibi patet.Quoniã ergo dignus eſt refectione,propter illam non oportet eũ hoſpitium mutare.Ideo in fine addit(Nolite tranſire de » domo in domũ.) Ne videamini vagi. Ne ſitis ſimiles illi »
prou.7.b mulieri vagæ,de qua dicitur.Prou.7.Quòd eſt garrula, & vaga,quietis impatiens.nec valens in domo cõſiſtere
2. Tim .3. pedibus ſuis,tales ſunt hæretici.Vnde.2. Timot.3.Ex his ſunt qui penetrant domos,& captiuas ducunt mulierculas oneratas peccatis.Non tales debent eſſe veri prędica»
Ambroſi. tores.Vnde Ambr.Non eſt de domo in domum vaga facilitate demigrandum,vt hoſpitij amore ſeruetur cõſtantia,ne coalita amicitiæ neceſsitudo,facilè diſſoluatur.
¶Et in quamcunq; ciuitatem intraueritis.) Poſt infor» mationem diſcipulorũ cõmunem,ſubiungit hic euange liſta informationem diſcipulorũ ſpecialem,ſecundũ au» dientiũ diuerſitates. Et qm̃ quidam parati fuerãt ad eos recipiendos vt fideles,quidam autem ad repellendos, vt
¶Diuiſio infideles,quorũ culpa creſcebat ex contẽptu diuinę gra» tię,& deſpectu authoritatis apoſtolicæ.Ideo pars iſta ha bet quatuor.In qnarũ prima prędittitur informatio re»
Inf.eo.b. ſpectu fideliũ.In ſecunda vero,reſpectu rebellium,ibi(In quãcunq; ciuitatẽ intraueritis,& nõ receperint)In tertia
Ibidem. ſubditur increpatio contẽptorũ,ibi.(Vę tibiChorozaim
Ibidem.c &c̃.) In quarta ſubiũgitur authoratio prædicatorũ, ibi: (Qui vos audit&c̃.)Circa informationẽ reſpectu fideliũ duo introducũf,quorũ primũ eſt ſuſceptio ſtipẽdij tpalis ſecũdũ eſt cõmunicatio beneficij ſpiritualis . Primo igit quãtũ ad ſuſceptionẽ tẽporalis ſtipẽdij informat cũ dicit
Et in quãcunq; ciuitatem inrraueritis:)Scilicet ad prę» »
Ionę.3a.* dicandum veritatem,ſicut dicitur Ionæ.3. Quòd cœpit Ionas introire ciuitatẽ itinere diei vnius,& clamauit:Sic & iſti per diuini verbi clamorem,debebãt in ſuo ingreſſu ciuita»

M.E.C.D. 2017

ciuitatem excitare. Iuxta quod dicitur de Philippo diſcipulo. Act. 8. Quod deſcendens in ciuitatē Samarię, prędicabat illis CHRISTVM. Intendebāt autē turbę his quę à Philippo dicebantur. Et qm̄ fidelium eſt diuinis verbis intendere. Ideo ſubdit: (Et ſuſceperint vos.) Scilicet, per fidē & dilectionē, tanq̄ nūcios CHRISTI. Q m̄ Mat. 18 Qui ſuſceperit vnū puerū talē in noīe meo, me ſuſcipit. Ille aūt ſuſcipit prædicatorem, qui eius doctrinā acceptat cū manſuetudine & patientia, iuxta quod dicitur. Iac. 1. In manſuetudine ſuſcipite inſitum verbum, quod poteſt ſaluare animas veſtras. Et quoniam à ſuſcipientibus, propter ſpiritualia documenta, ſuſcipi poſſunt corporalia alimenta. Ideo ſubdit, (Manducate quæ apponūtur vobis.) Scilicet ad releuandā neceſsitatem, vt fortius laboretis, ſecundum illud Pſal. Labores manuum tuarū quia manducabis: beatus es, & bene tibi erit. Vnde ſuper illud. 1. Cor. 9. Diſpēſatio mihi credita eſt, &c̄. Gloſ. Non debemus ideo euangelizare, vt manducemus, ſed ideo māducare vt euāgelizemꝰ, vt cibus nō ſit bonū q̄d appetitur, ſed neceſſarium quod adh̄icitur. Et nota quod dicit quæ apponuntur, & hoc cum hilaritate. Q uia. Prou. 15 Melius eſt vocari ad olera cū charitate, q̄ ad vitulum ſagi natum cum odio. Et quæ apponuntur, nō quæ vos ipſi paretis. Q uod dicit propter vitandam guloſitatem, de qua Seneca. In ventrem ſic pretioſa cōgerimus, quaſi cōgeſta ſeruaret, quid ad rē quid quis recipiat, perditurus omne quod recipit. Et ideo dicitur. Eccl'i. 2. Omne quod tibi applicitum fuerit, accipe, hoc aūt maximè ſpectat ad pauperes, vt vili ſint contenti refectione, tanq̄ eſurientes Q uia Prou. 27. Anima eſuriens etiam amarum pro dulci ſumet. Et Iob. 6. Quæ prius nolebat tangere anima mea, nunc præ anguſtia cibi mei ſunt.

Secundo vero quantum ad communicationem ſpiritualis beneficij, ſubditur. (Et curate infirmos qui in illa ſunt.) Et hoc per virtutem vobis à ſpiritu ſa[illegible]to collatā, de qua. primæ. Corinthi. 12. Alij datur gratia ſanitatum, in vno ſpiritu. Alij operatio virtutum. Hanc dedit dominus diſcipulis minoribus ad confirmationem doctrinæ ſuæ. Vnde Heronymus. Quia hominibus ruſticanis, &

Matt. 18 a
Iaco. 1. c.
Psalm. 127
1. Cor. 9. c
Glossa.
prou. 15. b
Seneca.
eccl'i. 2. a.
prou. 27. a
Iob. 6. b.
1. Cor. 12 a
Hierony.

M.E.C.D. 2017

absq; eloquij venustate nemo crederet pollicentibus re-
gnum cœlorũ,dare voluit potestatem miracula faciendi
Huius potestatis donum prius concesserat,sicut & Apo-
Supr.9.a stolis,Supra.9.Dedit illis potestatem super omnia dæmo
nia,& vt languores curarent. Sed hic imperat, vt dono
1.Pet.4.b accepto vtantur.Iuxta quod dicitur.1.Pet.4.Vnusquisq;
sicut accepit gratiam,in alterutrũ illam administrantes,
&c̃.Et quia curatio corporalis ordinata erat ad illumina
tionem mentis. Ideo subdit. (Et dicite illis, Appropin- »
quauit in vos regnum dei .)In quo simul clauditur veri- »
tas doctrinę,bonitas gratiæ, & sublimitas gloriæ. Dicit
em̃ glossa interlinearis.Regnũ dei CHRISTVS est,vel
vita æterna,vel scientia scripturarũ.Et ita appropinqua-
Inst.17.e. uit quando inter eos erat, iuxta quod dicitur. Infra.17.
Regnũ dei intra vos est.Verè appropinquauerat cum il-
Apo.19.c. le esset iam præsens,de quo dicitur.Apoc.19.Quod ha-
bebat in vestimento & in femore suo scriptum, Rex re-
gũ & dominus dominantiũ.Et signanter dicit,(In vos,)
id est,in eos qui verbum dei suscipiũt per fidem, de qui-
Apo.5.c. bus Apoc.5.Fecisti nos deo nostro regnũ.Et sacerdotes,
& regnabimus super terram.Et per gratiã fidei,secũdum
Collo.1.b illud. Coloss.1. Eripuit nos de potestate tenebrarum, &
transtulit in regnum filij dilectionis suæ. Sic ergo patet
qualiter se debebant habere ad fideles, quia debebãt re-
cipere stipendium sustentationis, & ministrare benefi-
cium curationis, & eruditionis . Qui ergo non minis-
trant hæc beneficia spiritualia, minus iustè, & indignè
Gregorio suscipiunt stipendia corporalia.Vnde Gregorius.Quid
ad hæc doctores dicimus, qui CHRISTI aduentum
præcurrentes ecclesiasticum officium suscipimus, & mu-
Bernard. ti panem comedimus Et Bernardus.Venient ante tribu
nal iudicis,vbi erit paupeallerum gatio dura, accusatio
grauis,quorum vixere stipendijs,nec delere peccata.
¶In quamcunq; autem ciuitatem intraueritis.) Post in-
formatio[illegible]n respectu fidelium,subditur informatio re-
spectu rebellium. Circa quam duo introducuntur . Pri-
mum est contestatio veritatis euãgelij. Secundum com-
minatio seueritatis iudicij.Primo igitur quantũ ad con
testationem veritatis euangelij dicitur:

In quã-

M.E.C.D. 2017

In quãcunq; aũt ciuitatẽ intraueritis) Ad veritatis prę coniũ prędicandũ, ſecundũ illud Actu.17. Cum veniſſent Theſſalonicã, vbi erat ſynagoga Iudęorũ, Sequitur. Paulus introiuit ad eos. & per ſabbatha tria diſſerebat eis de ſcripturis. (Et nõ ſuſceperint vos,) per veritatis auditum, qui eſt prędicatoribꝰ accõmodandus, ſicut dicitur tertia canonica Ioan. Nos debemꝰ ſuſcipere huiuſmodi: vt cooperatores ſimus veritatis. Scripſiſſem forſitã eccleſię: ſed is qui amat primatũ gerere in eis Diotrephes non recipit nos, (Exeuntes in plateas eius,) ad veritatis teſtimoniũ teſtificandum, propter quod dicitur Mat.10. Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine: & quod in aure auditis, prędicate ſuper tecta. (dicite, Etiã puluerẽ qui adhęſit nobis de ciuitate veſtra, extergimus in vos,) propter veritatis contemptũ, quod eſt peccatũ valde deteſtandum, ſecundum illud Ioãnis decimo quinto. Si non veniſſem & locutus fuiſſem eis, peccatum non haberent. Et ideo ad huius delicti deteſtationẽ, dicit puluerem abſtergendum, ſicut Petrus dixit Simoni, Actuũ octauo, pecunia tua tecum ſit in perditionẽ. (Tamen hoc ſcitote quia appropinquauit regnũ dei.) id eſt, veritas euangelij. ſecundum illud Mat. vigeſimo quarto. Prædicabitur hoc euãgelium regni in vniuerſo orbe, in teſtimoniũ omnibus gentibus. Vt nullus poſsit ſe per ignorantiam excuſare. Et propterea vt publicè fiat, iubet in plateis extergere puluerem, ſuper quo dicit Hieronymus, quod hoc iubet in teſtimonium quod prędicatio eorum peruenerit vſq; ad illam ciuitatem. Et ita non habent excuſationem de infidelitate. Secundũ ſpiritualem aũt intelligentiã pedes Apoſtolorũ ſunt affectus prædicatorũ, quibus puluis cõſueuit adhęrere, ſcilicet inanis glorię, de quo in Pſal. Gloriam meã in puluerẽ deducat. Indignationis & impatiẽtię, de quo Michę.7. Lingent puluerẽ ſicut ſerpens. Cupiditatis & auaritiæ, ſecũdum illud Eccli.27. In percuſſura cribri remanebit puluis. Primus puluis adheret pedibus prædicantium cum laudantur, ſed excutitur per conſiderationem ſui, ſecundũ illud Matthæi decimo. Vos nõ eſtis qui loquimini. Et.1. Corin.12. Nemo poteſt dicere, dominus IESVS, niſi in ſpiritu ſancto. Et.1. Corinth.4.

Actu.17.a
Ioan.3.c.
Mat.10.c
Ioan.15.d
Actu.8.d.
Mat.24.a
Hierony.
¶Spiritualiter.
pſalm.7.
Mich.7.d
eccli.27.a
Mat.10.b
1.Cor.12.a
1.Cor.4.b

M.E.C.D. 2017

eccli.10 b Quid habes quod non accepisti? Ideo Ecclesiastici.10. Quid superbit terra & cinis? Secundus puluis adhæret cum cõtemnũtur, sed hic excutitur per rememorationẽ
Ioan.15:c CHRISTI, secundũ illud Ioan.15. Memẽrote sermonis mei, quem ego dixi vobis, Nõ est seruus maior domino suo. Si me persecuti sunt, & vos persequẽtur, &c. Tertius puluis adhæret quando munera offerũtur quę excęcant
Buruc.6b oculos ducum, iuxta illud Baruch.6. Oculi eorum pleni sunt puluere à pedibus introeuntium, sed hic excutitur
Hierony. per memoriã mortis nostrę. Hieronymus. Facilé contemnit omnia qui se semper cogitat morituru. Et primæ Ti-
1.Tim.6b mothæi sexto. Nihil intulimus in hunc mundum: haud dubium q̃ nec auferre quid possumus.

Secundo vero quantũ ad cõminationẽ seueritatis iudicij, subdit (Dico vobis quia Sodomis in die illa remissius erit quã illi ciuitati.) ex quo apparet magnitudo pœ-
Iudæ.b. nę. Nam dicitur in Cano. Iudæ. q̃ Sodoma & Gomorra & finitimæ ciuitates, & abeuntes post carnẽ alterã, facti sunt exemplũ ignis æterni, pœnã sustinẽtes. Vnde & dñs
Gen.19.e fuit illis valde indignatus, secundũ quod dicit, Gene.19. q̃ pluit super Sodomam & Gomorrã sulphur & ignem a domino de cœlo: & subuertit ciuitates has & omnẽ circa regionem. Apparet etiam ex hoc magnitudo culpę, quia maior est culpa contẽptus veritatis, quã libido carnalitatis. Ratio aũt huius est quia nõ fuit eis oblata tanta gra-
Infr.12.f. tia. Et secũdũ quod dicitur Infra.12. Cui multũ datũ est,
Hebr.2.a. multũ quæretur ab eo. Vnde Hebr.2. Si enim qui per angelos dictus est sermo, factus est firmus, Sequitur. Quomodo nos effugiemus si tantã neglexerimus salutẽ? quæ cum initiũ accepisset enarrari per dñm ab eis qui audierunt, in nos confirmata est, Alia ratio est propter maiorẽ
Gregoris veritatis notitiã. Vnde Greg. Vbi maius est donũ sciẽtię,
Iaco.4.d. ibi trãsgressor maiori subiacet culpę. Quia dicit, Iaco.4. Sciẽti bonũ facere, & nõ faciẽti: peccatũ est illi. Et q̃ contemptoribus veritatis maxima debeatur pœna, patet ex
Ro.1.c.d. hoc quod dicit Roma.1. de quibusdã, q̃ cũ cognouissent deum, nõ sicut deũ glorificauerũt, Sequit. Tradidit illos deus in reprobũ sensum &c. Et ratio huius redditur quia non probauerũt deum habere in notitia.

Væ tibi

M.E.C.D. 2017

¶Væ tibi Chorozaim,&c̃. Hic tertio loco ſubiũgitur increpatio contemptorũ,qui propter duo à domino increpandi oſtenduntur, & tanquam damnabiles arguũtur, ſcilicet propter duritiã cordis & ꝓpter excellentiã mẽtis, duritia cordis reddebat eos impœnitẽtes,ſed excellentia arrogãtes.Primo igitur increpãs cordis duritiã,dicit.

« Vç tibi Chorozaim,vç tibi Bethſaida:) quę erant duæ ciuitates Galileæ,vbi plurima fecerat ſigna,& tamen adhuc permanebat in eis duritia.Propterea ſubdit. (Quia ſi in Tyro & Sidone factę fuiſſent virtutes quę factę ſunt in vobis,) id eſt, ſi dominus eis tanta miracula oſtendiſſet ante ſui ſubuerſionem quam comminatus eſt dominus per Ezechielem.27. Tu fili hominis aſſume ſuper Tyrum lamentum, Et in fine capit. ad nihilum redacta es, & non eris vſq; in ſempirernũ.Adhuc non eſſent ſubuerſę,& hoc quia pœnituiſſent.Vnde addit (Olim in cilicio & cinere ſedentes pœniterẽt) ſicut fecerunt Niniuitæ de quibus Ionæ tertio, ꝙ prædicauerũt ieiunium,& veſtiti ſunt ſaccis à maiore vſque ad minorem . Et nota ꝙ tria dicit in quibus exprimit pœnitentiæ perfectionem,ſcilicet cilicium,cinerem,& ſeſsionem.In pœnitẽte enim debet eſſe dolor ex conſideratione diuinæ offenſæ, & hoc in cilicio. Timor ex conſideratione vindictæ, & hoc in cinere,qui prę̃fert mortis imaginem.Et debet eſſe pudor ex conſideratione culpæ ſiue vilitatis ſuæ, & hoc in ſeſſione.Ideo dicit Hieronymus,ꝙ cinis & cilicium ſunt arma pœnitentium . Et propterea Ieremiæ ſexto. Filia populi mei accingere cilicio,& aſpergere cinere luctum vnigeniti fac tibi planctum amarũ.Et propter pudorem humilitatis qui debet concomitari,dicitur.Ieremię decimo tertio.Dic regi & dominatrici,Humiliamini,ſedete,quoniam deſcendet de capite veſtro corona gloriæ veſtrę.Si ergo talem feciſſent pœnitentiam, non haberẽt tantam cordis duritiam, ac pet hoc nec tam duram ſententiam.

« Et propterea ſubiungit.(Vertũtamen Tyro & Sidoni remiſsius erit in iudicio,quã vobis.)Quia cundũ quod dicitur Infra.12.Seruus qui cognouit voluntatẽ domini ſui,& nõ ſe prę̃parauit,& nõ fecit ſecũdũ voluntatẽ eius, vapulabit multis.Ratio aũt huius eſt nimia duritia cõtra tanta be-

ezec.27.a

Ibidem g

Ionę.3.b.

¶Pœnitẽtiacõſummata ĩ trĩbus conſiſtit.

Hierony. Iere.6.g.

Iere.13.c.

Infra.12.f

M.E.C.D. 2017

Rom.2.a tanta beneficia. Vnde Roma.2. Ignoras quoniã benignitas dei ad pœnitentiã te adducit? Secũdum autẽ duritiã tuã & impœnitens cor, thesaurizas tibi irã in die iræ & eccli.3.d. reuelatiõis iusti iudicij dei. Quia Eccli.3. dicit. Cor neq; grauabit in doloribus, & peccator adducet ad peccandũ

Secundo vero increpans quoad excellentiam mentis subdit. (Et tu Capharnaũ vsq; ad cœlum exaltata,) scilicet per arrogantiã, (vsq; in infernũ demergeris,) per diui »
Abdi.1.a. nam sententiã. Vnde Abdię.1. Si exaltatus fueris vt aquila, & inter sidera posueris nidum tuũ: inde detrahã te. Et
Iob.20.a. Iob.20. Si ascẽderit vsq; ad cœlum superbia eius, & caput eius nubes tetigerit. quasi sterquilinĩũ in fine perdetur. Dicitur autẽ Capharnaũ exaltata propter plurima miracula quæ facta sunt in ea, de quibus superbiuit amplius
Supr.4.d. quã profecit. Vnde supra.4. dicitur. Quanta audiuimus facta in Capharnaũ &c̃. Primo ergo exaltata propter diuinæ gratiæ munera, sed post demersa merito superbiæ.
Isaię.9.a. Et hoc prędictum fuerat Isaię.9. Primo tempore alleuiata est terra Zabulon & terra Neptalim, scilicet per præcedentia miracula, & nouissimo aggrauata est via maris, id est depressa in iudicio ꝓpter sua peccata, sicut exponit ibidẽ glossa. Et ideo diuina dona suscipienda sunt cum
Gregorius timore & magna reuerẽtia, sicut dicit Grego, Cum enim augẽtur dona, rationes etiam crescunt donorũ.

¶Qui vos audit &c̃.) Hic quarto loco subdit authoratio prędicatorũ. Ostendit autẽ eos authẽticos tũ propter authoritatẽ Christi mediatoris, tũ etiã propter authoritatẽ summi imperatoris, Primo ergo authorat eos per authoritatẽ CHRISTI mediatoris, cum dicit

Qui vos audit, me audit,) Nam ipsi gerebant Christi »
2.Cor.2.c personã. Vnde Apostolus.2. Corint.2. Nã & ego quod donaui, si quid donaui, propter vos in persona CHRISTI.
2.Cor.13.a Et.2. Corint.13. An experimentũ quæritis eius qui in me
1.Thes.2.c loquitur CHRISTVS? Et ideo dicitur.1. Thess.2. Cũ accepissetis à nobis verbũ auditus dei, accepistis illud non vt verbũ hominũ, sed (sicut est verè) verbũ dei. In auditu ergo discipulorũ CHRISTI, CHRISTVS auditur, & similiter in contemptu, cõtemnitur, Et propterea subdit.
ezec.3.b. (Et qui vos spernit me spernit.) Vnde Ezechie.tertio. Domus Israel

M.E.C.D. 2017

mus Iſrael nolunt audire te: qa nolũt audire me. Et hoc innuit Mat.25.cum dicit,quam diu nõ feciſtis vni de minoribus his,nec mihi feciſtis.Et propterea dicebat Apoſtolus.1.Theſſa.5. Spiritũ nolite extinguere.Prophetias nolite ſpernere:id eſt,veros prædicatores. Matt.25.b 1.Theſ.5d

Secũdo authorat eos ꝓpter authoritatẽ ſummi imperatoris,cũ ſubdit. (Qui aũt me ſpernit, ſpernit eum qui me miſit,) Tum propter cõmiſſam authoritatẽ,tum propter conſubſtantialitatẽ.Vnde Ioan.5. Qui nõ honorificat filiũ, nõ honorificat patrẽ qui miſit illũ. Et ideo ſequit.Qui ſpernit Apoſtolos ſpernit Chriſtũ,& qui Chriſtum ſpernit,& deum ſpernit.Ergo qui ſpernit apoſtolos ſpernit & deum. Et hoc nõ eſt paruũ peccatum. Propter quod Iſaiæ.33. Væ qui ſpernis, nõne & ipſe ſpernêris? Et cum fatigatus deſieris contemnere,contẽneris? Eſt ergo magna authoritas prędicatorũ.In quorũ receptiõe deus recipitur,& in contemptu cõtemnitur. Ipſi enim ſunt os domini verba eius annũciando,ſicut dicitur Ierem.15.Si ſeparaueris pretioſum à vili,quaſi os meũ eris.Et ideo tãquã os dei paſci debẽt & honorari.Et ipſi etiam os prędicipue debẽt cuſtodire,& ab edacitate & loquacitate, vt verè poſsit dici de eis illud Apoca.14.Hi empti ſunt ex hominibus primitiæ deo & agno, & in ore eorũ non eſt inuentũ mendaciũ,ſine macula eñ ſunt ante thronũ dei. Iſaię.33.a. Ibidem. Iere.15.d. Apo.14.b

¶Reuerſi ſunt autem, &c̃.) Poſt miſsionẽ concomitantium,& informationẽ euntium, ſubditur hic tertio conſolatio redeuntium.Habet autem hæc pars duas.In qua rum primà reprimit dominus in diſcipulis gaudiũ vanũ In ſecunda inuitat eos ad gaudiũ verũ,ibi (Gaudete autem quia nomina veſtra,&c̃.)Circa repreſsionem gaudij vani in diſcipulis quatuor introducit.Primum eſt vanæ exultationis expreſsio.Secundum vanę exultationis repreſsio. Tertium eſt vanæ exultarionis occaſio. Quartum vanę exultationis perhibitio. Primo ergo pręmittit vanæ exultationis expreſsionem, cum dicit. ¶Diuiſio Inf.co,d.

Reuerſi ſunt aũt ſeptuaginta duo cum gaudio) quod ſcilicet nõ tantum ſentiebatur in corde, ſed etiam exprimebatur in ſermone,vt verificetur illud Prouerb.15.Cor gaudẽs exhilarat faciem,Propter quod addit,(dicentes, prou.15.b

Domine

M.E.C.D. 2017

(Domine, etiam dæmonia ſubiiciuntur nobis in nomi- »
ne tuo.) In quo exprimebāt ſe ineptè gaudere, quia for- »
tiores dæmonibus facti erant. Et iſta quidem lætitia ve-
niebat ex latente ſuperbia, ſicut & illius Phariſęi, de quo
Infr.18.c. infra.18. dicitur, quòd orans dicebat: Deus gratias tibi a-
¶Nota. go, quia non ſum ſicut cęteri hominũ &c̃. Et nota quòd
de diuinis donis quidam manifeſtè efferuntur, ſicut illi
Deut.32 d qui ſibi ea attribuunt. De quibus Deut.32. Manus noſtra
excelſa, & non dominus, fecit hæc omnia. Contra quos,
Deut.9. a Deute.9. Ne dicas in corde tuo cum deleuerit eos domi-
nus deus tuus in conſpectu tuo, propter iuſtitiam meam
introduxit me dominus vt terram hanc poſsidere̅. Qui-
Infr.17.c. dam manifeſtè humiliantur, de quibus dicitur infra.17.
Cum feceritis omnia, quæ præcepta ſunt vobis, dicite:
Serui inutiles ſumus. Talis erat Paulus, qui de ſeipſo.1.
1.Cor.15b Corint,15. dicit. Ego ſum minimus Apoſtolorum qui nō
ſum dignus vocari Apoſtolus &c̃. Subiungitur: Gratia
autem Dei, ſum id quod ſum, & gratia eius in me vacua
non fuit, &c̃. Quidam autem partim humiliantur gra-
tias agendo, & partim efferuntur ineptè exultando, ſicut
iſti diſcipuli qui gaudebant de ſubiectione dæmonum,
attribuebant tamẽ hoc non ſibi, ſicut ille Phariſęus, ſed
nomini domini, cum dixerunt in nomine tuo. Vnde ali
quid habebant commendabile, ſcilicet quod reuerteban-
tur ad fontem gratiarum, gratias ab ipſo ſuſceptas agno-
ſcendo, & eidem gratias referendo. Iuxta quod dicitur,
eccl's.1.b Eccl's.1. Ad locum vnde exeunt flumina, reuertuntur, vt
Iob.38.d. iterum fluãt. Et Iob.38. Nunquid mittes fulgura, & ibũt,
Gloſſa. & reuertentia dicent tibi, aſſumus? Super quo dicit gloſ.
Vadunt fulgura quando doctores miraculis coruſcant,
& ſuperna reuerentia auditorum corda tranſfigunt, re-
uertentia dicunt aſſumus, cum non ſibi, ſed Dei virtuti-
bus tribuunt quicquid ſe fortiter egiſſe cognoſcunt. Ta-
Iſaię.26.b les ſunt viri perfecti, in quorum perſona dicitur Iſaię.26.
Omnia ope[illegible]noſtra operatus es nobis domine. Et in
pſalm.113. Pſal. Non no[illegible] domine, non nobis, ſed nomini tuo da
gloriam. Quidam etiam habebant reprehenſibile, nem-
pe quod de poteſtatis altitudine efferebantur, quod pa-
tet in hoc quod aiunt. (Dæmonia ſubiiciuntur nobis.) »

Contra

M.E.C.D. 2017

Contrà quod Eccli.11. Nec in die honoris tui extollaris, quoniam mirabilia opera altiſsimi ſolius,& glorioſa,& abſconſa,& inuiſa opera illius. Et hoc eſt quod dicit Beda. Bene confitentur, ſed quia de ſignorum operatione efferuntur,exemplo terrẽtur,& ad humilitatẽ reuocãtur. eccli.11.a. Beda.

Secundo adiungit vanæ exultationis repreſsionem, « cum addit.(Et ait illis: Videbam ſatanam ſicut fulgur de « cœlo cadentem.) Quaſi dicat dominus,ne extollamini de diuinis beneficijs,ne cum ſuperbis angelis corruatis. 2.Pet.2.Si Deus angelis peccantibus non pepercit,ſed rudentibus inferni detractos in tartarum tradidit cruciandos,haudubie non parcet vobis ſi peccaueritis ſuperbiendo. Vnde Bernardus ſuper cantica. Superbis angelis nõ pepercit dominus,quantò magis nec tibi putredo & vermis: Cecidit autem(ſicut fulgur)hoc eſt velociter,crudeliter,& irreuocabiliter, Vnde exemplo eius cęteri caueant,ne quærant alta,propter quæ Lucifer cecidit in ima ſecundum illud Iſai.14. Quomodo cecidiſti de cœlo Lucifer,qui mane oriebaris? Sequitur. Qui dicebas in corde tuo: In cœlum conſcẽdam, ſuper aſtra Dei exaltabo ſolium meum. Et poſt: Vetuntamen in infernum detraheris in profundum laci. Et ideo. Roma.11. Noli altum ſapere,ſed time. Si enim Deus naturalibus ramis non pepercit,ne forte nec tibi parcat. Hoc exemplo,miro modo repreſsit dominus in diſcipulis ſuperbiam, quaſi dicat illud Prou.27. Qui altam facit domum ſuam,ſcilicet cum Lucifero ſuperbiendo, quærit ruinam,cum eodem corruendo. Vnde Bernardus loquens de ambitioſo ſequente ducem. Sequere ducem tuum,multiplica prębendas,accelera ad epiſcopatum, deinde ad archiepiſcopatum aſpira,paulatim aſcendis, ſed non paulatim deſcendes, videbam ſatanam quaſi fulgur de cœlo cadentem. Et ideo contrà dicit Seneca. Redige te ad parua, à quibus cadere non potes. Vnde Prouer.18.: Antequã conteratur exaltatur cor hominis, & antequam [illegible]orificetur, humiliatur. Quia ſententia eſt iudicis in [illegible]a,18. Omnis qui ſe exaltat humiliabitur, & qui ſe humiliat exaltabit. ¶Aduerſus ſuperbos. 2.Pet.2.a. Bernard. Iſaię.14.c. Seneca. prou.18b Infr.18.c.

Tertio vero ſubiungit vanæ exultationis occaſionẽ, « cum addit. (Ecce dedi vobis poteſtatem calcandi ſupra

ſerpentes

M.E.C.D. 2017

ſerpentes & ſcorpiones.)Scilicet quantũ ad inſidias cor-
porales,iuxta quod dicitur ſerpẽti Gene.3.Ipſa conteret
Gen .3.c. caput tuũ.& tu inſidiaberis calcaneo eius. (Et ſuper om- »
nem virtutem inimici.) quantum ad inſidias ſpirituales »
ephe.6.b. de quibus Ephe.6.Nõ eſt nobis colluctatio aduerſus car
nem & ſanguinẽ,ſed aduerſus principes & poteſtates,ad
uerſus mũdi rectores tenebrarum harum,contra ſpiritu-
alia nequitiç in cœleſtibus.(Et nihil vobis nocebit)pro- »
Mar.16.d pter ſupernas protectiones,ſecundum illud Marc.vltim.
In nomine meo dęmonia eiĳciẽt,linguis loquẽtur nouis
ſerpentes tollẽt. Et ſi mortiferum quid biberint, non eis
nocebit. Et hæc poteſtas collata eis poterat eſſe occaſio
præſumẽdi. Iuxta quod dicitur de Ezechia,ad cuius pre
2.par.32.f. ces Deus fecit mirabilia.2.Paral.32.Orauit Ezechias do-
minũ,exaudiuitq; eum, deditq; ei ſignum, ſed nõ iuxta
beneficia quę acceperat.retribuit, quia eleuatum eſt cor
eius,& facta eſt cõtra eũ ira, & contra Iudam & Ieruſalẽ.
Vnde diuinorum donorũ multitudo multis fuit occaſio
eze.28 c d ruinç,ſicut dicitur de Lucifero.Ezec.28. Tu ſignaculum
ſimilitudinis plenus ſapiẽtia, & perfectus decore.Et pau
lo poſt·Eleuatum eſt cor tuũ Et paulo ſuperius: Peccaſti
& eieci te de mõte Dei,& perdidi te &c̃. Et ideo dicebat
quidã ſanctus homo . quod magna gratia eſt nõ habere
gratiã.Quia omnes iſtę gratiç exteriores,non ſunt niſi
tẽtationes. Et quilibet exterius eleuatus debet timere il-
Iob.30.c. lud Iob. triceſimo . Eleuaſti me, & quaſi ſuper ventum
ponens,eliſiſti me valide.

Quarto vero ſubiungit vanæ exultationis prohibi-
tionem,cum dicit. (Veruntamen in hoc nolite gaudere, »
quoniam ſpiritus ſubiĳciuntur vobis.)Quia ſcilicet tale »
gaudium eſt ſicut gaudium ſuperborum , de promotio-
ne ſua & delectione aliena,quod nõ competit veris ſan-
eccli.8.b. ctis,ſecũdum illud Eccli.8. Noli de mortuo inimico tuo
Iob .31 c. gaudere.Iob.31. Si gauiſus ſum ad ruinam eius, qui me
oderat. Nolite etiam gaudere,quia tale gaudium eſt ru-
prou.14b inoſum . Secundum illud Prouerbiorum decimo quar-
to. Extrema gaudĳ luctus occupat. Tale eſt gaudium de
Iob.20.a. bono tranſitorio. Secundum illud Iob viceſimo.Gaudi-
&.21.b. um hypocritæ ad inſtar puncti.Et rurſus viceſimo primo

Gaudent

M.E.C.D. 2017

Cæudent ad ſonitum organi, ducũt in bonis dies ſuos, & in puncto ad inferna deſcendunt. Vnde non volebat dominus quod diſcipuli gauderent in miraculis, ſed potius in tormentis & conuitijs, ſecundum illud Matth.5. Beati eſtis cum maledixerint vobis homines, & perſecuti vos fuerint &cętera. Et poſt. Gaudete & exultate, quoniam merces veſtra copioſa eſt in cœlis. Sic etiam Apoſtoli faciebant. Secundum illud Actuum, 5. Ibant Apoſtoli gaudentes à conſpectu concilij, quia digni habiti ſunt pro nomine IESV contumeliam pati. Nolite ergo in hoc gaudere quoniam ſpiritus ſubijciuntur vobis licet ſit diuinitus conceſſum, ne ſit occaſio ſuperbiæ, & per conſequens ruinæ. Propter quod dicit Auguſtinus, quòd dominus dicebat diſcipulis ſuis, diſcite à me non mortuos ſuſcitare, non ſuper aquas ſiccis pedibus ambulare, ſed quia mitis ſum & humilis corde, quia in miraculis non debebant gaudere, ſed in humilitate. Matt.5.a. Auguſti.

¶Gaudete autem quod nomina &c) Poſtquam ſaluator repreſsit in diſcipulis gaudium vanum, hic ſecundo inuitat eos ad gaudium verum. Et hoc quidem facit proponendo quadruplicem cauſam ſiue materiam gaudij. Gaudium nanque diſcipulis fore oſtendit, de Dei præſcientia infallibili. Et prouidentia irreprehenſibili. De potentia incomprehenſibili. De præſentia deſiderabili. Et in ijs quatuor, habebant valde magnam materiam exultandi. Primo gaudium erat de diuina præſcientia infallibili. Quantum ad hanc dicit:

Gaudete autem quòd nomina veſtra ſcripta ſunt in cœlis.) In libro vitæ ſcilicet. Qui liber vitæ dicitur, quia in ipſo ſcripta viuunt. Secundum illud Ioannis primo. Quod factum eſt, in ipſo vita erat. Vel quia ſecundum eius ſcripturam eſt homo prædeſtinatus ad vitam. Vnde ſecundum ipſum fiet finale iudicium. Sicut dicitur Apocalypſis. viceſimo. Libri aperti ſunt, & alius liber apertus eſt qui eſt vitæ. In quo quidem libro nali non inuenientur finaliter ſcripti. Secundum d in Pſalmo. ſexageſimo octauo. dicitur. Deleantur de libro viuentium: & cum iuſtis non ſcribantur. Quod quidem dicitur, non quia ille liber mutetur, ſed, quia multi ¶Liber vitæ. Ioan.1.a. Apo.20.d pſalm.68.

videntur

videntur ſcripti ſecundum præſentẽ iuſtitiam, qui apparebunt non ſcripti ſecundum diuinam preſcientiã. Quoniam ergo hoc tãtum eſt bonorum finaliter & ſaluandorum, & eſt bonũ interminabile & infallibile, ideo merito de hoc eſt verum gaudiũ, nõ de dono miraculorũ, quod eſt bonorũ & malorum. Vnde mali nõ ſunt ſcripti in cœlis, ſed potius in terrà, ſecundũ illud Ieremiæ.17. Recedẽtes à te, in terra ſcribentur. In cuius rei ſignum dominus confutans perfidiam Phariſeorũ qui erãt alieni à regno cœlorum, digito ſcribebat in terrà, ſicut dicitur Ioan.8. Et nota q̃ diuina cognitio dicit liber, ſed cognitio ſimplicis notitiæ dicitur liber ſimpliciter, & in hoc omnia ſcribuntur & omnes. Iuxta illud Pſal. Imperfectũ meum viderunt oculi tui, & in libro tuo omnes ſcribẽtur. Et eſt cognitio approbationis, & hæc dicitur liber vitæ, & in hoc non ſcribuntur ſecundum veritatẽ niſi finaliter boni. Et de hoc Exodi.32, Aut dimitte eis hanc noxam: aut ſi nõ facis, dele me de libro tuo quẽ ſcripſiſti. Super quo dicit gloſſa, q̃ ſecurus hoc dicit, ſciens q̃ deleri non poſſit, loquitur enim de ſcriptura præſcientiæ non præſentis iuſtitiæ, quæ deleri poteſt.

Ierc.17.b.

Ioan.8.a.

pſalm.138

exodi.32.

Gloſſa.

Secundo oſtendit eſſe gaudiũ de prouidentia irrepre-
henſibili, quantũ ad hãc adiũgit. (In ipſa horà exultauit
in ſpiritu ſancto) ſcilicet in ſpirituali gaudio quod debet
eſſe in ſpiritu ſancto, nõ in carne, ſecundũ illud. Rom.14.
Non eſt regnũ dei eſca & potus: ſed iuſtitia, & pax & gaudium in ſpiritu ſancto. Vnde & glorioſa virgo Supra.1.
Exultauit, inquit, ſpiritus meus in deo ſalutari meo. Et
in hoc dedit diſcipulis modũ exultandi. Et ſimul cũ hoc
expreſſit vnde exultare debeant, cũ addit. (Et dixit Con-
fiteor tibi pater, domine cœli & terræ,) q̃ ſcilicet non tantum es creator per potentiam, ſed etiam gubernator per
prouidentiam, ſecundum illud Ieremię.23, Cœlum & terram ego impleo. Et Iſaię.66. Cœlum ſedes mea, terra aũt
ſcabellum p[illegible]ũ meorũ. Huic ſcilicet generali prouiſori
cõfitetur cõfe[illegible]one ſc; laudis. Confeſsio eñ non tantũ
eſt culpæ, ſecun[illegible]ũ illud Iacobi.5. Confitemini alterutrũ
peccata veſtra, ſed etiã fidei veræ, de quo Rom.10. Corde
creditur ad iuſtitiã, ore autem confeſsio fit ad ſalutem.

Rom.14c

Supr.1.c.

Iere.23.e.

Iſaię.66.a

¶ Cõfeſsio multiplex.

Iaco.5.d.

Ro.10.b.

Ac etia

M.E.C.D. 2017

Ac etiam laudis diuinæ, secundum illud. Hebr. vlt. Offe- Heb.13.c.
ramus hostiam laudis semper deo, id est fructū labiorum
confitentiū nomini eius. Et in Psal. Confitemini domi- psalm.105
no quoniā bonus, &c. Et hoc modo accipitur hic, pro
laude scilicet ipsius dei gubernatoris. Laudat autē eum
« pro sua prouidentia, propter quam addit (Quòd absco-
« disti hæc à sapiētibus & prudentibus, & reuelasti ea par-
« uulis.) Hoc enim fit secundum iudiciū diuinæ prouiden
tiæ, ꝙ deus superbis resistit, & humilibus dat gratiā, sicut
dicitur, Iaco. 4. Et in Psal. Excelsus dominus, & humilia Iaco.4.b
respicit: & alta à longè cognoscit. Ideo deus hæc, id est, psalm.137
mysteria nostræ redemptionis abscondit sapientibus, &
prudentibus mundi, qui se reputant esse sapientes in di-
uinis, & prudentes in temporalibus. Iuxta quod dicitur
1. Cori. 1. Perdam sapientiā sapientiū: & prudentiam pru- 1.Cor.1.c
dentium reprobabo. Et post ea subdit, Nonne stultam
fecit deus sapientiā huius mundi? Et Isa. 5. Væ qui sapiē- Isaiç.5.c.
tes estis in oculis vestris, & coram vobismetipsis pruden
tes. Talibus enim absconduntur diuina sacramēta. Sed
ediuerso paruulis reuelantur. Vnde in Psalm. Declaratio psalm.118
sermonum tuorū illuminat, & intellectum dat paruulis.
Et nota ꝙ nō dicit stultis & hebetibus, sed paruulis, id est
humilibus, vt ostendat se non damnare acumen intelli-
gentiç, sed tumorē superbiæ. sicut dicit glossa. Vnde Ber. Glossa.
« Humilitas est clauis scientiæ, secūdum illud Prou. 11. Vbi Bernard
est humilitas, ibi & sapientia. Et quoniam hoc iudicium prou.11.a
« prouidentiæ, est irreprehensibile, ideo addit. (Etiam pa-
« ter, quoniā sic cōplacuit ante te) Quasi dicat, iustè, eò ꝙ
tibi placeat. Quoniam vt dicit Glossa. Iniustum esse Glossa.
nō potest ꝙ placeat iusto. Vnde sufficit hanc rationē red
didisse, nec voluit aliam assignare. quia illa est sufficien-
tissima & prima, secundum illud Exod. 33. Miserebor cui exo.33.d.
voluero, & clemens ero in quem mihi placuerit. Et Ro-
man. nono. Cuius vult, miseretur, & cæte. Siue vt repri- Rom.9.c
matur curiositas ne discutere audeamus supera iudicia
Vnde glossa. Ex hoc accipimus exemplum humilitatis, Glossa.
ne temerè discutiamus de supernis consi[lio]. Dicitur em
Prouerbior. 25. Qui scrutator est maiestatis, opprime- prou.25.d
tur à gloria: Siue vt ostendat, quòd diuina prouidentia

M.E.C.D. 2017

est laudanda in omnibus factis suis, & omnino in om-
psalm.144 nibus irreprehensibilis, secundum illud. Psalmist. Iustus dominus in omnibus viis suis, & sanctus in omnibus operibus suis. Gaudendū ergo est, & exultandum de prouidentia Dei irreprehensibili, non præsumptionis ratiunculis discooperiendum. Quia vt dicit Gregorius:
Gregorio Diuina iudicia non sunt temerè discutienda, sed formidoloso silentio nominanda.

Tertio ostendit esse gaudendum de potentia incomprehensibili, cum ait: (Omnia mihi tradita sunt à patre » meo.) In hoc nanq; quòd dicit. (Omnia.) Infinitè ostendit » potestatem suam esse vtilem, secundum illud. Ioan-
Ioan.1.a. nis primo. Omnia per ipsum facta sunt, id est, per verbū.
Ioan.17.b Et rursus decimoseptimo. Mea omnia, tua sunt, & tua, mea sunt. In hoc quod adiungit. (Tradita à patre meo) Notat potentiam illam esse naturalem, secundum illud.
Ioan.5.d. Ioannis quinto. Quæcunq; pater facit, hæc & filius similiter facit. In vtriusque simul, ostendit æqualitatem, &
Glossa. immensitatem. Vnde glossa: Cum audis omnia, omnipotentem agnoscis, quum audis tradita, filium confiteris, cui per naturam vnius substantiæ omnia iure sunt propria, non dono collata per gratiam. Et ex hoc appareret, quòd potentia filij est immensa & incomprehensibilis. Et propterea subdit: (Et nemo scit, quis sit filius, nisi » pater.) Id est, nullus intellectus hoc comprehendit nisi » paternus scilicet perfectè. Et ideo in hoc non excluditur spiritus sanctus, sed solus intellectus creatus, qui non potest ipsum comprehendere, quum sit immensus. Vnde
Iob.11.b. Iob vndecimo. Forsitan vestigia Dei comprehendes, & vsque ad perfectum omnipotentē reperies. Excelsior cælo est, & quid facies? & cęte. Et quia filius est incomprehensibilis, ideo potest patrem comprehendere. Propter quod addit, (Et quis sit pater, nisi filius.) Nemo scilicet, »
Ioan.1.c. nouit. Quia Ioannis primo. Deum nemo vidit vnquā vnigenitus filius, qui est in sinu patris ipse enarrauit. Quoniam ipse solus comprehendit, ideo solus potest reuelare. Et ideo subdit. (Et cui voluerit filius reuelare.) »
Filius enim sapientia & verbum patris est, & dicens ma-
Sapi.9.d. nifestat se per verbum suum. Vnde Sapie. nono. Sen-

sum-

M.E.C.D. 2017

sum tuum quis sciet, nisi tu dederis sapientiam, & miseris spiritum sanctũ tuũ de altissimis? Vnde Chrysosto. Phy- Chrysos.
losophi de deo quærere contendentes, nihil aliud se in-
uenisse confessi sunt, nisi quod incognoscibilis est deus.
Sicut qui in vagum oceanum vsurpat nauigare, quum
non potest transire, necesse est vt per eandem viam reuer
tatur, sic illi ab ignoto cœperunt, & in ignotum finie-
runt. Et ratio huius est, quia non fuerũt discipuli IESV
CHRISTI, qui est veritas. Nec habuerunt spiritum san-
ctum de quo. Ioann. 16. Cum venerit ille spiritus verita- Ioan. 16, b
tis, docebit vos omnem veritatem.

Quarto ostendit esse gaudium de præsentia deside-
« rabili. Vnde subdit. (Et conuersus ad discipulos suos, di-
« xit: Beati oculi qui vident quæ vos videtis.) Ideo meri-
to gaudere poteſtis, quia videtis me, tam mente quàm
corpore, quum Abraham gauisus fuerit, qui vidit tan-
tum fide, secundum illud. Ioannis octauo. Abraham pa- Ioan. 8. g.
ter vester exultauit vt videret diem meum, & vidit, & ga-
uisus est. Et ideo in figura huius dicitur, tertij Regum 3. Re. 10. b
decimo. ad Salomonem. Beati viri tui, & beati serui tui
hi qui stant coram te semper, & audiunt sapientiam tu-
am. Hoc dicitur de Salomone in figura CHRISTI.
Quia vt ipse de se dicit. Matthæi duodecimo. Ecce plus Matt. 12. d
quàm Salomon hic. Vnde hoc erat donum speciale. Et
« propterea subdit. (Dico enim vobis, quòd multi prophe-
« tæ & reges voluerunt videre quæ vos videtis, & non vi-
« derunt.) Sublimes in scientia & potestate, desiderauer-
runt CHRISTI præsentiam, secundum illud Aggæi, Agg. 2. b.
secundo. Veniet desideratus cunctis gentibus. Vnde pro
pter vehemens desiderium dicitur. Isa. sexagesimo quar- Isaiç. 64. a
to. Vtinam dirumperes cœlos, & descenderes. Et Nume-
ri vigesimo quarto. Ait Balaã, Videbo eũ, sed nõ modo: Num. 24 c
intuebor illum, sed non prope. Orietur stella ex Iacob &
consurget virga de Israel, Et percutiet duces Moab, vasta Ester. 15. d
bitq; oẽs filios Seth. Et post: Heu quis victurus est quãdo
faciet ista Deus Nec mirum, quia Ester decimo quin-
to. Dicitur ad Assuerum in persona CHRISTI. Valde
mirabilis es domine, & facies tua plena gratiarum. Et
ideo desiderabant CHRISTI præsentiam videre.

M.E.C.D. 2017

Desiderabant etiam eius doctrinam audire, & ideo ad-
dit (Et audire quæ auditis, & nõ audierunt.) Id est, mea
Ose.10.d. verba, quia sicut dicitur. Oseæ decimo. Tempus requi-
rendi dominum, quum venerit qui docebit vos iustitiã.
Hoc enim erat permaximum beneficium, audire deum
loquentem, non per creaturam subiectam: sed in propria
persona, & creatura vnita. Quod beneficium comme-
Hebr.1,a. morans, ait Apostolus, ad Hebræos primo. Multifariam
multisq; modis olim deus loquens patribus in prophe-
tis, nouissimè, & cæt. Beatus qui audit humiliter, & ob-
temperanter hanc loquutionem, secundum illud. In-
Infr.11.d. fra.11. Beati qui audiunt verbum dei, & custodiunt illud
Vnde Beati qui per fidem CHRISTVM viderunt, & au
prou.8.d. dierunt in via, secundum illud. Prouerbiorum octauo.
Beatus homo qui audit me, & qui vigilat ad fores meas
quotidie, & obseruat ad postes ostij mei. Sed beatissi-
Apo.19.b mi qui videbunt in patria, iuxta illud. Apoc.19. Beati qui
ad cœnam nuptiarum agni vocati sunt.

¶Et ecce quidam legisperitus, & cæt.) Postquam descri-
psit euangelista formam prædicandi: hic secundo insi-
nuat formam viuendi. Dupliciter quidem potest quis
informari ad rectè viuendum, scilicet verbo & exemplo.
¶Diuisio Ideo euangelista primo ad informationem præmittit di
uinum præceptum. Secundo vero subiungit humanum
Inf.eo.g. exemplum, ibi: (Factum est, dum irent, & ipse intrauit,
& c.) Quoniam autem informatio præcepti non valet
nisi intelligenti. Ideo primo præmittitur præceptum re-
gulans ad viuendum. Secundo vero adiungitur docu-
Inf.eo.c. mentum adiuuans ad intelligendum, ibi: (Suspiciẽs aũt
IESVS.) Circa expresionem autem præcepti regulati-
ui, quatuor introducuntur, scilicet inquisitio veritatis sa
lutiferæ. Inuentio veritatis quęsitæ. Approbatio verita-
tis inuentæ. Inuestigatio veritatis approbatæ. Primo er-
go quantum ad inquisitionem veritatis salutiferæ, dicit

Et ecce quidam legisperitus surrexit, tentans illum.) „
Iste perit[illegible]t, & peritum se reputabat: & quia peritum
se reputabat, [illegible]eo non quærebat vt disceret, sed vt pro-
baret, sicut mo[illegible]s est superbis, secundum illud, Eccleia-
eccli.13.b. stici decimotertio, die duite. Ex multa loquela tentabit
te. Sed

M.E.C.D. 2017

te. Sed rursus quia peritus erat, ideo idonec & rectè quæ-
« reb at, propter quod addit. (Et dicens, Magister, quid
« faciendo vitam æternam possidebo?) Magistrum eum
vocat, quia hoc ipsum spectat ad eum, vt ad interroga-
ta respondeat. Iuxta quod dicitur. Matth. vigesimosecũ- Matt. 22. b
do. Magister, scimus quia verax es, & viam dei in verita-
te doces. Vnde quia magisterium salutis profitebatur
CHRISTVS, ideo quæstionem facit de veritate saluta-
ri. Similem quæstionem dicitur proposuisse adolescens.
Matth. 19. Magister bone, quid boni faciam, vt habeam Matt. 19 b
vitam æternam? Isti quærebant studiosè, non curiosè,
quia non de operibus factis, sed faciendis, propter meri-
tum salutis, secundum illud. Ecclesiastici. tertio. In pluri- eccl'i. 3. c.
bus operibus eius non eris curiosus. Et paulo superius,
Sed quæ præcepit tibi deus, illa cogita semper. Vnde isti
quærunt de via eundi ad vitam, iuxta consilium Iere. 6. Iere. 6. d.
State super vias, & videte, & interrogate de semitis anti-
quis, quæ sit via bona, & ambulate in ea, & inuenietis
refrigerium animabus vestris. Hæc enim sunt quæ do-
minus docet. Isaiç, quadragesimooctauo. Ego dominus Isaiç. 48. c
Deus tuus, docens te vtilia.

Secundo vero quãtum ad inuentionem veritatis quæ-
« sitæ, subditur: (At ille dixit ad eum, In lege quid scri-
« ptum est? quomodo legis?) Ex quo apparet, quod magi-
ster veritatis erat amicus legis, iuxta illud. Matth. 5. No- Matt. 5. b.
lite putare quoniam veni soluere legem, aut prophetas:
non veni soluere, sed adimplere. In quo verbo saluator
captat beneuolentiam legi speriti. In hoc quod ostendit
se conformari ei in amore legis. Suscitat etiam attentio-
nem dum mittit eum ad legem, sicut ad scripturam au-
thenticam. Prçparat etiam docilitatẽ, dum tribuit viam
ad veritatem inueniendam. & hoc quidem fit legendo
legem diuinam. Vnde Ioann. quinto. Dixit legisperitis: Ioan. 5. f.
Scrutamini scripturas, quia vos putatis in ipsis vitam
æternam habere. Hæc enim est via venie[illegible]di ad verita-
tem, & per veritatem ad vitam. Vnde B[illegible]ch, quarto. Baruc. 4 a
Hic liber mandatorum Dei, & lex quæ [illegible]in æternum,
omnes qui tenent eam, perueniẽt ad v[illegible]tam, qui autem
dereliquerint eam, in mortem. Conuertere Iacob, & ap-

M.E.C.D. 2017

prehende eam,& cę.Et iſta via eum ad veritatem manu duxit, propter quod additur,(Ille reſpondens,dixit, Di » liges dominum deum tuũ ex toto corde tuo , & ex tota » anima tua,& ex oĩbus viribus tuis,& ex omni mẽte tua) »

Deut.6.a Hoc legitur Deut.6.Diliges dominũ deum tuũ , ex toto corde tuo,& c̃. In hoc mandato legiſlato omnia præceꝑpta reduxit ad vnũ , in quo verbo clauditur tota forma

Matt.22.d viuẽdi.Iuxta illud quod dicitur .Matt.22.In his duobus mandatis vniuerſa lex pendet & prophetæ. Sed videtur contrarietas:quia hic dicitur, quòd legiſperitus reſponꝺit.Et Matth.22. dicitur quòd CHRISTVS: Hic poꝓnuntur quatuor conditiones,ibi tres . Sed patet , quòd alia fuit illa quæſtio,alia iſta. Vel poteſt reſponderi ſicut

Auguſti . innuit Auguſtinus de concordia Euangeliſtarum , vbi dicit , quòd CHRISTVS primo reſpondet, ſecundum quod dicit Matthæus : Et deinde legiſperitus iterando, approbauit,ſicut dicit Lucas . Et quòd vtrunque fuerit

Mar.12.c. narratum Marci duodecimo dicitur. Et ſic patet quòd Marcus hos duos ducit ad concordiam. Sed tamen adhuc videtur remanere diſcordia ex parte conditionum

Deut.6.a. diligendi,quia Deut.6.dicitur. Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo,& ex tota anima tua, & ex tota fortitudine tua:hic autem dicitur ex omni mente tua:&

Mat 22.d. in Matthæo omittitur ex omnibus viribus tuis.Pro huius itaq; intelligentia eruenda,nota quòd ad perfectum modum diligendi Deum,requiritur, quòd referamus in ipſum omnes cogitationes,omnes affectiones,& omnes operationes . Et hæc tria tanguntur in lege . Sed quia cogitationes ſunt intellectiuæ cordis , & memoratiuæ mentis. Ideo hic, & in Matthæo additur ex tota mente, in quo eſt explicatio legis .Et quia qui refert quod interius eſt,ſcilicet actum memoriæ, intelligentiæ,& voluntatis in Deum,per conſequens refert opera . Ideo in his tribus clauditur relatio omnium virium . Lucas autem ad maiorem explicationem addit hoc ipſum , ſcilicet ex omnibus viribus . Similiter Marcus . Vel hoc quod eſt, ex omnibus viribus , eſt declaratio totius , ſcilicet aliarum trium conditionum. Vt ſecundum Auguſtinum ſit

¶Quid ad pfectã Dei dilectionẽ requiritur.

Auguſti . ſenſus, (Diliges dominum Deum tuum , ex toto corde tuo.)

M.E.C.D. 2017

tuo.) id eſt, intellectu ſine errore, (ex tota anima,) id eſt, voluntate ſine contradictione, (ex omni mente) id eſt, memoria ſine obliuione, (Et ex omnibus viribus tuis.) id eſt, tota virtute ſine fictione. Vel ſecundū Bernardum, (Ex toto corde tuo,) id eſt, ſapienter, (ex tota anima,) id eſt, dulciter, (ex totà mente,) id eſt, fortiter. Et in hoc clauditur ex omnibus viribus. Vel ſic. (Ex toto corde tuo,) id eſt, vigilanter, ſecundum illud Cantico. quinto. Ego dormio, & cor meum vigilat, (ex totà anima,) id eſt, ardenter, ſecundum illud Cantic. quinto. Anima mea liquefacta eſt vt dilectus locutus eſt, (ex omnibus viribus tuis,) id eſt, conſtanter, ſecudum illud Canticorū vltimo. Fortis eſt, vt mors, dilectio. Dura ſicut infernus, emulatio. Lampades eius, lampades ignis atque flammarum. Aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem, nec flumina obruent illam. (Ex omni mente tua,) id eſt, inceſſanter, ſecundum illud Deuteronomij octauo. Obſerua & caue nequando obliuiſcaris domini dei tui, Et Tobiæ quarto. omnibus diebus vitæ tuæ in mente habeto deum. Et ſic patet quod tertia et quarta conditio ſunt valdé propinquæ, & ideo vna clauditur aliquando in alia. In omnibus autem prædictis conditionibus intelligendum, ꝙ ſecundum quod dicunt totalitatem ſufficientiæ, ſic cadunt ſub præcepto, & ſpectant ad ſtatum viæ, ſecundum quod dicunt totalitatem conſummationis, ſic ſpectant ad ſtatum patriæ, & magis demonſtrant quo tendendum, quàm obligant ad obſeruandum. Per hoc ergo mandatum totus homo ſecundum ſe totum ordinatur in deum, & per conſequens ad ſeipſum. Et quia ordinari habet etiam ad proximum, ideo ſubdit. « (Et proximum tuum ſicut teipſum,) diliges ſcilicet. Hoc ſecundum præceptum habetur ex Leuitico decimo nono. vbi dicitur, Diliges amicum tuum ſicut teipſum, Secundū tranſlationē ſeptuaginta interpretū dicitur. Diliges proximū ſicut teipſum, id eſt, ex quo teipſum ſcilicet ex charitatis affectu & effectu, vel in quem ipſum, id eſt, in deo, vel ꝓpter quod te teipſum, id eſt, propter deū, vel ad quod teipſum, id eſt, ad gratiā in preſenti & gloriā in futuro, vel quomodo teipſum, id eſt, ſupra temporales &

Bernard. Can. 5.a. Ibidē. b. Can. 8.b. Deut. 8.c. Tob. 4.a. Leuī 19.d ¶Dilectio proximi.

M.E.C.D. 2017

corpus propriũ & infra deum. Nam qui sic diligit proxi-
Rom.13.c mũ, ille est verus obseruator legis. Vnde Roma. decimo tertio. Qui diligit proximum, legem impleuit. Et verè debet diligere proximũ sicut seipsum propter conformi-
eccl'i.13.c tatem naturæ. Vnde Ecclesiastici decimo tertio. Omne animal diligit simile sibi: sic & omnis homo proximum
ephe.4.f. sibi. Propter vnitatem gratiæ. Secundum illud Ephesios quarto. Loquimini veritatem vnusquisq; cum proximo suo, quoniam sumus inuicem membra. Propter vnita-
Ephe.3.a. tem mercedis æternæ. Ephesios tertio. Vnum corpus, & vnus spiritus, sicut vocati estis in vna spe vocationis ve-
strę. Ad commẽdandam hanc dilectionem voluit deus quod nasceremur ex vno patre Adam, quod redimere-
mur eodem sanguine, scilicet sanguine domini nostri IESV CHRISTI, quod remuneraremur eadem merce-
psalm. 121 de. Psalm. Ierusalem quæ ædificatur vt ciuitas. cuius participatio eius in idipsum.

Tertio vero quantum ad approbationem veritatis inuentæ, subditur. (Dixitque illi, Rectè respondisti.) Quia »
verbũ rectitudinis protulisti, quod est verbũ dilectionis,
Cant.1.a. secundũ illud Canti. primo. Recti diligunt te. Vel secundum regulam sapientiæ dixisti, secundum illud Prouer-
prou,8.a. biorum octauo. Iusti sunt omnes sermones mei, non est in eis prauum quid, neque peruersum, recti sunt intelligentibus, & æqui inuenientibus scientiam. Et quia se-
cundum regulam rectitudinis est viuendum, ideo sub-
Iaco.1.d. dit. (Hoc fac, & viues.) Quia secundum illud Iacobi pri- »
mo. Si quis auditor est verbi, & non factor &c̃. Et Roma.
Rom.2.b secundo. Non auditores legis iusti sunt apud deum, sed factores legis iustificabuntur. Et verè viues, quia ad ęter-
Mat,19.c. nam vitam peruenies. Quia Matthæi decimo nono. Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. Vnde Ioan. decimo
Ioan.13.b tertio. Si hęc scitis, beati eritis si feceritis ea. &c̃.

Quarto quantum ad inuestigationem veritatis ap-
probatæ, subditur. (Ille autẽ volens iustificare seipsum,) »
id est, iustum [illegible]ndere. Nam vt dicit glossa interlinea-
ris, putabat no[illegible]nte deum, sed ante hominem se stare,
Infr.16.d. secundum illud [illegible]fra decimo sexto. Vos estis qui iustifi-
catis vos coram hominibus, deus autem nouit corda ve-
stra,

M.E.C.D. 2017

ſtra & cætera. Vel volens ſeipſum iuſtificare, id eſt, ad iuſtitiam præparare, quod fit per fidem & intelligentiam veritatis, ſecundũ illud Roma.;. Arbitramur enim iuſtificari hominẽ per fidẽ ſine operibus legis. Ideo vt veritatem creditam intelligat requirit, propter quod additur. « (Dixit ad IESVM, Et quis eſt meus proximus?) vt intelligam mandatum, ſecundum illud Oſeæ decimo. Tempus requirendi dominum, cum venerit qui docebit vos iuſtitiam. Ideo quærit de proximo diligenter, quia in ſcriptura dicitur multipliciter, ſcilicet cognatione, ſecundum illud Pſal. Amici mei & proximi mei aduerſum me appropinquauerũt & ſteterunt. Et rurſus. Quaſi proximum, & quaſi noſtrum, ſic complacebam &c̃. Religione. Eccleſiaſtici decimo quinto. Exultabit illum apud proximos ſuos. Cõpaſſione ſiue beneficij exhibitione, ſecundum quod infra eodem. Quis horum trium videtur tibi proximus fuiſſe illi qui incidit in latrones? At ille dixit, Qui fecit miſericordiam in illum. Naturali aſſimulatione, ſecundũ illud Eccleſiaſtici decimo tertio. Omne animal diligit ſimile ſibi, ſic & omnis homo proximũ ſibi. Et Auguſti. Nomine proximi intelligitur omnis homo. Et ideo quia dubiũ erat, & multiplex erat proximi intelligẽtia, propterea indagandum erat & requirendũ. Non ſolum propter illum legiſperitũ, ſed propter vtilitatem fidelium a quibus implendum erat premiſſum mandatum, quod eſt conſummatio mandatorum.

Rom ;.d

Oſe.10.d

¶Proximus varie ſumitur ĩ ſcriptura pſalm.37. pſalm.34. eccl'i.15.c. Inf.eo.fr.

eccl'i.13.c. Auguſti.

¶Suſpiciens autem IESVS, dixit,) Poſt præceptũ regulans ad viuendum, ſubdit documentũ excitans ad intelligendũ, & hoc per dictum parabolicũ. Inquiens. (Suſpiciens aũt IESVS,) id eſt, ſurſum aſpiciens. In quo oſtendit quod qui vult intelligere veritatẽ, debet ſurſum aſpicere, vnde micat verũ lumen. Iſaię ſexageſimo. Surge illuminare Ieruſalem, &c̃. quia Eccleſiaſtici primo. Fons ſapientię verbum dei in excelſis. In hoc autem dicto parabolico quatuor introducũtur. Primum eſt perſona indigens ex miſeria. Secundũ eſt, perſona deſ[illegible]iens ex duritia. Ibi. (Accidit autem vt ſacerdos, &c̃.) Tertium eſt, perſona ſubueniens ex clæmentia. Ibi. (Samaritanus autẽ. &c̃) Quartum eſt, doctrina ſubſequens ex parabola. Ibi.

Iſaĩ.60.a. eccl'i.1.a.

¶Diuiſio

Inf. eo.f. Ibidem. Ibidem.

Quis ho-

M.E.C.D. 2017

(Quis horũ trium videtur &c̃.) Circa persoñ indigentẽ ex miseriâ, duo introducũtur ab Euangelista. Primũ est, subtractio boni. Secundũ est, inflictio mali. Primo igitur quantum ad boni subtractionem, dicit.

Homo quidã descendebat ab Ierusalem in Iericho, & incidit in latrones, qui eriã despoliauerũt eum,) Ideo fortasis hoc fecerũt, quia solus erat. Quod notat in hoc, quod dicit, (Homo quidã,) vt verũ appareat illud Eccle-
Eccls.4.c. siastes.4. Væ soli, quia cũ ceciderit non habet subleuantẽ se. Imo potius talis habet deprędantem. Vnde iste homo
Iob.19.a. poterat dicere, illud Iob. 19. Spoliauit me gloria mea, &
Ibidem.b abstulit coronã de capite meo. Subditur. Simul venerũt latrones eius, & fecerũt sibi viam per me. In hos latrones incidit fortasis propter solitudinẽ viæ, vbi consueuerũt
Iere.3.a. latrones latere, secũdum illud Ieremiæ.3. In vijs sedebas, expectans eos quasi latro in solitudine.

Secundo, quantũ ad mali inflictionẽ, subdit. (Et plagis impositis abierũt, semiuiuo relicto) quasi dicat, quòd vsq; ad mortẽ eum vulnerauerũt, secundũ quod de latro-
prou.1.b. nibus dicitur Prouerb. 1. Pedes illorũ ad malũ currũt, &
psalm.13. festinant vt effundant sanguinẽ. Et in Psalm. Quorũ os maledictione & amaritudine plenum est, Veloces pedes eorum ad effundendum sanguinẽ. Non autẽ verberauerunt eum tantũ, ne forte proderet eos, sicut dicitur de Is-
Iere.41.b. mahel, Ierem. quadragesimo primo. Quod viros venientes ad Godoliam interfecit Ismahel filius Nathaniæ, circa medium laci, ipsi & viri qui cum eo erant. Et hoc ne proderent eum, sicut & hic.

¶ Accidit aũt vt sacerdos, &c̃.) Post persoñ indigentẽ ex duplici miseriâ, subditur hic persona despiciẽs ex duritiâ Introducitur autẽ hic duplex persona, superior scilicet & inferior in dignitate ecclesiastica. Primo igitur, quantũ ad personam superiorem, dicit.

Accidit autẽ vt sacerdos quidam descẽderet eadẽ via,) cuius erat [illegible]em dei docere & facere, secundũ illud Mala-
Mala.2.b chię.2. Labia sacerdotis custodient scientiã, & legẽ requirent ex ore eius. Ipsi autẽ debebant esse sancti, secundum
Leui.10.a illud Leuitici 20. Sanctificabor in ijs qui appropinquant mihi, & in conspectu omnis populi glorificabor.

Vnde

M.E.C.D. 2017

Vnde ſacerdotũ erat potiſsimè legem dei ſeruare, & maximè quo ad miſericordiã: ſed tamen hic non ſeruauit propter duritiã, Vnde ſubdit. (Et viſo illo, præteriuit,) nõ attendens illud Deutero. 22. Si videris aſinũ fratris tui aut bouẽ cecidiſſe in via, non deſpicies, ſed ſubleuabis cũ eo. Iſte autem deſpexit fratrẽ ſuũ propter auaritiã. Iam verificatum erat illud Ierem. 6. A minori vſq; ad maiorẽ omnes auaritiæ ſtudent, & à propheta vſq; ad ſacerdotem cuncti faciũt dolum. Et ſimiliter illud Iſaiæ primo, Principes tui infideles, ſocij furum. &c̃.

Deut. 22. b

Ierem. 6. c.

Iſaię. 1. f.

« Secũdo quantũ ad perſonã inferiorẽ, ſubdit (Similiter
« & Leuita, cum eſſet ſecus locũ, & videret eum pertrãſiit.)
Et hic non attendebat illud Eccl'i. 7. Non deſis plorantibus in conſolatione, & cum lugentibus ambula. Non te pigeat viſitare infirmũ, & cę. Hunc piguit, quia cum eſſet ſecus locum, & videret, noluit viſitare. Iſte non erat ſimilis illi Tobię quarto docenti filium ſuum. Noli auertere faciem tuam ab vllo paupere Hic autem a paupere nudo vulnera, & à proprio ſuo fratre auertit oculos ſuos. Et hoc erat magis reprehẽſibile in ſacerdotibus & leuitis, quã in alijs perſonis. Propter quod dicitur Oſeæ ſexto. Miſericordiam volui, & non ſacrificium: & ſcientiam dei plus quam holocauſta. Vnde iſte legiſperitus dicitur dixiſſe, Marci. 12. Diligere proximum tanquã ſeipſum, maius eſt omnibus holocauſtomatibus & ſacrificijs.

ecclꝰi. 7. d.

Tob. 4. b.

Oſeę. 6. c.

Mar. 12. c.

¶ Samaritanus autẽ quidã &c̃.) Hic tertio loco ſubijcitur perſona ſubueniens ex clæmẽtia. Circa quã duplex effectus miſericordię oſtenditur, ſcilicet ſupportatio infirmitatis, & releuatio mendicitatis. Primo igitur quantũ ad miſericordiam ſupportantẽ infirmitatem, dicit.

« Samaritanus autem quidam iter faciens, venit ſecus
« eum, & videns eum, miſericordia motus eſt.) Ita vt poſſet dicere illud Iob treceſimo. Flebam quondam ſuper eo, qui afflictus erat, & compatiebatur anima mea pauperi. Et rurſus Iob triceſimo primo. Ab infantia mea creuit mecum miſeratio. Et quia vera miſericordia apparet in
« opere. Ideo ſubdit. (Et appropinquans, alligauit vul-
« nera eius, infundens oleum & vinum Vt oleum leniret dolorem, & vinum purgaret, & alligatio conſeruaret.

Iob. 30. d.

Ibidẽ. 31. b

Et hoc

M.E.C.D. 2017

eccli.38.a Et hoc opus erat medici boni, ſecundum illud Eccli.38. In his curans mitigabit dolorem,& vnguentarius faciet pigmenta ſuauitatis, & vnctiones conficict ſanitatis.

prou.21.c Prouer.21. Theſaurus deſiderabilis,& oleum in habitaculo iuſti. Et quia non ſolum indigebat medicamento,verumetiam vehiculo & hoſpitio & cibo, ideo ſubdit. (Et ponens illum in iumentum ſuum.) quantum ad vehiculum. (Duxit in ſtabulum,) quantum ad hoſpitium (Et curam eius egit.) quantum ad cibum. Et ſic impleuit illud

Iſaię.58.b iſai.59. Frange eſurienti panem tuum,& egenos vagoſq; induc in domum tuam & cætera.

Secundo,quantum ad miſericordiam releuantem mẽdicitatem,ſubdit. (Et altera die protulit duos denarios, & dedit ſtabulario.) Paruam pecuniam protulit, quia

Tob.4.b. fortaſsis paruam habebat, ſecundum illud Tob.4. Quomodo potueris,ita eſto miſericors. Si multum tibi fuerit abundanter tribue. ſi exiguum tibi fuerit, etiam exiguũ libenter impartiri ſtude. Et quia,quamuis modica eſſet pecunia,magna tamen erat ſubueniendi voluntas, ideo ſubdit.(Et ait: Curam illius habe,& quodcunque ſupererogaueris,ego cum rediero reddam tibi.)Ex quo appareret,quod miſericordia eius erat integra, non ſicut illorũ

Oſeę.6.b. de quibus Oſe.6. Miſericordia veſtra quaſi nubes matutina,& quaſi ros mane pertranſiens. De iſto autem poterat verè dici illud Pſal. Tota die miſeretur & commodat

pſalm.36. & ſemen illius in benedictione erit. Et verè, quia ſecundum quod dicitur Prouerbi.19. Fœneratur domino,qui

prou.19.c miſeretur pauperis, & viciſſitudinem ſuam reddet ei.

¶Quis horum tibi videtur &c,) Hic quarto loco ſubiungitur doctrina ſubſequens ex parabola, & hoc quantũ

¶Proximo quis. ad duo. Primo, quantum ad eruditionem intellectus. Secundo vero quantum ad exhortationem affectus. Primo igitur quantum ad eruditionem intellectus dicitur:

Quis horum trium videtur tibi proximus eſſe illi qui incidit in la[illegible]nes?) Hoc ab eo quærit, vt ex ore eius eliciat veram ſe[illegible]ntiam,quod & fecit. Vnde ſequitur.) At ille dixit:(Qui[illegible]cit miſericordiam in illum.)Si illi duo, eiuſdem gẽtis e[illegible]nt,iſte alienigena, ergo proximi nomẽ, non ſolum ſe e[illegible]tendit ad propinquos, verum etiam ad extraneos

M.E.C.D. 2017

extraneos. Vnde Beda iuxta literam. Patet quod alienigena Ierosolymitæ, cui misericordiam impendit proximior fuit quàm sacerdos & leuita gentis eiusdem. Patet etiam, quòd proximitas magis attenditur penes naturalem dilectionem & compassionem, quàm penes carnalẽ cognationem. Vnde Ambrosius. Cognatio non facit proximum, sed misericordia, quæ misericordia secundũ naturam est. Nihil enim tam secundum naturam est q̃ naturæ iuuare consortem. Patet etiam ex hoc, quòd nomine proximi intelligitur omnis qui misericordia indiget, vel qui misericordiam impendere potest, & per hoc omnis homo, Et ita illuminatus est intellectus legisperiti mirabili manuductione. Si enim hoc dominus dixisset absoluta responsione, ille minimè credidisset. Ideo dominus sagacissime ex ore ipsius veritatem extorsit. & eum ad veritatem informauit, magis per modum interrogandi, quàm per modum sententiandi. In quo dat formam, qualiter superbis debeat satisfieri. Beda.

Secundo vero, quantum ad exhortationem affectus, subditur: (Et ait illi IESVS: Vade, & tu fac similiter.) Vt omni homini misericordiam impendas, si vis esse vere misericors, quia Eccli. 18. dicitur. Misericordia Dei super omnem carnem, id est, quæ ex Deo procedit. Dei nanq; misericordia ad omnes se extendit. Vnde supra. 6. Eritis filij altissimi, quia ipse benignus est, super ingratos, & malos. Estote ergo misericordes, sicut & pater vester misericors est. Vera etiam misericordia, non tantum est in affectu, verumetiam in effectu, ideo dicit. (Et tu fac similiter.) Vnde Galat. 6. Bonum facientes, non deficiamus, tempore enim suo metemus non deficientes. Ergo dum tempus habemus, operemur bonũ ad omnes. Et in hoc, adimpletur lex Dei, qua non solum verbo & animo, verumetiam facto proximus quicunq; indigens subleuatur, secundum illud Gala. 6, Alter alterius onera portate & sic adimplebitis legem CHRISTI, qui consistit in dilectione proximi, quia qui diligit proximum, legẽ impleuit. Roman. 13. Sic igitur patet secundum sensum literalem doctrina elicita ex parabola. ¶ Misericordia vera. Ambrosi. Supr. 6. e. Gal. 6. b. Gal. 6. a. Rom. 13 c

¶ Alia etiam potest elici secundum sensum spiritualẽ, vt ¶ Spiritus aliter.

persona

persona indigens ex miseria intelligatur genus humanū quod in Adam peccante descendit, ab Ierusalem in Iericho, id est, à paradiso in mundum, & incidit in latrones id est, in potestatem dæmonum, qui spoliauerunt eum gratuitis, & vulnerauerunt in naturalibus: & reliquerũt semiuiuum, quia subtracta similitudine Dei, ad quã creatus est homo, remansit sola imago. Vt vere posit dici illud Psalmi. Homo cum in honore esset, non intellexit: psalm. 48 comparatus est iumentis insipientibus &c. Et rursus. Ve- psalm. 38 runtamen in imagine pertransit homo. Illa tamen imago est despoliata propter auersionem, & vulnerata pro- Iere. 2. c pter conuersionem. secundum illud Ieremi. 2. Duo mala fecit populus meus. Me dereliquerũt fontem aquæ viuę. & foderunt sibi cisternas: cisternas dissipatas. Ideo spoli Thre. 5. c atur & vulneratur. Secundum illud Thren, 5. Cecidit corona capitis nostri, væ nobis, quia peccauimus. Propterea mœstum factum est cor nostrum, ideo contenebrati sunt oculi nostri.

Persona autẽ pertransiẽs cũ duritia, fuit legalis iustitia quę nec misericordiam nec medicinã prestabat, quod exo. 17. c bene signatũ est Exod. 17. vbi dicitur quod manus Moysi erant graues. Vnde in glossa Bedę. Sacerdos legẽ dei an- Beda. nũciat, descendit quidẽ lex in mundum per Moysen. & nullam sanitatem contulit homini. Descendit leuita qui typũ ostendit prophetarum, sed hic nullum sanat, quia lex peccata arguit, sed pertransit, quia indulgentiã non 4. Re. 4. e largitur. Et illud bene designatum fuit. 4. Reg. 4. in bacu lo Elisei, quẽ misit ad suscitãdũ puerum, & tamẽ nõ fuit vox neq; sensus. Vnde potius erat baculus castigãs, quã Heb. 10. e sanans. Vnde Heb. 10. Irritam quis faciens legẽ Moysi: sine vlla miseratione, duobus vel tribus testibus moritur.

Persona autem subueniẽs ex misericordia recte intelligitur CHRISTVS dominus, quia Samaritanus interpretatur custos. Ipse autem est de quo in psal. Nisi domi- psalm. 126 nus custodierit ciuitatem &c. Et Isaiæ. 21. Custos quid de Isaię. 21. c nocte? Q[illegible]ecce inquit psalm. Non dormitabit neque psalm, 120 dormiet, qu[illegible]stodit Israel. Hic venit secus vulneratũ. quia in simili[illegible]dinem hominũ factus, & habitu inuẽtus vt homo, Phil. 2. penses secundo. Venit inquam in simili tudinem

tudinem carnis peccati, ſicut dicitur Rom.8. Et veniens tria fecit homini vulnerato, adhibuit medicinam, & hoc per gratiam ſacramẽtorum. In quibus fiunt illinitiones, & inunctiones ſanantes vulnera peccatorum : quod nõ fiebat ante ſaluatoris aduentum, ſecundum illud Iſaiç.1. Vulnus & liuor, & plaga tumens, nõ eſt circunligata, nec curata medicamine neq; fota oleo. Sed hoc factũ eſt poſt CHRISTI aduẽtum. Vnde.1.Pe.2. Qui peccata noſtra ipſe pertulit in corpore ſuo ſuper lignũ, &c. cuius liuore ſanati eſtis. Adhibuit etiã vehiculũ, ſcilicet per gratiã virtutum & donorum, per quam vehimur in ſtabulũ eccleſiç, ſecundum illud Pſal. Beatus vir cuius eſt auxiliũ abs te. aſcẽſiones in corde ſuo diſpoſuit, in valle lachrymarũ Et poſt : Etenim benedictionem dabit legiſlator, ibũt de virtute in virtutem. Et hoc quidẽ fit in ſtabulo eccleſiæ. Vnde ſubditur: Elegi abiectus eſſe in domo Dei mei & c̃, Et poſt: Quia miſericordiam & veritatẽ diligit deus gratiam & gloriam dabit dominus . Adhibuit nutrimentũ, quod fit per doctrinam duorum teſtamentorum, quç intelligitur in prolatione duorum denariorũ , quos dedit ſtabulario, id eſt, prçlato, cuius eſt doctrinã CHRISTI miniſtrare, & explanando ſupererogare. Vnde Eccl'ci.45. Dedit Moyſi dominus cor ad prçcepta, & legẽ vitç, & diſciplinç docere Iacob teſtamentũ ſuum, & iudicia ſua Iſrael His dominus reddet , cum redierit in die iudicij ſupererogata omnia. Quoniam ſecundum quod dicitur Danielis .duodecimo . Qui ad iuſtitiam erudiunt multos, quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates. Et Matthæi. viceſimo quinto. Euge ſerue bone & fidelis , quia ſuper pauca fuiſti fidelis, ſuper multa te conſtituam &c.

Rom.8.a ¶Chriſto ad nos veniẽs tria operatus eſt.

1.Pet.2.d.

pſalm.83.

eccli.45.a

Dani.12.b

Mat.25.b.

¶Factum eſt autem dum irent &cæ.)Poſtquam tradidit formam viuendi , per diuinum præceptũ . Hic ſecundo tradit per humanum exemplum. Vnde gloſſa. Bedæ. Habito ſermone de dilectione Dei , & proximi, ſupponitur exemplum vtriuſque . Introducitur enim hic ad literam exemplũ perfectionis vitæ actiuæ , & contemplatiuç , & cõparationis vtriuſq;. Vñ hæc pars habet duas ptes. In q̃. rũ prima p̃mittit cõparatio rationalis. In ſecũda vo ſubditur diffinitio iudicialis, ibi. (Et reſpõdit dixit illi dñs.)

Beda.

¶Diuiſio

Inf.eo.g.

Circa

M.E.C.D. 2017

Circa rationalem autẽ comparationẽ quatuor introduc-
cuntur. Primũ eſt conſortiũ diuinæ præſentiæ. Secundũ
eſt otium contemplatiuę. Tertiũ eſt exercitiũ operatiuæ.
Quartũ eſt litigiũ inter vtrunq;. Primo igitur quantum
ad conſortium diuinæ præſentiæ, dicitur.

Factum eſt autem dum irent, & ipſe intrauit in quod- »
dam caſtellum,) ſiue propter regnũ dei prędicandũ, ſecũ- »
Supr.8.a dum quod dicitur ſupra octauo. Ipſe iter faciebat per ci-
uitates & caſtella, prædicans & euangelizans regnũ dei.
ſiue propter hoſpitiũ quærendũ, ſecũdum quod dicitur
Supr.8.g ſupra octauo, quod cũ Samaritani nollẽt eum & diſcipu
los ſuos hoſpitio recipere, quod abierũt in aliud caſtellũ.
Ioan.11.a De hoc caſtello dicitur expreſsius Ioan.11, Erat quidã lan
quens Lazarus à Bethania de caſtello Mariæ & Marthæ
ſororũ eius. In hoc inquã caſtello inuenit hoſpitiũ. Pro- »
pter quod ſubditur, (Et mulier quædã Martha nomine, »
excepit illum in domũ ſuam,) tanquã ſcilicet pauperẽ & »
Matt.25.d egenũ. Vnde talibꝰ dicet illud in iudicio. Mat.25. Hoſpes
eram, & collegiſtis me. Similis quoq; Marthę erat Iob, de
Iob.31.d, quo. 31. Foris nõ manſit peregrinus, & oſtiũ meũ viatori
patuit. Et in illo hoſpitio præſens erat corporaliter ſicut
in actiuis & contemplatiuis prẽſens eſt ſpiritualiter, ſecũ-
Apo.3.d. dum illud Apoca.3. Ecce ſto ad oſtiũ & pulſo, ſi quis ape-
ruerit mihi ianuã, introibo ad illum, & cœnabo cũ illo.
prou.8.d. Quia Prouerb.8. dicitur. Delicię, meæ eſſe cum filiis ho-
Sapi.8.c. minũ. Et econtrario. Sapien.8. Intrans in domũ meam,
conquieſcã cum illa, non enim habet amaritudinẽ con-
uerſatio illius, nec tędium cõuictus eius.

Secundo vero quantũ ad otiũ contemplatiuę, ſubdit.
(Et huic erat ſoror nomine Maria,) quę ſcilicet erat in o- »
tio contemplationis perfecta. Vnde ſubditur, (quę etiam »
ſedens ſecus pedes domini, audiebat verbum illius,) Hoc »
quidẽ erat iſtius mulieris otium, domino intendere, va-
Ioan.11.d care, ſedere & tacere. Vnde dicitur Ioãnis. 11. quod Maria,
cum veniſſet vbi erat IESVS, videns eũ cecidit ad pedes
Deut.33.a eius. Quia dicitur Deut.33. Qui appropinquãr pedibus eius, ac-
cipient de doctrina illius. Per ſeſsionẽ ſecus pedes eius,
humilitas intelligitur, quę debet eſſe in viris contempla-
tiuis, ad hoc vt abundent fructibus deuotionis, ſecundũ
illud

M.E.C.D. 2017

illud Psal. Qui emittit fontes in conuallibus,& c̃. Q ui enim sic sedet sicut humilis irrigatur fletibus cõpunctio nis & deuotionis,secundum illud. Ier.15. Solus sedebam quoniam amaritudine replesti me , & illud est officium verè contẽplatiuæ,vacare scilicet lachrymis compunctio nis, & deuotionis . Vnde hæc MARIA exemplum con= templationis,semper quasi describitur plorans. Supra.7. Vbi dicitur q̃ stans retro secus pedes domini,lachrymis cœpit rigare pedes eius, & cęt. Et Ioannis.11. Vbi dicitur quòd MARIA cum veniſſet vbi erat IESVS, videns eũ cecidit ad pedes eius,sequitur: Ergo vt vidit eam ploran tem,subiũgitur,Infremuit spiritu,& c̃. Et Ioã.20. MARIA stabat ad monumentũ,foris plorans,& c̃. Et primæ sunt lachrimę compunctionis. Secundæ, compassionis: Ter= tiæ, deuotionis, quas debent habere contemplatiui , se= dendo secus pedes domini.

psalm.103 Ierc.15.d. Supr.7.e. Ioan.11,d Ioan.20,e

Tertio,quantum ad exercitium operãtiuæ, subditur: (Martha autem satagebat circa frequens ministerium.) Et hoc tanquam bona actiua , declinans otium , secun= dum consilium sapientis. Eccleſiastes nono. Q uodcũq; facere potest manus tua,instãter operare: quia nec opus, nec ratio , nec sapientia , nec scientia erit apud inferos, quo tu properas. Hoc semper faciebat Martha. Vnde di= citur Ioann. duodecimo. Q uòd IESVS venit in Betha niam, & c̃. sequitur . Fecerunt aũt ei cœnam ibi, et Mar= tha ministrabat. Et nota, q̃ dicit. (Satagebat.) Id est satis agebat. (Circa frequens ministeriũ.) Vt ostendat simul in eius opere fuisse perfectionem, vt modum debitum, secũ= dum illud Beati Petri consiliũ. 2. Pet.1. Fratres magis sa= tagite, vt per bona opera certam vestram vocationem,& electionem faciatis. Opus enim ministerij̃ est illud quod maximè domino placet: & in quo maximè quis imitatur CHRISTVM, sicut dicitur. Infra.22. Ego autem in me= dio vestrum sum, sicut qui ministrat. Et iterum Matt. vi= gesimo. Filius hominis non venit ministr[illegible], sed mini= strare . Vnde tale ministerium est placer[illegible] honorabile apud deum, & remuneratione dignun[illegible]cundum illud Ioannis duodecimo. Si quis mihi min[illegible]rauerit , hono= rificabit eum pater meus, & c̃.

¶ Vita actiua. eccl's.9. c. 2.pet.1. b. Infr. 22.c. Mat.20.d Ioan.12.d

[illegible]i Q uara=

M.E.C.D. 2017-

Quarto quantum ad litigium inter vtrãq; subiungit (Quę stetit,& ait: Domine, nõ est tibi curę, q̃ soror mea reliquit me solam ministrare?) Vbi Martha laboriosa cõqueritur de MARIA otiosa; quasi quæ non posit sola pondus laboris portare, secundum quod conquestus est Moyses Domino. Numeri. 11. Non possem solus sustinere omnem hunc populum, quia grauis est mihi. Sic etiam Martha, propter oneris grauitatem quærebat auxilium MARIAE, sciens pertinere ad legem CHRISTI illud Galat. sexto. Alter alterius onera portate. Ideo securè requirebat CHRISTI iudicium, vt sororis impetraret auxilium. Propter quod addit. (Dic ergo illi, vt me adiuuet,) Cum non faciebat secundum consilium Apostoli. Galat. 5. Per charitatẽ spiritus seruite inuicem. Et Ephesior. 4. Supportantes inuicem in charitate. In hac autem contentione tacet MARIA: & rationem huiusmodi reddit Gregorius. MARIA non respondet: sed causam suam, tanquam otiosa iudici committit. Si enim pararet respondendi sermonem remitteret audiendi intentionem Contemplatiuorum nãq; non est contendere, sed potius tacere & audire, & meditari, secundum illud Threnor. 3. Sedebit solitarius, & tacebit. Vnde Iob. 4. Porrò ad me dictum est verbũ absconditũ, & quasi furtiuè suscepit auris mea venas susurrũ eius. Nihil aũt perdit MARIA tacẽdo quia dñs causam eius assumit defendendo. Vnde Bern. Vbiq; dñs pro MARIA respondet. siue cũ improperatur à Pharisæo. Supra. 7. Siue cũ arguitur à sorore, vt hic. siue cũ à discipulis increpatur, sicut dicitur. Mat. 26. Conqueritur autẽ Martha aliquando suũ officium præponendo & hoc est reprehensibile. Vnde Glos. Ex illorum personã loquitur Martha, qui adhuc diuinę contẽplationis ignari, solũ quod didicere fraternę dilectiõis opus deo placere dicunt. Ideoq; cunctos, qui CHRISTO deuoti esse volunt, huic operi mancipandos, autumãt. Aliquãdo conqueritur otiũ MARIAE prę optando. Vnde Ber. Putas in domo, in qua CHRISTVS ingreditur, vox murmuris non audiatur? addit fœlix domus & beata congregatio in qua de MARTHA Martha cõqueritur. Et ratio huius est: quia contẽplatiua per se est eligẽda sine querimonia.

Num. 11. c

Gala. 6. a.

Gala. 5. b.

Ephe. 4 a.

Gregorius

¶ Cõtemplatiuorũ nõ est cõtẽdere.

Thre. 3. d.

Iob. 4. c.

Bernard.

Supr. 7. f.

Mat. 26. a.

Glossa.

Bernard.

Martha

M.E.C.D. 2017

Martha verò.i.actiua:propter neceſsitatem ſuſcipienda. Vnde Iacob elegit Rachel,ſed ſecundũ quod neceſſe fuit prius ſuſcepit Liam,ſicut dicitur Geñ.29.Licet ergo con queri Martham,vt ſit ſicut MARIA,quia humilitatis eſt. Si aũt cõqueritur de hoc, quod non adiuuatur, hoc eſt infirmitatis.Si verò cõqueritur de hoc, quòd illam MARIA iuuare velit,& ipſa nolit,hoc eſt impietatis, quia talis conqueſtio legem impedit charitatis. Gen.29.ẽ

¶Et reſpondens,dixit illi dominus.)Poſt cõparationem rationalẽ ſubiungit euangeliſta diffinitionẽ iudicialem Circa quam introducuntur quatuor,ſcilicet humiliatio vitæ actiuę,cõmendatio cõtemplatiuę, promulgatio ſententiæ,& aſsignatio cauſę. Primo ergo quantũ ad humiliationem vitæ actiuæ dicit:

« Martha Martha,ſolicita es, & turbaris erga plurima.) Ideo nomen Marthæ ingeminat, vt eam excitet ad conſiderandum defectum proprium,& hoc cum diuini verbi attentione.Sicut de Moyſe dicitur.Exo.tertio.Quod cernens dominus,quòd pergeret ad videndum, vocauit eum de medio Rubi,& ait,Moyſes Moyſes. Et dominus volens excitare peccatores ad attentionem, iterat vocationem.Iere.22. Terra,terra,terra, audi ſermonẽ domini. Et ſic nũc excitat Marthã, oſtendens in ea eſſe triplicem defectũ.ſ.ſolicitudinis in cogitatu, tribulationis in affectu, & diuiſionis in actu. Et iſta oĩa impediunt nos, ne totaliter tendamus in deũ. Vnde nimia ſolicitudo eſt vitãda,ſecundum illud.Phil.vlti.Nihil ſoliciti ſitis: ſed in omni oratione,& c̃. petitiones veſtræ innoteſcant apud deum.Et.1.Pet.vlti.Omnẽ ſolicitudinem veſtram proĵacientes in eũ,qm̃ ipſi cura eſt de vobis. Vitãda eſt etiã turbatio.Ioan.14.Non turbetur cor veſtrũ. Creditis in deũ, & in me credite. Vnde & de CHRISTO.Iſai.24. dicitur: Non erit triſtis,neque turbulentus.Oculus em̃ turbatus nõ eſt ad videndũ idoneus. Vitãda eſt etiã diuiſio. Vnde Eccl'.11.Fili,ne in multis ſint actus tui. Et h[illegible] incõmoda habet vita actiua,non cõtemplatiua. Vn[illegible]aul.1.Cor.7 Qui cum vxore eſt, ſolicitus eſt quę ſu[illegible]mũdi,quõ placeat vxori,& diuiſus eſt.Et mulier innu[illegible]ta & virgo, cogitat quæ domini ſunt: vt ſit ſancta cor[illegible]ore, & ſpiritu.

exod.3.a. Ierc.22.g. ¶Tria actiuorũ incõmoda. ¶Solicitudo. phil 4.a. 1.Pe.5.b. ¶Turbatio. Ioan.14.a Iſaię.42.a ¶Diuiſio eccl'i.11.b 1.Cor.7.f.

M.E.C.D. 2017

Quæ autem nupta eſt,cogitat quæ ſunt mundi. Sic ergo humiliata eſt actionis importunitas, per oſtenſionẽ ſui incommodi,ſiue defectus.

Secundo vero,quantum ad commendationem vitæ contemplatiuæ,ſubdit. (Porro vnum eſt neceſſarium.) Hoc ſcilicet eſt regnum dei,quo habito nihil deeſt. Vnde Mat.6.d. de Mat.6.Quærite primum regnũ dei, & iuſtitiam eius, pſalm.26. & hęc omnia adijcientur vobis.Et in Pſalm.Vnam petij à domino hanc requiram,vt inhabitem in domo domini omnibus diebus vitæ meæ.Iſta tantum eſt vita beata, quæ eſt in dei adhærentia cui vacat contemplatiua. pſalm.72. In cuius perſona dicitur in pſal.Mihi autẽ adhærere deo bonũ eſt.Et hoc eſt illud vnũ quod eſt neceſſariũ.Quia qui adhæret domino,vnus ſpiritus eſt, ſicut dicitur, pri- 1.Cor.6.d mæ Corin.6.Hoc vnum qui habet, habẽt omne bonum Tob.10.b Vnde in figura huius,dicitur.Tob.10.Omnia ſimul in tevno habentes, te non debuimus dimittere ire à nobis. Sapi.7.b. Et Sapien.7.Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa,&c.Et ideo dixit dominus Moyſi in perſona viri contemplatiui.Exo.33.Ego oſtendam omne bonum tibi. exo.33.d.

Tertio vero quantum ad promulgationem ſententiæ, ſubditur.(MARIA optimam partem elegit,)Quia ſcilicet prælegit vnum,præponitur autem vnum multis,ſicut dicit Auguſtinus, Quia non vnũ à multis, ſed multa ab vno.Multa ſunt quæ facta ſunt:vnus qui fecit, bona valde quæ fecit,quanto melior ille,qui fecit.Imò ſimpliciter optimus. Et hæc eſt pars animæ contemplatiuę. Auguſti. Thre.3.c. Vnde Threnor.tertio. Pars mea dominus, dixit anima mea,propterea expectabo eum.Bonus eſt dominus ſperantibus in eum, animæ quærenti illum. Et in Pſalmo. pſalm.72. Quàm bonus Iſrael Deus his, qui recto ſunt corde. Valde inquam bonus & optimus. & ideo dicit anima contemplatiua, Clamaui ad te domine, dixi: Tu es ſpes mea: portio mea in terra viuentium, quam vtique portionem cu[illegible]MARIA iam contemplatiui elegerunt, ipſam conten[illegible]ndo, & deſiderando. Vnde in perſona contemplati[illegible] Deuteron.tertio,dicitur: Tranſibo & videbo terram [illegible]nc optimam trans Iordanem, & montẽ iſtum egregi[illegible]n, & Libanum. Et propter iſtius amorem pſalm.141 Deut.3.d.

nihil

M.E.C.D. 2017

nihil voluit posidere in terra,nisi solam inopiam,secun
dum illud Psal.Quia melior est dies vna in atrijs tuis su psalm.83.
per millia. Elegi abiectus esse in domo Dei mei, magis
quàm habitare in tabernaculis peccatorum: quia sicut
dicitur. Matt.13. Simile est regnum cœlorũ thesauro ab- Matt.13.f.
scondito in agro,quẽ qui inuenit homo abscondit & c.
« Quarto,quantum ad assignationẽ causę,subdit(Quę
« non auferetur ab ea.) Glossa. Non reprehenditur pars Glossa.
Marthæ:quia & ipsa bona, sed laudatur pars MARIAE
vt optima,vnde subinfertur(Quæ non auferetur ab ea)
Glossa.Ex opposito intellige, quòd à Martha auferetur Glossa.
pars, quam elegit: quia transit labor multitudinis,& re-
manet charitas vnitatis. Et hæc est causa, quare pars
MARIAE simpliciter melior, & eligibilior, quia con-
templatiua hic incipit,& in futuro permanet.Quod de-
signatur in figura Ioannis, secundum quod dicitur, Io-
annis secundo. Sic eum volo manere, donec veniam. Ioan.2.d.
Quasi dicat, inchoata contemplatio maneat perficien-
da quum venero.Et quia manentior, ideo melior, sicut
Apostolus de charitate dicit,primæ Cori.decimotertio. 1.Cor.13.c
Charitas nunquam excidit. Et ex hoc concludit, quòd
maior est charitas. Sic & de vita contemplatiua. Vnde
Beda in glossa. Amoris ignis qui hic ardere inchoat cũ Beda.
ipsum quem amat, viderit, in amore amplius ignescit.
Isai.31.Cuius ignis est in Sion,& caminus eius in Ieruса- Isaię.31.d.
lem.Vnde quantum est de se,est præeligenda,secundum
illud.2.Corint.4.Non contemplantibus nobis, quæ vi- 2.Co:4.d.
dentur,sed quæ non videntur.Quæ enim videntur,tẽpo
ralia sunt:quæ aũt nõ videntur ęterna sunt. Propter hoc
simpliciter vita contẽplatiua magis est desiderãda, tanq̃
ea quę melior,& de se præeligenda,tũ quia securior,tum
quia suauior,tum quia stabilior:non tamen despicienda
actiua,sed pro loco & tempore, ad tempus præeligenda:
tum quia anterior,tum quia pœnalior,tum quia fœcun
dior.Valet enim sibi & alijs.Et hoc bene designatum est
in duabus vxoribus Iacob.Rachel scili[illegible],& Lia,quarũ Gen.29.c
altera designat vitã actiuã, altera cõt[illegible]latiuam. Vnde
q̃ cõpellit sponsam aliquãdo ad actic[illegible] egredi,secundũ
dicitur Can 2,Sonet vox tua in auril[illegible]s meis,& c̈. Vnde Cant.2.c.

M.E.C.D. 2017

si de præeminentia fiat quæstio, simpliciter contẽplatiua est melior, secundum quod dicit Grego. Moral. libr. 5. Magna sunt actiuę merita, sed contẽplatiuę potiora. MARIA optimã partẽ elegit, quę nõ auferet ab ea. Si aũt fiat quęstio de electione, aliqñ pręeligẽda est actiua. s. viro imperfecto, qui prius debet se exercere in actionis cãpo. Vel cũ quis obligatur ad actiuę opera, ex pręcepto, siue ex officio. Et ideo aliqñ accidit dubiũ in pręelectione, secundum illud. Phil. 1. Mihi viuere CHRISTVS est: & mori, lucrũ. Quòd si viuere in carne, hic mihi fructus operis est Et quid eligã ignoro. Coarctor aũt è duobus: desideriũ habẽs dissolui, & esse cũ CHRISTO, multo magis melius, permanere aũt in carne, necessariũ propter vos. Ideo viros spirituales aliquando oportet egredi, aliquãdo ingredi, aliquando ascendere, aliquando descendere: sicut vidit Iacob angelos ascendentes & descẽdentes. Gen. 28.

Gregorius

Phili. 1. c.

Gen. 28. b

¶ Istud aũt euangeliũ cõsueuit legi in assumptione B. virginis MARIAE, siue quia finis eius MARIAE optimè cõgruit cũ dicitur: (MARIA optimã partem elegit, quæ nõ auferetur ab ea) Quãuis em̃ hoc ad literã dictũ fuerit de Maria Magdalene, verius tñ est de B. virgine MARIA. Vnde Bern. Optimam partem elegit sibi MARIA. Optimã planè bona fęcũditas coniugalis: melior aũt castitas virginalis, prorsus aũt optima fęcũda virginitas MARIAE priuilegiũ est, nõ dabitur alteri: quia nõ auferetur ab ea.

¶ Cur in assumptione virginea legat euãgeliũ. Intrauit Iesus in quoddã castellũ.

Siue etiã, quia in hoc euãgelio, describitur in duabus sororibus perfectio actiuę, & contẽplatiuæ: quarũ vtraq; fuit in virgine perfectissimè. Quod enim fuit datũ istis duabus sororibus per partes: MARIAE totũ datũ fuit, & integrè. Vnde Hieron. Cęteris datum est per partes. MARIAE autem se totam simul infudit plenitudo gratiæ.

Hieron.

Siue, quia hic agitur de duplici CHRISTI susceptione corporali. s. & spirituali. Corporali, à Martha in hospitio domus exterioris. Spũali vero à Maria in hospitio domus interioris. Et hęc duplex susceptio pfectissimè fuit in MARIA, quę ipsa susc[illegible] susc epit in thalamo corporis, aluit, nutriuit, & educa[illegible]c sedulò ministrauit. Suscepit etiam in thalamo cord[illegible]psum, vidẽdo, credendo, amãdo, imitãdo. Et ex vtroq[illegible]or beata fuit. Vñ Infra. 11. Beatus vẽter qui tę

Infr. 11. d.

M.E.C.D. 2017

qui te portauit, &c. Beati qui audiũt verbũ dei, & custodiunt illud. Vnde Augustinus. Beatior fuit Maria percipiẽdo fidẽ CHRISTI, quã concipiendo carnẽ CHRISTI. Materna enim propinquitas Mariç, nihil profuisset, nisi fœlicius mente quã carne ipsum gestasset. Augustũ.

Siue etiã quia hic tria determinãtur, sc; diuinũ hospitiũ, diuinũ ministeriũ, diuinũ cõtuberniũ. Quæ tria fuerunt perfectissimè in virgine Maria. Hospitiũ in castello, ministeriũ in Martha, & contuberniũ in Maria.

¶Rectè nãq; virgo Maria in suscipiendo CHRISTVM, fuit castellum turribus virtutũ munitũ & eleuatũ. Cuius prima turris fuit fortitudo districtionis. De qua Cant. 4. Sicut turris Dauid collum tuũ, quę ędificata est cum propugnaculis, mille clypei pendent ex ea, quia virgo Maria nullo vitio potuit superari. Secunda turris rectitudo discretionis, de qua Can. 7. Nasus tuus, sicut turris Libani, quæ respicit cõtra Damascum. Vbi intelligitur discretio boni a malo. Tertia turris fuit, multitudo deuotionis. De qua Cant. 8. Ego murꝰ: & vbera mea, sicut turris. Propter dulcedinẽ deuotionis, in qua excellebat. Vnde istæ tres turres ædificatæ fuerũt a spiritu sancto per gratiam super tres potentias animæ. Prima super irascibilem. Secunda super rationalem· & Tertia super cõcupiscibilem. Et ex his virgo fuit castrum idoneum, ad suscipiendum filium patris dilectum qui erat virtus & sapientia patris, quia virgo fortissima, prudentissima, & deuotissima. Cant. 4. a. Cant. 7. b. Cant. 8. c.

Rectè etiam in ministrãdo fuit Martha, quæ domino ministrauit fideliter, humiliter, & viriliter. Sic & Maria, cum esset dei mater, fecit se ancillam, & ministram, secundum illud Supra primo. Ecce ancilla domini, fiat mihi secundum verbum tuum. Vnde designata fuit per illam bonam mulierem, Abigail: quæ cum a Dauid peteretur in coniugium, obtulit se in ministerium. primi Regum vigesimo quinto. Ecce famula tua, sit in ancillam, vt lauet pedes seruorum domini mei. Talis fuit virgo Maria, quæ præ nimia humilitate de seipsa dicebat. Respexit humilitatẽ ancillę suę. Et hoc est quod dixit Augustinus. Mariã operis exhibitiõe & fidei, rig[illegible]sima veritate ministrã Christi fuisse, omnis qui sanctè [illegible]it, intelligit. Absq; Supr. 1. d. 1. Re. 25. g. Supr. 1. e. Augustũ.

M.E.C.D. 2017

Supr.2.a. dubio em̃ miniſtratrix ei extitit, qui hunc in vtero geſsit partuq; profuſum aluit & fouit, atq; (vt euangeliũ ait) in
Matt.2.c. pręſepio reclinauit, & à facie Herodis fugiẽs in Aegyptũ accesſit, & oẽm infantiã eius ꝑ matris affectu eſt ꝑſecuta.

Recte etiam in cohęrendo ſiue in contemplando fuit MARIA. Nam ipſa ſicut altera Maria iuxta crucẽ ſtabat
Ioan.19.e ſecundum illud Ioann.19. Stabant iuxta crucem IESV mater eius, & ſoror matris eius, MARIA Cleophe, & MARIA Magdalenæ. Ipſa nanq; virgo fuit, quæ maxime ei appropinquauit, ideo maxime verba eius ſuſcepit & aliis
Supr.2.c. reſeruauit. Nam ſupra dicitur .2. MARIA autem cõſeruabat omnia verba hæc &c̃. Vnde recte deſignata fuit per
Heb.9.a. arcam fœderis domini, de qua dicitur Hebræ .9. In qua, erat vrna aurea habens mãna, per multã deuotionẽ charitatis. & virga Aaron, per multam rectitudinem virtutis & tabulæ teſtimonij, per multam cognitionem contemplationis veritatis. Ipſa enim fuit maximè contemplati-
Bernard. ua. Vnde Bernardus. Beata MARIA, profundiſsimam diuinæ ſapientiæ (vltra quam credi valeat) penetrauit abyſſum. Vt quantum (ſine perſonali vnione) creaturę cõditio patitur, illi luci inacceſsibili videatur immerſa. Et
Beda. Beda. Quid de Deo non ſapiebat, in qua ſapientia Dei latebat, & cuius vteri corpꝰ ſibi aptabat? Et ſic patet quo modo illud euangelium, non per humanam inuentionem, ſed per diuinam inſpirationem, fuit aſſumptioni virginis appropriatum, quia ſpirituſſanctus concluſit in eo virginis commendationem, quo ad multitudinẽ prę rogatiuarum. Ad quarum conſeruationem ſubiungit in fine. (MARIA optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea.) Elegit enim optimam partem MARIA, & in gratia & in gloria. In qua clauditur virginis laus perfe-
Hierony. cta & propria. Sicut enim dicit Hieronymus. Sicut comparatione Dei bonus nemo, ſic comparatione matris domini, nulla inuenitur perfecta quantumcunque virtutibus eximia comprobetur. Et ideo inter mulieres ipſa ſola eſt opitma per omnimodã ſuperabundantiã, ratione cuius, nec prin[illegible]milem, viſa eſt nec habere ſequentem.

CA[illegible]VT VNDECIMVM.

Et factũ

M.E.C.D. 2017



T factum eſt,cum eſſet in quo dam loco.) Poſtq̃ tradidit diſcipulis formã docendi,& formam viuendi.In hac parte tr buit formã orandi ,per quam impetratur gratia cognoſcẽdi & rectè iudicandi.Habet autẽ hæc pars tres partes.In quarũ prima præmittitur orationis exemplũ.In ſecũda vero additur documẽtũ.ibi(Et illis,cũ oratis.) In tertia ſubiũgitur orationis incitamentũ.Ibi(Et ait ad illos.Quis veſtrũ.) Circa orationis exemplũ duo introducuntur.Primũ eſt ſolicitudo domini ad orandum.Secundũ eſt promptitudo diſcipulorũ ad imitandum.Primo ergo quantum ad ſolicitudinem domini in orando dicitur. ¶Diuiſio eidem ,a. Ibidem.

« Et factum eſt,dum eſſet in quodam loco orans,) quodam,id eſt,ſolitario & ſecreto:quia talia ſunt loca oratio ni apta,ſecundũ illud Mat.6. Tu aũt cum oraueris,intra in cubiculum tuũ,& clauſo oſtio ora patrẽ tuũ in abſcõdito,&c̃.Orat autẽ dominus in argumentũ verę humilitatis,iuxta quod dicitur infra.22.Factus in agonia,prolixius orabat.In adiumentũ noſtræ infirmitatis,ſecũdum illud Heb.5.Exauditus eſt pro ſua reuerẽtia.Et Roma.8. Spiritus adiuuat infirmitatẽ noſtrã . Nam quid oremus ſicut oportet,neſcimus : ſed ipſe ſpiritus, ſcilicet domini IESV poſtulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus.In exemplum perfectæ virtutis.Vnde dicitur Matt.26.Poſtq̃ orauit,ipſis diſcipulis ait.Vigilate & orate,vt nõ intretis in tentationẽ.Ob hanc etiam cauſam orationi frequenter inſtabat,vt doceret ſemper orandum,ſecũdum illud. 1.Theſſa.5.Sine intermiſsione orate. Et prolixè etiã orabat ſicut dicitur ſupra.6.Factum eſt,&c̃. Sequitur.& erat pernoctans in oratione . Et ideo fortaſſe dicitur hic, (in quodã loco)vt oſtẽdatur quod orantibus requirẽdus eſt locus ſecretus : ſed tempus tacetur vt oſtendatur quod omni tempore,indifferenter eſt orandum ſecundũ quod dicitur infra.18. Oportet ſemper orare & nõ deficere. Et Eccleſiaſtici.18.Non impediaris orare ſemper. Mat.6. a. Infr.22 .c. Heb.5 .c. Rom. 8.e Mat.26.d. 1.Theſ.5 c Supr.6.b: Infra.18.a eccl'i. 18.c

Secũdo

M.E.C.D. 2017

Secundo quantum ad promptitudinẽ diſcipulorũ in imitando ſubditur. (Vt ceſſauit, dixit vnus ex diſcipulis eius ad eum. Domine, doce nos orare.) Rectè a domino petebant diſcipuli quẽadmodũ & ipſi orare deberent, ne quando aliquid peterent cõtra eius voluntatẽ. Vnde Sa-
Supr.9.c. pien.9. Quis hominũ poterit ſcire conſiliũ dei? aut quis poterit cogitare, quid velit deus? Cogitationes eñ mortaliũ timidæ, & incertæ prouidẽtię noſtrę. Ideo doce nos
Iſaię.48.c orare, cũ ſis dñs noſter. Vnde Iſaię.48. Ego dñs deus tuus docens te vtilia. Et quòd debeat exaudiri oſtendit per ſimile, cũ addit (ſicut docuit Ioãnes diſcipulos ſuos.) Scire nanq; orare deũ, pertinet ad doctrinã pietatis, quoniã in oratione prȩcipuè colitur deus. Vnde dicebat propheta
pſalmo.5. in Pſalm. Introibo in domũ tuã. adorabo ad templũ ſanctum tuũ, &c̃. Et chryſoſto. Solã orationẽ quaſi ſpirituale
Chryſoſ. ¶Magna orationis dignitas. tributũ anima offert, de ſuis viſceribꝰ. Magna quippe dignitas orationis. Mox vt ab ore proceſsit, ſuſcipiũt eam angeli manibus ſuis, & offerũt ante deum: ſicut ait ange-
Tob.12.c lus Tobię. Ego obtuli orationẽ tuã domino &c̃. Sic ergo ſolicitè docetur. & requiritur, propter ſui excellentiam, & nõ ſolum propter hoc, ſed etiã propter efficaciã, ſecundũ
Mar.11.c. illud Marci.11. Quæcunq; orãtes petitis, credite quia ac-
Iaco.5.d. cipietis, & euenient vobis. Et Iacobi.5. Orate pro inuicẽ vt ſaluemini, multũ enim valet deprecatio iuſti aſsidua. Elias, homo erat, &c̃. Vnde per hoc innuitur nobis ora-
tio multũ amanda, quia per ipſam impetratur obtentio
Tobi.12b omnis boni: & amotio omnis mali. Vnde Tobię duodecimo. Bona eſt oratio cum ieiunio, & eleemoſyna, magis quã theſauros recondere. Quoniã eleemoſyna à morte liberat, & ipſa eſt, quæ purgat peccata, & facit inuenire miſericordiam & vitam æternam.

¶Et ait illis, cũ oratis &c̃.) Poſt orationis exemplũ, ſubiũ-
eodem.a. git oratiõis documẽtũ. In quo primo traditur forma inuocandi, ſecũdo vero, forma poſtulãdi. Ibi, (ſanctificetur
¶Forma inuocãdi Deum. nomen tuũ.) Quantũ aũt ad formã inuocandi, dicit.

Et ait illis [illegible]um oratis, dicite, Pater,) id eſt, primo in-
uocate patrẽ, [illegible]e inquã, nõ voce tantũ, ſed etiam cor-
Mar.7.b. de, ne quando [illegible]itur vobis illud Marci ſeptimo. Populus hic, labijs m[illegible]onorat, cor autẽ eorũ longe eſt à me,

Dicite

Dicite quoq; non tantũ corde, verũ etiã ore: quia vocalis oratio accepta est deo, secundũ illud Psalm. Confitebor domino nimis in ore meo. Et hoc tum quia valet ad memoriã suscitãdã, ad somnolentiã excitandã, ad desideriũ accendendũ, ad obsequiũ impendendũ, ad gaudiũ exprimendũ, & ad exemplũ demonstrandũ. Inuocamus autẽ nomine patris. Ipse em̃ est pater ratione conditionis naturæ, secundũ illud Ephe. 3. Ex quo omnis paternitas in cœlis & in terrà nominatur. Vnde Malach. 2. Nũquid nõ pater vnus omniũ nostrũ? Est etiã pater ratione collationis gratiç. Roma. 8. Accepistis spiritũ adoptionis filiorũ, in quo clamamus abba, pater. Et Gala. 4. Quoniã estis filij dei: misit deus spiritũ filij sui in corda vestra clamãtẽ abba, pater. Est etiã pater ratione cõsummationis gloriç, secundum illud Ieremiæ tertio. Patrẽ vocabis me, & post me ingredi nõ cessabis. Quoniã igitur in nomine patris intelligitur deus. vt conditor naturç, largitor gratiæ, cõsummator gloriæ, hoc ipso datur intelligi, quod ipse est, a quo solo debemus petere. Sed quoniam Matthęus orationem describit, vt enarrat eam Apostolis, quibus dominus cætera explicauit. Ideo explicitè tangit ista tria, dicens. (Pater,) ratione naturæ, (noster,) ratione gratiç, (Qui es in cœlis,) ratione gloriæ. Lucas vero exprimit orationem vt minoribus discipulis traditam. Ideo tradit formã magis implicitã, vterq; tamen concordat in inuocatione nominis patris, vt in hoc vno nomine excitetur homo, ad reuerẽtiã & cõfidentiã, sine quibus duabꝰ alis, oratio nõ habet efficiciã. Habetur aũt reuerẽtia ex nomine patris. Vnde Mala. 1. Si ergo pater ego sum. Vbi est honor meꝰ? Et Eccli. 3. Gloria hominis ex honore patris sui Habet etiã & cõfidẽtia, secũdũ illud Isa. 49. Nũquid obliuisci potest mulier infantẽ suũ, vt non misereat filio vteri sui, &c̃. Infra eodẽ. Si vos cũ sitis mali, nostis bona data dare filijs vestris. Et Bed. Oratio, q̃ paterno dulcescit noĩe oĩm petitionũ mearũ impetrãdarũ mihi fiduciã prçstat.

psalm. 108

¶ Ad quid profit vocalis oratio.

¶ Deus pater noster est.

ephe. 3. c.
Mala. 2. b.
Rom. 8. c
Gala. 4. a

Iere. 3. e.

Mat. 6. b.

Mala. 1. b
eccli. 3. b.
Isaiç. 49. d

Inf. eo. b.
Beda.

¶ Sanctificetur nomen tuum,) Post inuocationẽ adiungit petitionem. Petit autem tria prin[illegible]iter in hac oratione. Et in hoc cõcordant Matthęus [illegible] Lucas, sed differunt in explicatione, quia proprer c[illegible]am prçasignatã

Mat. 6. b.

Matthęus

M.E.C.D. 2017

Matthæus aſsignat petitiones magis explicitas. Vnde Matthæus ponit ſeptem. Lucas quinq;, ſed in his quinq; ſeptem illę ſunt implicitæ. Harum autem diſtinctio, ordo, & ſufficientia, patet ſic. A deo em̃ patre tria ſunt poſtulanda. Primũ & principale eſt, conſummatio gloriæ. Secundum eſt conſummatio gratiæ. Tertium eſt condonatio veniæ. Et iſta tria ordinata ſunt ſecũdum gradum & ordinem maioris dignitatis. Ad cõſummationem autem gloriæ duo concurrunt, ſcilicet perfecta notitia, & perfecta reuerentia. Et ſecundum hęc ſunt duę primę petiones. Ad conſummationẽ autem gratiæ, ſufficit continua ſubuentio cœleſtis alimonię. Et hoc petitur in tertia petitione. Ad condonationẽ veniæ duo concurrunt, ſcilicet remiſsio culpæ, & remotio pœnæ. Et hæc petũtur in duabus vltimis petitionibus. Sed quoniã perfectio reuerentiæ, non tantũ attenditur in affectu, ſed etiam in effectu. Ideo iam duabus primis petitionibus, Matthęus adiungit tertiam, ſcilicet, Fiat voluntas tua. Rurſus, quia remotio pœnæ attenditur, nõ ſolum quantum ad remotionem tentationũ, ſed etiam quantũ ad remotionẽ afflictionũ & tribulationũ, ideo duabus vltimis petitionibus Matthæus adiungit ſeptimã. Sed libera nos a malo. Et ſic patet ſufficentia petitionũ ſecũdum vtrunq; euangeliſtam. Patet etiam huius orationis nobilitas. Quanq; enim ſit breuiſsima, continet tamen in ſe orationem omnem, & omnia poſtulanda. Quoniam Petens aut petit amotionẽ mali, aut collationẽ boni, Si mali, aut malī culpæ, aut mali pœnæ, aut mali quod patimur, aut malī quod agimus. Et ſic ſunt duæ petiones. Sed malum pœnæ poteſt ſubdiuidi: quia quoddam eſt occaſio culpę: & ſic eſt tentatio: quoddam tenet rationem pœnæ: & ſic eſt tribulatio. Et ſic ex illa petitione eliciuntur duæ vltimæ. Si autem petimus bonum aut æternũ aut temporale. Sī æternum, aut ex parte intellectus, aut ex parte affectus, & ſic duæ petitiones. Sed affectus habet ordinari reſpectu maieſtatis, & reſpectu bonitatis. Et ſic illa petitio, primà diuiſione g[illegible]atur, ſed ſubdiuiſione triplicatur. Si vero petitur bon[illegible] temporale, aut ratione mentis, aut ratione corporis [illegible]d quia corporale bonum non debet deſiderarī

¶Euãgeli ſtarũ con cordia.

M.E.C.D. 2017

desiderari,nisi propter spirituale. Ideo tam secũdum Lucam,quam secundum Matthęum,vna fit petitio de vtroque. Et sic patet sufficiẽtia diuisionum, per membra oppositа,& immediata : & patet concordia inter euangelistas, & patet diuersitatis congruitas.

¶Sunt igitur quinq; petitiones secundum Lucam ordinatę,secundũ maiorem nobilitatẽ,& minorem.In prima petitur perfecta notitia,siue sapientia in intellectu.In secunda,perfecta reuerẽtia in affectu.In tertia,sufficientia in victu.In quarta,indulgẽtia in reatu.In quinta, victoria in conflictu . Et in his quinq; implicantur septem petitiones,ac per hoc septem virtutes,septem dona,septem beatitudines,& omnes petitiones. Vnde Glossa dicit super illud Matthęi.6.Libera nos a malo.Nihil deest,quod in his septẽ petitionibus nõ contineatur,siue ad præsentem,siue ad futurã pertineat vitã. Primo igitur quãtum ad notitiam siue sapientiã in intellectu,dicit.

¶Quinq; sunt petitiones secundum Lucam.

Glossa.

Matt.6.b

« Sanctificetur nomẽ tuum) sanctum appareat nomen tuum,hoc est tua notitia.Vnde in Psal. Notus in Iudæa deus,in Israel magnũ nomen eius. Et hęc notitia incipit in gratia,sed cõsummatur in gloria.De quo Malachię .1. Ab ortu solis ortu vsq; ad occasum,magnum est nomen meum in gentibus, in omni loco sacrificatur,& offertur nomini meo oblatio munda. Hoc autẽ verificabitur in gloria.Quoniam secundũ illud Ieremię.31.Non docebit vltra vir proximũ suũ,& vir fratrẽ suum,dicens. Cognoscite dominum, omnes enim cognoscent me, a minimo eorum vsq; ad maximũ, ait dominus. Et nota, quod triplici notitia sanctificatur nomen dei in nobis, cum in se semper sit sanctũ, Prima est notitia qua cognoscitur per fidem,secundũ illud Hebrę.11. Credere oportet accedentem ad deum quia est.Secũda,qua cognoscitur,quid nõ est,de qua Augustinus. Multũ cõprehendis,si cõprehendis quid non sit deus. Tertia est,qua cognoscit sicuti est, de qua.1.Corin.13.Nunc cognosco ex parte, tũc autẽ cognoscam sicut & cognitus sum. Prima notitia liberat ab insipiẽtia,de qua in Psal,Dixit insipiens in corde suo,non est deus. Secũda ab idololatria, qua colitur quod nõ est deus,de qua.1.Corin.8. De escis,quę idolis immolantur.

psalm.75.

Mala.1.c.

Iere.31.f.

¶Triplici notitia sanctificatur nomẽ dei in nobis.

Heb.11.b.

Augusti .

1.Cor.13.d

psalm. 13.

scimus

ſcimus quia nihil eſt idolum in mundo, & quòd nullus Deus niſi vnus. Nam & ſi ſint qui dicantur dij, ſiue in cœlo, ſiue in terra (ſiquidem ſunt dij multi & domini multi) nobis tamen vnus Deus pater, ex quo omnia &c. Tertia liberat ab omni miſeria. Et hoc erit in patria, quando cõplebitur donum ſapienriæ & pacis, per quam vocamur filij dei. Et tunc nomen Dei, ſanctum erit in nobis. Vnde
1.Ioã.3.a. 1. Ioan. 3. Chariſsimi, nunc filij Dei ſumus, & nondum apparuit quid erimus. Scimus, quoniam cum apparuerit, ſimiles ei erimus, quoniã videbimus eum ſicuti eſt. Perfecta igitur Dei notitia facit nos ſimiles, & perfecta ſimilitudo filios, & perfecta filiatio, facit ſanctificatione diui
Chryſoſt. ni nominis dignos. Vnde Chryſoſtomus: Sanctificatur in nobis nomen Dei, quoniam ſcientes eum ſanctum timemus, & ſolicitè vigilamus. ne forte violemus ſanctitatem nominis eius in nobis. Hoc autem erit, quando totaliter ei vacabimus, & per nullam diſtractionem inficientur mentes noſtræ, quod erit in gloria, ſecũdum illud
pſalm.137. Pſalm. In cõſpectu angelorum pſallam tibi: adorabo ad templum ſanctum tuũ, & confitebor nomini tuo. Super miſericordia tua & veritate tua, quoniam magnificaſti ſuper omne nomen, ſanctum tuum.

Secundo quantum ad perfectam reuerentiam in affectu, ſubdit. (Adueniat regnum tuum.) Tunc enim Deus perfectè regnat in nobis, quando nos ſumus omnino ei
1.Cor.15.d ſubiecti, quod erit in fine, ſecundum illud. 1. Corinthi. 15. Deinde finis: cum tradiderit regnum Deo & patri, &cç. Subiũgitur: Oportet autem illum regnare, donec ponat omnes inimicos ſub pedibus eius. Et poſt: Cum autem ſubiecta fuerint illi omnia, tũc & ipſe filius ſubiectus erit ei, qui ſubiecit ſibi omnia, vt ſit deus omnia in omnibus Hoc aũt regnum, quo Deus regnat in ſanctis, facit etiam ipſos ſanctos regnare, & eſſe reges, ſecundum illud Apo-
Apo.5.c. cal. 5. Redemiſti nos Deo in ſanguine tuo, ex omni tribu & lingua & populo & natione, & feciſti nos Deo noſtro regnum. & faciemus. & regnabimus ſuper terram. Hoc eſt regnum petendum & deſiderandum. De quo in pſal
pſalm.144 miſta. Regnum tuum, regnum omnium ſeculorum. Et
Apo.11.c. Apocalypſis vnde ſupra, Factæ ſunt voces magnę in cœlo dicentes

M.E.C.D. 2017

dicentes: Factum est regnum huius mundi domini nostri & CHRISTI eius, & regnabunt in secula seculorũ: Amen. Per huius regni aduentum, non accrescit Deo potentia, sed in hominibus perfecta obedientia. Et ideo addit Matthęus post hanc petitionem. fiat voluntas tua, sicut in cœlo & in terra. Terreni enim nõ perfectè obediũt Deo. vt cœlestes. Et hoc insinuabat dominus Ioann. 18. Regnũ meũ nõ est de hoc mũdo. Et hoc, quia diabolus regnat in illis, q obediũt ei. Secũdũ illud ephe. 6. Aduersõ mũdi rectores tenebrarũ harũ. Sed in finali iudicio tollet eius potestas, quãdo subditus erit omnis mũdus deo. secundum illud Danie. 7. Dedit ei potestatem. & honorẽ & regnũ, & omnes populi, tribus & linguæ ipsi seruient. Ioan. 18. f. ephe. 6. b. Dani. 7. d

Tertio verò. quantum ad sufficientiam in victu, subdit. (Panem nostrum quotidianum da nobis hodie) Vbi petitur principaliter, panis alimoniæ spiritualis. Vnde Matthæus dicit: Panem nostrum supersubstantialem da nobis hodie. Sed quia non tantũ hoc petitur, sed & omne, quod necesse est præsenti vitæ. Ideo cum ecclesia frequẽtet orationẽ dominicã, secundũ Matthęũ. Non dicit supersubstantialem, vt ipse habet, sed addit, quotidianũ, quãadmodũ Lucas habet. Vt ostẽdat se petere, quicquid est necessarium alimoniæ huius vitæ quæ per hodie intelligitur. Vnde quemadmodũ Hieronymus dicit. Siue dicatur, quotidianũ, siue supersubstãtialem, vtrunq; consonat hebraicæ veritati. In hebraica enim lingua vnum vocabulum, id est, socholla, comprehendit vtrunq; intellectum. Sic & apud nos, quotidianũ vtrũq; panem comprehendit, scilicet spiritualem & corporalem, quia vterq; est nobis quotidie necessarius, & quotidie à domino percipẽdus, & ideo quotidie postulãdus. Et hoc est quod dicit Beda in glossa. Panis verò (inquit) quotidianus ideo dictus est, qa hic est necessarius quãtus animę carniq; tribuẽdus est, siue spiritaliter siue corporaliter, siue vtroquę intelligat modo. Et nota q̃ multiplex panis hic petit. Primus est alimẽtũ pręsentis vitę, de quo [illegible],29. Initiũ vitę hoĩs, aqua & panis & vestimẽtũ. Scds [illegible]ntelligẽtia sacrę scripturę, de quo Thre. 4. Paruuli petie[illegible]t panẽ & nõ erat qui frãgeret eis. Tertius panis est sacr[illegible]ẽtũ eucharistię. Mat. 6. b. ¶Panis. eccli. 29. d Thre. 4. a

de quo

Sapi.16.c. de quo Sapi .16. Paratum panem de cœlo præstitisti illis
sine labore,omne delectamentum in se habentem,& om
Ioan.6.f. nis saporis suauitatem. Et Ioan.6.Panis quẽ ego dabo,
caro mea est pro mundi vita. Quartus, est adiutorium
psalm.77. gratiæ.de quo in Psalmista. Panem angelorum mandu-
psalm.103 cauit homo:Et idem.Panis cor hominis confirmans. Et
Infr,14.d. infra.14. Beatus, qui manducabit panem in regno Dei.
Ioan.4. d Quintus est, obsequium obedientiæ, de quo Ioann.4.
Meus cibus est,vt faciam voluntatem eius qui misit me.
3.Re.19,a Et.3.Reg:19.Elias respexit,& ecce ad caput suum subcine
ritius panis. Sequitur. Ambulauit in fortitudine cibi il-
lius quadraginta diebus &quadraginta noctibus vsque
ad montem dei Horeb.His panibus reficit nos dominus
Ioan.6.b quod designatum fuit Ioan.6.Vbi dicitur quòd de quin
que panibus,satiauit quinque millia hominum.Et ideo
Ibidẽ .d. quilibet istorum semper est petẽdus,secundũ illud ibidẽ:
Domine, semper da nobis panem hunc.

Quarto quantum ad indulgentiam in reatu,subdit
(Et dimitte nobis peccata nostra.)Et hoc quo ad reatum »
Matt.9,b obligationis. Vnde Matthæi sexto dicitur. Debita no-
stra. Peccata enim faciunt nos debitores eorum quæ nõ
psalm.36. possumus soluere.Vnde in Psalm. Mutuatur peccator &
non soluet & cæt.Hæc sunt debita,quibus obligata erat
4.Re.4.a mulier de vxoribus prophetarum.4.Reg.4.quæ non po
terat soluere,quousque Eliseus multiplicauit oleum.Per
oleum enim misericordiæ CHRISTI, peccata nostra
soluuntur & dimittuntur.Sed quia iudicium sine miseri
cordia fiet illi, qui non facit misericordiam, secundum
Iaco.2.b. quod dicitur Iaco.2.ideo subdit conditionem. (Siquidẽ »
& dimittimus omni debenti nobis.)Hæc quidem condi »
tio necessaria est ad impetrandum peccatorum veniam.
eccl'.28.a. Vnde eccl'i.28.Relinque proximo nocenti tibi,& tũc de-
precanti tibi peccata soluẽtur.Homo homini seruat irã,
& à Deo quærit medelam? Quasi dicat, frustra quærit.
Matt.6.b Vnde Matt:6. Si dimiseritis hominibus peccata eorum,
dimittet & vo[illegible]ter vester cœlestis delicta vestra:si au
tem non dimise[illegible] hominibus, nec pater vester dimit-
Matt.18.d tet vobis peccat[illegible]estra. Vnde & Matt.18.proponit para
bolam de seruo [illegible]quam.In cuius fine subiungit. Sic pa
ter me us

M.E.C.D. 2017

ter meus cœlestis faciet vobis, si nõ remiseritis vnusquisq; fratri suo de cordibus vestris. Et hoc rectè, quia qui refugit legẽ clæmentię, cadit in legẽ iustitiæ, de quo supra. 6. Supr. 6. e. Dimittite, & dimittemini. Et postea. Eadẽ quippe mẽsura qua mensi fueritis, remetietur vobis. Et hãc cõditionẽ apposuit hic dñs, vt ostendat illud esse verũ quod dicitur Iudith. 9. Nec superbi ab initio placuerũt tibi. Sed humiliũ & mansuetorũ, semper tibi placuit deprecatio. Vnde Isa. 1. Cũ multiplicaueritis orationẽ nõ exaudiã, manus vestrę sanguine plenę sunt, Vnde Chrysost. Si is qui Ięsus est, frustra orat nisi indulserit: quomodo putas orat is q Ięsus nõ est, si ipse per iniustitiã alios Iędit & grauat? Qui autẽ nõ sic orat vt Christus docuit, nõ est discipulus, nec pater exaudit orationẽ, quã filius nõ docuit. Cognoscit enim pater filij sui sensum, & verba nõ suscipit, q̃ vsurpatio humana excogitauit, sed quæ sapiẽtia Christi posuit. Iudit. 9. d. Isaię. 1. d. Chrysos.

Quinto vero, quantũ ad victoriã in conflictu, subiungit. (Et ne nos inducas in tentationẽ,) id est, nõ permittas induci, id est superari. Quia sicut dicitur Iaco. 1. Deus intẽtator malorũ est. Sequitur. Vnusquisq; vero tentatur à concupiscẽtia suà abstractus & illectus. Et nota, quod nõ petit nõ tentari: quia tẽtatio hominẽ probat, secũdũ illud Psalm. Proba me dñe & tenta me, vre renes meos & cor meũ. Et Eccli. 34. Qui nõ est tentatus, quid scit? Sed petit a tẽtatione nõ superari nec vinci sed vincere & triũphare. Hoc quippe petendũ est, ppter diuini auxilij fidelitatẽ. De qua. 1. Corin. 10. Fidelis aũt deus est, qui nõ patitur vos tẽtari supra id quod potestis, sed faciet etiã cũ tentatione prouentũ, vt possitis sustinere. Petendũ est etiam propter cognoscendã nostrã infirmitatẽ, secũdum illud 2. Paral. 20. In nobis quidẽ nõ est tanta fortitudo, vt possimus huic multitudini resistere, quę irruit super nos. Sed cũ ignoremus quid agere debeamus, hoc solũ habemus residui, vt oculos nostros dirigamus ad te. Vnde Chrysosto. Cognoscãt se esse infirmos, & cognitio infirmitatis, gloriationis causam extinguet, quia secũdũ illud dicit. 1. Macha. 3. Non in multitudine exercitus victoria belli, sed de cœlo fortitudo est. Quoniã ergo tribulatio tentatio est, secũdũ illud Iaco. 1. Beatus vir qui suffert tentationẽ, &c̃. ¶ Tẽtatio vtilis. psalm. 25. Eccli. 34. a 1. Cor. 10. c 2. par. 20. c Chrysos. 1. Mac. 3. c Iaco. 1. b.

M.E.C.D. 2017

Ideo qui eripitur ab omni malo tentationis, eripitur per cõſequẽs a malo tribulatiõis. Et ideo nõ oportebit vltra hic addi. Libera nos a malo, quaſi petitio oñino diuerſa: ſed explicari quaſi in hac incluſa. Et hoc eſt qđ dicit Bed.

Beda. in glo. Sciat vnuſquiſq; in eo ſe liberari à malo qđ nõ inferẽt in tentationẽ. Finit ergo Lucas orationẽ in tẽtatiõe, in qua dubiũ eſt de ſtatu vel lapſu. Et ideo nõ addit, Amẽ

Matt.6.b quod eſt indiciũ certitudinis oratiõis exaudite. Matthęus vero orationẽ terminat in liberatiõe ab oñi malo pœnę

1.Cor.15d ac per hoc a morte. De qua.1.Corin.15. Nouiſsimè autem inimica deſtruetur mors. Et poſtea eſt certitudo ſalutis. Ideo finit dicẽdo, Amen, ad indiciũ certitudinis, pro illo tẽpore. Sed quia, q̃diu hic ſumus, ad hãc certitudinẽ non puenimus, ideo tacitè dicitur, & ſubmiſſe à ſacerdote &c̃. cũ cętera in miſſa dicãtur eleuata voce. Sunt & aliæ congruentiæ rationes: ſed hęc ſufficiat pro præſenti.

¶Et ait ad illos, Quis veſtrũ &c̃.) Poſt exẽplũ & documẽtũ, ſubiũgit hic tertio orãdi incitamẽtũ, per quod inuitamur ad orãdũ frequẽter & fiducialiter. Et habet hęc pars duas. In prima proponit incitamẽtũ ad oratiõis frequẽtiã. In ſecũda vero ad orãdi fiduciã. Ibi. (Quis aũt ex vobis patrẽ petit, &c̃.) Iſta em̃ duo ſunt q̃ maximè oratiõis fructũ euacuãt, ſc; negligẽtia, & diffidẽtia. Circa icitamẽtũ frequẽtię duo inſinuãtur. Primũ eſt ſimilitudo incitatiua. Secũdũ eſt eruditio informatiua. Ibi. (Et ego dico vobis: Petite, & dabit vobis,) Quãtũ aũt ad ſimilitudinẽ incitatiuã ad oratiõis frequentiã, introducũtur tria. Primũ eſt opportunitas poſtulãs. Secundũ eſt difficultas recuſans. Tertiũ eſt, importunitas impetrans, vt ex hoc oſtẽdatur, quãtę efficacię ſit oratio importuna & cõtinua. Primo igitur quãtũ ad opportunitatẽ poſtulantẽ, dicit.

¶Diuiſio

Quis veſtrum habebit amicum.) Hic legitur interrogatiue, ſed gloſ. vult quod legat remiſsiue. Quis, hoc eſt,

Gloſſa. aliquis, & ſi quis. Hoc tamẽ dicit vt oſtendatur veri amici prætiũ, ſecundũ illud Eccli.6, Amico fideli nulla eſt cõ-

Eccli.6.b paratio, & [illegible] digna ponderatio auri & argẽti contra

Ibidem. bonitatẽ fide[illegible]us. Et iterũ, Amicus fidelis, medicamentum vitę, & im[illegible]ortalitatis: & qui metuũt dñm, ſnueniẽt illũ. Ad iſtũ er[illegible] ſiducialiter recurritur. Et ideo additur,

(& ibit ad

M.E.C.D. 2017

(& ibit ad illũ media nocte,) quia ſicut dicitur Prouer.17. Omni tẽpore dilgit qui amicus eſt, & frater in anguſtijs cõprobatur. Et tali fiducialiter neceſsitas exponitur. Propter quod additur (& dicet illi, Amice, cõmoda mihi tres panes.) Et hoc lege pietatis & charitatis cõmunis, de qua dicit Iſa.58. Frãge eſuriẽti panẽ tuũ &c. Et Eccl'es.11. Mitte panẽ tuũ ſuper tranſeuntes aquas. Lege etiã fidelitatis & amicitiæ ſpecialis. Propter quod addit, (qm̃ amicus meus venit de via ad me, & nõ habeo quod ponã ante illũ.) Et ita fideliter amicitiæ teneor illi ac per hoc & tu mihi. Vnde Eccl'i.22. Fidẽ poſside cũ amico in paupertate illius, vt in bonis illius læteris. In tẽpore tribulationis illius permane illi fidelis, vt in hæreditate illius cohæres ſis. prou.17.c Iſaiæ.58.b eccl's.11.a eccl'i.22.d

Secũdo quãtũ ad difficultatẽ recuſantẽ, ſubdit, (& ille deintus reſpõdẽs dicat, Noli mihi moleſtus eſſe) inquietãdo ſc; quieſcentẽ, & a ſomno excitãdo, ſicut dixit Abner Dauid. 1 Reg.26. Quis es tu qui clamas & inquietas regẽ? Et q̃ magna ſit moleſtia, oſtendit ex difficultate adiũcta (Iam oſtiũ clauſũ eſt, & pueri mei mecũ ſunt in cubili,) id eſt pueri qui tenero amore debẽt amari. Vnde Iſa.8. Ecce, ego & pueri mei, quos dedit mihi dñs, id eſt, filij quorũ amor nõ poteſt negligi, ſecũdũ illud Iſai.49. Nũquid obliuiſci poteſt mulier infantẽ ſuũ, vt nõ miſereatur filio vteri ſui? Ideo ſubdit, (nõ poſſum ſurgere & dare tibi.) Et hoc nõ tollit õnino poteſtatẽ, ſed ponit difficultatẽ, quaſi dicat illud quod dixit Elias Eliſeo. 4. Reg.2. Rem difficilẽ poſtulaſtu, &c. Et propterea dicit, nõ poſſum, id eſt, nõ cõmode, nec facilé poſſum, ſicut rex Iſrael reſpõdit regi Syriæ. 3. Regũ.20. Omnia propter quę miſiſti ſeruũ tuũ in initio, faciã. hanc autẽ rem facere non poſſum. Iſaiæ.8.d. Iſaiæ.49 d 4.Re.2.b. 3.Re.20 b

Tertio quantũ ad importunitatẽ impetrantẽ, ſubdit. (Et ſi ille pſeuerauerit pulſans) precibus nõ pudore victus, nec tędio fatigatus, nec deſperatiõe fractus, ranq̃ verus amicus, ſecundũ illud Eccl'i.22. Ad amicũ ſi pduxeris gladiũ, nõ deſperes eſt enim regreſſus ad amicũ. Si aperuerit os triſte, nõ timeas, &c. Et quia labor improbus vincit, ideo ſubdit. (Dico vobis, & ſi nõ dabit illi ſurgens eo quod amicus eius ſit,) id eſt, motus veritate dilectionis, quæ interdum torpeſcit in amicis. Propter quod dicitur. 1. Ioan.3. eccl'i.32.c, 1.Ioan.3.c

M.E.C.D. 2017

Filioli mei,nõ diligamus verbo,neq; lingua,ſed opere & veritate.Si ergo non vincitur,abũdantia charitatis,vincitur tamẽ inſtãtia importunitatis. Propter quod addit, (Propter importunitatẽ tamen eiꝰ ſurget,& dabit illi q̃t= quot habet neceſſarios.) Huius exemplũ proponitur in= fra.18. de iudice & vidua quæ illum infeſtabat. Vnde ibi dicitur,q; iudex noluit eam audire per multum tempus. Poſt hæc autẽ dixit intra ſe.Et ſi deũ non timeo,nec hominẽ reuereor: tamen quia moleſta eſt mihi hæc vidua, vindicabo illam, ne in nouiſsimo veniẽs ſugillet me. Et huius etiã exemplũ habetur Iudi.14. de Samſone & eius vxore.A quo cũ peteret quod prius nolebat indicare,ſubditur,quod ſeptẽ diebus conuiuij flebat ante eũ,tandẽq; die ſeptimo,cum ei eſſet moleſta,expoſuit.

Infr.18.a.

Iudic.14d

¶Spiritualiter. ¶Secũdum ſpiritualem intellectũ,per amicũ iſtum intelligitur CHRISTVS,de quo Eccl'i.6.Amicus fidelis,protectio fortis.Qui aũt inuenit illum,inuenit theſaurũ.de quo Ioan.15.Iam non dicã vos ſeruos,&c̃. Sequitur. Vos autẽ dixi amicos &c̃.Et iterũ.Vos amici mei eſtis,&c̃.Ad iſtum amicũ eundũ eſt nocte,ſc; nocturno ſilentio,ſicut Nicodemus venit,de quo Ioan.3. dicitur,quod venit ad IESVM nocte,quia in ſecreto noctis ſilentio eſt per orationẽ pulſandus,ſecundũ illud Iſaiç.26.Anima mea deſiderauit te in nocte.Et Thren.2.Cõſurge,lauda in nocte, in principio vigiliarũ: effunde ſicut aquã cor tuũ &c̃.Vel in nocte,id eſt,in tribulatione,ſecundũ illud Oſeæ.6. In tribulatione ſuà mane cõſurgent ad me.Et in Pſal.Inuoca me in die tribulationis:eruam te,&c̃.Amicus autẽ qui venit de via, animus noſter eſt, ſecundũ quod dicitur in gloſſa. Qui quotiẽs ad temporalia petenda vagatur,totiẽs a nobis recedit. Hũc amicũ euagari facit delectatio, ſed reducit tribulatio,ſecundũ quod dicitur de filio prodigo,infra.15. Qui propter luxuriã receſsit, ſed propter inediã rediit.Vnde Oſeæ.2. Ego ſepiã viam tuã ſpinis,& ſepiã eam maceriã.Et poſt ſubditur.Et dicet, Vadã, & reuertar ad virũ [illegible] priorem:quia bene mihi erat tũc magis, quã nũc. Iſt[illegible]uertitur quãdo ad interiora recurrit, ſecundũ illud Iſ[illegible].46. Redite prẽuaricatores ad cor,Sed inuenit ipſum v[illegible]ũ a ſolatio ſpiritualiũ refectionũ.Vnde de pec=

Ioan.3.a.

Iſaiç.26 b

Thre.2.f.

Oſeç.6.b.

pſalm.49.

Gloſſa.

Inf.15.c.d

Oſeç.2.b.

Iſai.46.c.

M.E.C.D. 2017

de de peccatoribus dicitur Thren. 2. Matribus suis dixe- Thre.2.d.
runt. Vbi est triticũ & vinũ? cum deficerẽt quasi vulnerati
in plateis ciuitatis: cũ exhalarẽt animas suas in sinu ma
trum suarũ. Et Defecit gaudiũ cordis nostri. Subiũgitur. Ibidẽ.5.c.
Væ nobis quia peccauimus. Pro hoc igitur amico fame-
lico petendi sunt à vero amico tres panes, id est, secundũ
quod dicit Beda & Augustinus, intelligẽtia trinitatis, si- Augusti.
ue trium personarũ nomina, vt in solius dei cognitione Beda.
inueniat refectionẽ. Vnde Exo. 24. Viderunt; deũ, & co- Exo.24.c.
mederũt & biberunt. Et Eccli. 15. Cibabit eũ pane vitæ, & Eccli.15.a
intellectus, & aqua sapiẽtię salutaris potabit illũ. Vel tres
panes sunt fides, spes, charitas: quib9 reficitur triplex vir-
tus in anima, de quibus infra. 15. Quanti mercenarij in Infr.15.d.
domo patris mei abundãt panibus, &c̃. de his. 1. Regum 1.Re.10.a
10. Cum veneris ad quercũ Thabor, inuenient te ibi tres
viri ascendẽtes ad deum in Bethel, Vnus portans tres hę-
dos, & alius tres tortas panis, alius portans lagenã vini,
vt in his intelligatur vnitas gratiæ, & trinitas virtutum,
per quas reformatur imago dei in anima. Sed hæc peti-
tio nõ statim exauditur a CHRISTO: sed oportet eum
multa instantia requirere: quia ad tam magna dona est
anima peccatrix minus idonea. Vnde Matth. 15. Non est Mat.15.c.
bonũ sumere panẽ filiorũ, & mittere canibus, Verum &
si iam filius est, adhuc oportet cum magna instantia re-
quirere, ne panis ille vilescat, cũ semper oporteat ipsum
esurire, secundum illud Ecclesiastici. 24. Qui edunt me, Eccli.24.c
adhuc esuriẽt. Siue vt petẽdo magis mereamur, & dispo
namur. Vnde Augustinus ad Probam de orando deo. Augusti.
Exerceri vult in orationibus desideriũ nostrũ: quo possu
mus capere illud, quod præparat dare.

¶Et ego dico vobis.) Post similitudinẽ incitatiuã, subdit
eruditionẽ informatiuã ad orationis frequentiã, quã eli-
cit ex similitudine præhabita. Vbi primo hortatur spiri-
tualiter discipulos. Secũdo vero generaliter omnes. Ideo
quantũ ad exhortationẽ respectu discipulorũ, dicit.

« Et ego dico vobis) qui sc; nõ mẽtior[illegible] Nume.23. Nõ Num.23.c
est deus quasi homo vt mẽtiatur: nec vt [illegible]s hominis, vt
mutetur: dixit ergo, & nõ faciet? Vnde g[illegible]t. dicit. Magnã Glossa.
spem tribuit, qui promittẽdo nõ decipi[illegible] Monet ergo ad
Kl[illegible] orationis

M.E.C.D. 2017

orationis instantiã & frequentiã,cũ dicit.(Petite,& dabi» tur vobis:quærite & inuenietis.pulsate,& aperiet vobis.) »
Matt.7.a. Simile habetur Mat.7.Super quo loco dicit Augustinus.
Augusti. Operosé quidẽ, quid ista tria inter se differãt,distinguen dum putaui, sed longè melius ad instantissimã petionẽ omnia referũtur.Hoc quippe ostẽdit,vbi eodẽ verbo cũ»
Inf.eo.b. sta concluſit,dicens.(Quãto magis pater vester cœlestis » dabit spiritũ bonũ petentibus se:)Vnde vult dominus di »
1.Thes.5. cere illud quod simpliciter dicitur.1.Thessa.5.Sine inter» Col.34.a. missione orate.Et Colos.4.Orationi instate. Possunt ta» men ista distingui,vt petere respiciat actũ oris.Quærere, actũ cordis. Pulsare,actũ operis. Petite ergo ore,& dabi»
Isaię.62,c. tur vobis.Isa.62.Qui reminiscimini dñi ne teceatis,& ne detis silentiũ ei donec stabiliat,& ponat Ierusalem laudẽ
Isai.30.d. in terrà.Et Isa.30.Ad vocẽ clamoris tui statim vt exaudie
Idẽ.65.d. rit, respondebit tibi. Et dabit vobis dñs panẽ,&c. Et.65. Eritq; anteq̃ clament,ego exaudiã :adhuc illis loquenti»
Iere.29.c. bus.Quærite etiã corde,& inuenietis:.Vnde Iere.29.Quę rite me,& inuenietis: cũ quæsieritis me in toto corde ve»
Sapi.1.a. stro .Et Sapiẽ.1.In simplicitate cordis quęrite illũ:quoniã inuenitur ab his, qui nõ tentant illum.Pulsate in opere.
psalm.113. Qui eñ pulsat,manu tangit & excitat.Vnde in Psal.In
psalm.76. noctib9 extollite manus vestras in sancta.Et iterũ.In die tribulationis meę deũ exquisiui,manibus meis nocte cõ tra eum,& nõ sum deceptus.Aliter etiã possunt distinguĩ ratione petiti,petite sc; veniã : quærite gratiã,pulsate ad
Zach.10.a gloriã,secũdñ illud Zach.10.Petite a dño pluuiã in tem» pore serotino,& dñs faciet niues,& pluuiã imbris, & da» bit eis singulis herbã in agro. Niues dabit ad extinguen das malas herbas p veniã. Et pluuiã imbris dabit ad fœ» cundandã terrã per gratiã. Et dabit eis singulis herbã in agro,decorãdo sc; & vestiendo per gloriã.Aliter ex parte petẽtiũ,petite,incipiẽtes,quorũ est accipere,Quęrite,pro ficiẽtes,quorũ est inuenire:pulsate pfecti,quorũ est intra»
phil.4.a. re.Vnde incipiẽtibus dicit Philip.4. Petitiones vestrę in»
psalm.104 notescãt apu[illegible]ũ. Proficiẽtib9 dicit illud Psal.Quęrite dñm,& cõfirm[illegible]ini·quęrite faciẽ eius semp.Perfectis di»
Isaię.26.a. cit Isa.26.Aper[illegible] portas,& ingredietur gẽs iusta.Vel penes
Augusti. modos pueni[illegible] ad sapiẽtiã,sicut distinguit Augusti.Ad sapientiã

M.E.C.D. 2017

ſapientiã em̃ nõ venitur, niſi quemadmodũ dñs docet, petẽdo, quęrẽdo, pulſando .i. orãdo, legẽdo, plangendo. Petitur ergo orãdo Iac. 1. Si quis veſtrũ indiget ſapiẽtia, poſtulet à deo ſubdit: Et dabit ei. Quęrite legẽdo in lib. ſcripturę, & creaturę. Cã. 3. Per vicos & plateas quęrã quẽ diligit aĩa mea. Pulſate plangẽdo, ſicut Ioãn. Apoc. 5. vbi dicit: Ego flebã multũ, qm̃ nemo dignus inuẽtus eſt aperire librũ, & c̃. Et ſubditur poſtea, q̃ vidit librũ aperiri per agnũ occiſum. Vel ſicut dicit gloſ. Ex parte modorũ veniendi ad gloriã: petite orãdo. quærite, rectè viuẽdo: pulſate, perſeuerando. Vel ſicut dicit gloſ. ſuper Matt. 7. Petimus fide, per eã ad CHRISTVM cuntes. Quęrimus ſpe qui attingimus vſq; ad interiora. Pulſamus charitate, dũ laboribus deſudamus, vt quod petimus, & quærimus, cõſequamur. Primum petere debes, vt habeas: poſt quærere vt inuenias. inuenta oſeruare, vt. introeas.

Secũdo quantũ ad exhortationẽ reſpectu oĩm, ſubdit:

« (Oĩs em̃ qui petit accipit.) Si piè petat. Vñ hoc inſinuat dñs. Ioã. 15. Quodcũq; petieritis patrẽ in noĩe meo, dabit vobis. 1. pro veſtra ſalute. Alioquin nõ dat. Vnde. Iac. 4. Petitis, & nõ accipitis, eò q̃ male petitis: vt in concupiſcentiĳs veſtris inſumatis. Vnde Çhryſoſt. Si tẽporalia petas, quõ ille præſtat, quæ ſi habes pręcepit vt contemnas.

« (Et qui quęrit, inuenit.) Si tñ debitè, & diligenter quęrat ſecundum illud Deute. 4. Cum quæſieris ibi dñm Deum tuũ inuenies eũ, ſi tñ toto corde quęſieris, & tota tribulatione animæ tuę. Et. 2. Paral. 15. Si quæſieris deum, inuenietis. ſi autem dereliqueritis, derelinquet vos: Sed aliqui aliquando non debitè quærunt: & ideo non debitè inueniunt. Vnde Oſeę. 5. In gregibus ſuis, & in armentis ſuis vadent ad quærendum dominũ, & non inuenient: Et hoc eſt, quia in armentis quærebant ipſum, Ioann. 7. Quæritis me, & non inuenietis: quia mala intentione quęrebant, vt perderent: (Et pulſanti, aperietur.) Si pulſet inceſſanter, vſq; in finem, ſecundum illud, Mat. 10. Qui perſeuerauerit vſq; in finẽ, hic ſaluus erit. Tali aperitur oſtiũ glorię, de quo Apoca. 11. Apertũ [illegible]mplum dei in cœlo. Et Apoc. 4. Ecce oſtiũ apertũ in [illegible], hoc aperietur quãdo dicetur illud: Venite benedicti, [illegible]poſsidete, & c.

Kk 4 ¶Quis

Eccl. 1.a. Iacob. 1.a. Cant. 3.a Apoc. 5.a. Ibidem b Gloſſa. Mat. 7.a. Iacob. 4.a. Ioan. 15.c Deut. 4.e. 2. paral. 15. Oſeę. 5. b. Ioan. 7.e. Mat. 10.c. Apoc. 11.d. Apoc. 4.a Matt 25 c

M.E.C.D. 2017

¶Quis aũt ex vobis,& c̃.)Post incitamentũ ad oratiõis frequentiam, subdit hic incitamentũ ad orationis fiduciam.Et hoc ostendo liberalitatẽ in deo patre nos exaudiente.In hac ergo parte primo proponit liberalitatẽ patris carnalis respectu filij. Secundo concludit liberalitatem patris cœlestis respectu nostri, ibi: (Si ergo vos cum
Eodẽ .b. sitis mali,& c̃.) Liberalitatem autẽ patris ostendit in cõmunicatione cibi cũ cautela contrarij,& hoc secundum triplicem differentiam nutrimenti,aut naturę terreę,aut aqueę,aut aereę.Primã spectat ad vegetabilia. Secũdum ad natatilia. Tertium ad volatilia. Quantum igitur ad petitionem fructus vegetabilium,dicit:

Quis autem ex vobis patrem petit panẽ,)Ad refectio- »
nem.(Nunquid lapidem dabit illi?)Scilicet ad lęsionem, »
homines enim panibus sustentantnr, secundum illud.
psalm .103 Psalm. Panis cor hominis confirmat : sed lapidibus ob-
Mat.21.d. ruuntur, secundum illud.Matth.21. Qui ceciderit super lapidem istum, confringetur,super quem vero ceciderit, conteret eum.

Quantũ ad petitionẽ fructus natatiliũ,subdit.(Aut pi- »
scẽ.nunquid pro pisce serpentẽ dabit illi?)Hoĩes piscibus »
Infr.24 .f. reficiũtur.Vnde Infra vlt. Habetis hic aliquid quod mãducetur? At illi obtulerunt ei partem piscis assi, & fauũ
Num.21.b mellis.Sed serpentibus occiduntur.Vnde Num.21.Immisit dominus in populum ignitos serpentes,quorum scilicet morsibus moriebantur.

Quantnm ad petitionem fructus volatilium,subditur: (Aut si petierit ouum,)scilicet in cibum.(Nunquid porri »
get illi scorpionem?)Id est venenũ. Oua enim sustentãt, »
sed Scorpiones necant,sicut manifestè probat experientia.Hæc quidem ad literam sunt plana: & similitudo ex his assumpta.

¶Spiritu- aliter. Augusti. ¶Per panẽ chari- tas intel- ligitur. ¶Secundum autẽ spiritualem intelligentiã, datur intelligi hic,quid petendum sit. Vnde Augusti.ad probam de orando dicit. Quòd in pisce fides: in ouo spes· in pane autẽ charitas designatur.Rectè namque petitione panis intelligitur p[illegible]o charitatis.Vnde August.Charitas in pane,maior en[illegible]omniũ bonorum est charitas, & in cibis vincit cæte[illegible]panis vtilitas.Vel quia charitas ad modum pa

M.E.C.D. 2017

dum panis nutrit, & confirmat. Vnde Canti. 8. Fortis est vt mors, dilectio. Vnde sacramentum charitatis traditur in specie panis. Vel quia sicut sine pane est omnis mensa vacua. sic & omne cor absque charitate. Vnde primæ Corinth. decimotertio. Si charitatem non habuero, nihil sum, & nihil mihi prodest. Huic (vt dicit Augustinus) opponitur lapis, quia corda dura respuunt charitatem. Vnde in lapide duritia designatur, secundum illud Ezechiel. 36. Auferam cor lapideum de carne vestra, & dabo vobis, & cæter. Et Supra tertio. Potens est deus de lapidibus istis, & cæte. Recte etiam per piscem intelligitur fides, sicut dicit Augustinus, vel propter aquam baptismi, vel, quia in huius seculi fluctibus fides integra est. 1. Ioannis quinto. Hæc est victoria quæ vincit mundum, fides vestra. Et Hebræo. vndecimo. Sancti per fidem vicerunt regna. Vel quia (vt dicit Beda.) Sicut piscis sub tegumento aquarum nascitur, viuit, & alitur. Sic fides trahitur de occultis scripturis, & de occultis est, & occulta. Vnde Hebræorum vndecimo. Est autem fides sperandarum substantia rerum argumentum non apparentium. Huic (sicut dicit Augustinus) contrarius est serpens, qui vt non crederetur Deo, venenosa fraude persuasit. Vnde Ecclesiastes decimo. Qui disipat sepem, id est, defensionem sacræ scripturæ mordebit eum coluber, id est infidelitas erroris diabolici. Recte etiam per ouum intelligitur spes. Vnde Augustinus. Spes in ouo, quia vita pulli nondum est, sed futura est, nec iam videtur, sed adhuc speratur. Spes autem quæ videtur, non est spes, sicut dicitur Romanorum octauo Et quia in ouo pullus est imperfectus, qui dum perficitur, testa oui frangitur. Sic spei succedit beatitudinis perfectio. Vnde primæ Corinthiorum decimotertio. Quum venerit quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte est. Huic (vt dicit Augustinus) contrarius est Scorpio, id est, desperatio, quæ facit retrorsum respicere. Et ex illa parte nocet. Scorpio enim ex illa parte cauendus est, quoniam venenatã & aculeatã caudam retrorsum habet. V[illegible]qui nititur à spe vitæ subuertere, Scorpius est. Vnd[illegible]ec. secundo. Subuersores sunt tecti, & cum Scorpioni[illegible]s habitas. Est igitur sen-

Can. 8. b.
1. Cor, 13. b
Augusti.
Ezec. 36. f
Supr. 3. b
¶ Per piscem fides intelligitur.
Augusti.
1. Ioan. 5.
Hebr. 11. f.
Beda.
Heb. 11. a.
Augusti.
Eccl's 10 b
¶ Ouum spē significat.
Augusti.
Rom. 8. d
1. Co. 13. c.
Augusti.
Ezec. 2. c.

M.E.C.D. 2017

tur ſenſus verbi propoſiti ſpiritualis : quòd ſi quis petat panem charitatis, vel piſcem ſcilicet fidei : & ouum ſpei dabit ei Deus . Et remouebit ab eo lapdem obduratio-nis,ſerpentem infidelitatis,& ſcorpionem deſperationis quę per diuinum adiutorium elongantur à viris ſanctis ¶Si ergo vos cum ſitis mali,& c̄.)Poſtquam propoſuit li beralitatem in patre carnali : concludit à minore in pa-tre ſpirituali.Si enim bonum eſt communicatiuum,ma-gis bonum,magis communicatiuū: & maximè bonum, maximè communicatiuum.Si ergo carnalis pater bonū communicat filio petenti. Multo fortius cœleſtis pater homini ſupplicanti. Et hoc eſt quòd dicit: (Si ergo vos, »
Beda. cum ſitis mali,noſtis bona data dare filiȝs veſtris.)Beda: Malos vocat ſeculi amatores. li autē dupliciter mali ſunt
Eccli.11.b malitia culpæ:quia Eccleſiaſt.11.Si diues fueris, non eris
Auguſti . immunis à delicto.Et Auguſtinus: Omnis diues aut eſt iniquus,aut hæres iniqui.Vel malos vocat ipſos Apoſto-los.Qui comparatione diuinæ bonitatis mali dicūtur.
Mar.10.c. Vnde Marc.10.Nemo bonus,niſi ſolus deus. Et Iſaiç.64.
Iſai.64.b. Facti ſumus vt immundus,omnes nos ,& quaſi pannus
Iob .25.b. menſtruatæ vniuerſæ iuſtitiæ noſtræ . Et Iob vigeſimo-quinto.Stellæ non ſunt mundæ in conſpectu eius:quā-
Gregoriꝰ to magis homo,& cæte. Vnde Gregorius . Sæpe iuſtitia noſtra,ad examen iuſtitiæ diuinæ deducta iniuſtitia eſt & ſordet in diſtrictione iudicis , quòd in oculis fulget operantis . Vel mali erant propter peccata venalia, ſine quibus non ducitur præſens vita. Vnde dicitur Epheſi.
ephe.5.d. quinto . Redimentes tempus , quoniam dies mali ſunt.
Gen.47 b Et Iacob dixit.Geneſi.quadrageſimo ſeptimo. Dies pe-regrinationis vitæ meę centum triginta annorum ſunt, parui & mali.Quia ſecundum quod dicitur primę Io-
1.Ioā.1.d. annis primo.Si dixerimus,quia peccatum nō habemus: ipſi nos ſeducimus, & veritas in nobis nō eſt. Minus er-go videtur,quòd à malo bonū,quàm à bono bonum.Et ideo cōcludit (quāto magis pater veſter cęleſtis dabit ſpī »
Iaco.1.c. ritum bonum petentibus ſe) Imò certè dabit.quia Iac.1. »
Omne datū op m , & omne donum perfectum , de-ſurſum eſt.Iſte ſp us,bonus eſt ſpiritus : ſcilicet in quo
Sapi.7.a omnia dona do ur,de quo Sapi.7. Inuocaui, & venit

in me

M.E.C.D. 2017

In me ſpiritus ſapientię.Et poſt.Venerũt mihi oĩa bona pariter cũ illa.Et.1.Cor.12.Alĩ per ſpiritũ datur ſermo ſapientię,& c̃.Et poſt,Hæc oĩa operatur vnus atq; idẽ ſpiritus,diuidens ſingulis prout vult.Iſte ſpiritus datur petẽtibus,& deſiderãtibus.ſecundum illud Pſal.Os meũ aperui,& attraxi ſpiritum.Iere.2. Onager aſſuetus in ſolitudine,in deſiderio animę ſuę, attraxit ventum amoris ſui Ad hunc enim ſpiritum domini ſuſpirat ſanctorum ſpiritus.Rom.8.Spiritus poſtulat,& cæt. Ibidẽ. b. 1.Cor.12.a pſalm.118 Ierem.2.e Rom.8.e

¶Et erat IESVS eĩciens dęmonium,& c̃.) Sicut habitũ fuit in principio libri. Liber iſte habet quatuor partes. Quarũ prima eſt de CHRISTI natura. Secunda verò de CHRISTI doctrina.Et hęc incepit Supra.4.cap. Et habet partes duas, ſecundum duo opera ſapiẽtis. Quorum alterũ eſt nõ mentiri. Alterum, mentiẽtem manifeſtari poſſe.Prior igitur pars eſt de veritate declaranda ad diſcipulorũ informationẽ. Poſterior de falſitate confutãda per Iudęorũ aduerſantiũ confutationẽ.Priori parte terminata:hic incipit altera. Diuiditur autẽ hæc pars in quatuor.In quarũ prima cõfutat Iudęorũ doloſitatẽ. In ſecunda impietatẽ.(Erãt aũt appropinquãtes,& c̃.)Inf.15 In tertia curioſitatẽ,Inf.17.(Interrogatus aũt à Phariſæis & c̃.In quarta,incredulitatẽ,Inf.19.(Et factũ eſt,cũ appropinquaſſet,& c̃.)In cõfutãdo aũt doloſitatẽ Iudęorũ. Primo cõfutat doloſitatẽ calumniantiũ, mirabilia ex parte efficiẽtis.In ſecũda vero,ex parte tẽporis,Inf.13.(Erat aũt docẽs in ſynagoga eorũ ſabbathis)Prima in duas diuiditur.In quarũ prima cõfutat Iudęorũ doloſitatẽ & fallaciã In ſecũda informat diſcipulos ſuos ad illã vitandam,Infra.12.(Multis aũt turbis cõcurrentibus)Prima pars quæ cõtinet prę ſens cap.diuiditur in partes tres.In quarũ prima cõfutat fallaciã blaſphemantiũ.In ſecũda fallaciã tẽtãtium ſiue diſcredentiũ.Infra(Turbis aũt concurrentibus)In tertia vero fallaciã ſimulantiũ,ibi(Nemo lucernã accẽdit,)Primũ iſtorũ eſt in verbo, ſecundũ in aĩo.Tertiũ verò cõſiſtit in quocũq; ſigno. Ad confutandam aũt fallaciã blaſphematorũ tria introduĩr. Primo eñ fit expreſsio fraudis Iudaicę. Secũdo v. improbatio fraudis exp̃ſſę,ibi(Ipſe aũt vt vidit cogita es,&c.)Tertio vero com- ¶Diuiſio Infr. 15.a Infr. 17.c Infr. 19.c Infr. 13,c. Infra,12,a Inf. eod c

M.E.C.D. 2017

Inf.eo .c. ro commendatio veritatis oſtenſæ, ibi.(Factum eſt au-
tem , quum hæc diceret,& cætera.) Circa expreſsionem
Iudaicæ fraudis,tria exprimit,Euangeliſta . Primum eſt
materia laudis diuinæ.Secundum eſt, blaſphemia frau-
Ibidem.d dis humanæ. Tertium eſt, controuerſia litis adiunctæ.
Primo igitur quantum ad materiam laudis diuinę,dicit
Et erat eiiciens dæmonium,& illud erat mutum.) In »
quo ſimul tanguntur duo miracula , immo etiam tria.
Beda. Vnde Beda in Gloſſa, Matthæi duodecimo . Hunc dæ-
Mat.11.b. monium etiam cæcum fuiſſe dicit , in quo tria mira-
cula à domino fiunt: quia cæcus videt,mutus loquitur:
poſſeſſus à dæmone liberatur . Et in hoc erat materia
laudis diuinæ , tam ex parte curati, quàm aſsiſtentium.
Propter quod dicit.(Et quum eieciſſet dæmonium , lo- »
quutus eſt mutus,& admiratæ ſunt turbæ.) Et ſic imple- »
Iſaię.35.b tum eſt illud. Iſaiæ trigeſimo quinto . Tunc aperientur
oculi cæcorum,& aures ſurdorum patebunt . Tunc ſa-
liet ſicut ceruus claudus,& aperta erit lingua mutorum.
Tanta autem miracula ſimul facta,ſunt admirationis &
Eccli.43d laudis cauſa , ſecundum illud , Eccleſiaſtici quadrageſi-
motertio.Terribilis dominus , & magnus vehementer,
& mirabilis potentia ipſius . Glorificantes dominum,
quantumcunq; potueritis,ſuperualebit adhuc,& admi-
rabilis magnificentia eius. Vnde verè potuerunt illi di-
Mar .7.d. cere illud Marci ſeptimo.Bene omnia fecit,& ſurdos fe-
cit audire, & mutos loqui.

¶Spiritua- Secundum autem ſpiritualem intelligentiam , dæmo-
aliter. nium eſt peccatum quod facit ſurdum ad veritatem au-
diendam: cæcum ad videndam:& mutum, ad confiten-
dam. Nequitia enim dæmonis vtrumque ingreſſum,per
quem crediturus erat homo,oppilauit, id eſt,& auditum
& viſum. & tertium,id eſt, linguam colligauit,ne confi-
Iſai.41.g. teretur. Vnde.Iſai. quadrageſimoprimo.Non eſt annũ-
cians,neque prædicens,neq; audiens ſermones veſtros.
Idĕ .42.c. Et quadrageſimo ſecundo.Surdi audite , & cæci intue-
mini ad viden[illegible] Quis cęcus,niſi ſeruus meus? Et ſurdus
niſi ad quem n[illegible]os meos miſi? Talis etiam mutus eſt
Eccli.15.b ad confitendum [illegible]n de Eccleſi.15. Non eſt ſpecioſa laus
in ore peccatori[illegible] Et nota quòd cum ad tria data ſit ho-
minę

M.E.C.D. 2017

mini loquela,ſcilicet ad laudandum Deum.Ad ædifican dum proximum.Et ad accuſandum ſeipſum.Hęc triplex loquela aufertur per triplex dæmonium.Primam aufert ſpiritus luxuriæ,ſecundum illud Iſai.1. Cum multiplica- ueritis orationem , non exaudiam . Manus veſtræ ſan- guine plenæ ſunt.Secundam aufert ſpiritus auaritię.qui facit ſibi ſoli intendere,ſecũdum illud Matt.25. Qui vnũ talentum acceperat,abiens,fodit in terram.Tertiam ſpi ritus ſuperbiæ,qui non permittit,quod homo accuſet ſe ſecundum illud pſal Quoniam tacui inueterauerũt oſſa mea.Et Ierem.2. Ecce,ego iudicio contendam tecum,eo quod dixeris,non peccaui. De hoc triplici dæmonio di- citur Apocaly.16. Vidi de ore draconis,& de ore beſtiæ,& de ore pſeudoprophetæ exire ſpiritus tres immundos,in modum ranarum. Primum dæmonium eiſcitur per ieiu nium,ſecundum illud Matth.17 Hoc genus non eiſcitur, niſi per orationem & ieiunium . Secundum eiſcitur per memoriam paſsionis dominicæ,ſecundum illud Tob.6. Cordis piſcis ſi particulam ſuper carbones ponas,fumus eius extricat omne genus dæmoniorum & c̃. Tertiũ per orationem .1.Reg.16. Dauid tollebat citharam & percu- tiebat manu ſua, & refocillabatur Saul, & melius habe- bat recedebat enim ab eo ſpiritus malus.

¶Ad triã datus eſt homini ſermo. Iſaię .1.e. Mat.25.b. pſalm.31. Iere.2.g. Apo.16.c. Matth.17. Tob.6.b. 1.Re.16.d

Secundo quantum ad blaſphemiam humanæ fraudis ſubditur.(Quidam autem ex eis dixerũt: In Beelzebub principe dæmoniorum eiſcit dæmonia.) Et hæc erat ma gna blaſphemia: Quia quod fiebat à ſpiritu ſancto, at- tribuebãt ſpiritui maligno.Vnde Matth.12 . Statim poſt hoc dicitur . Omne peccatum & blaſphemia remittetur hominibus, ſpiritus autem blaſphemia non remittetur. In hanc blaſphemiam prorumpebant ex inuidia . Vnde Chryſoſtomus.Non quando magna dicebat, ſed quan- do faciebat ſalutes hominum,tunc inſtiterunt Phariſęi. Inuidia enim non quærit,quid dicat ſed ſolum vt dicat, æmulatione nanq; non eſt aliqua malitia deterior.Adul ter enim breui complet peccatum ſuum, æmulator nunq; quieſcit . Et quia blaſphemia iſta ex n[illegible]tia , & inuidia procedebat.pro tanto hoc euangelium [illegible]gitur, quando cantatur hiſtoria Ioſeph in tertia domi[illegible]a quadrageſi- mę.Sicut

Mat.12.c. Chryſoſ.

M.E.C.D. 2017

næ. Sicut enim fratres Ioseph, ex inuidia vocauerunt eũ inuentorẽ somniorũ, sic & isti dicebant CHRISTVM
¶Beelzebub. inuocatorem dæmoniũ. Et maximè exprimitur Beelzebub, tum, quia istud idolum erat famosum. Vnde 4. Re.
4.Re.1.a. 1. dicitur, quòd Ochozias misit nuncios, dicens ad eos:
Beda. Ite consulite Beelzebub deum Accaron. Et Beda in glos. Asserebant Iudæi in hoc simulacro principem dæmoniorum habitare. Per cuius potestatem, dicebant IESVM dæmonia eiicere. Et ideo in textu dicitur, (In principe dæmoniorum.) Siue quia nomen huius idoli erat ridiculosum. Vnde tantum Beelzebub sonat, quantum, vir muscarum. Quo nomine vocabant eum Iudæi irrisoriè, sicut dicitur in glossa. Propter sordes cruoris, qui in templo eius immolabantur. Vnde sic blasphemiam proferebant, sicut
Ioan.8.f. Ioan. 8, vbi dicitur: Nonne bene dicimus nos quia Samaritanus es tu, & dæmonium habes?

Tertio verò, quantum ad controuersiam litis adiunctæ, subdit. (Et alij tentantes, signum de cœlo quærebant ab eo.) Non quærebant huiusmodi signum ad credendũ vt fideles, sed vt rebelles ad impugnandum, secundum
Mat.22.b. illud Saluatoris Matth. 22. Quid me tentatis hypocritæ?
psalm.64. Et in psalm. Tentauerunt me patres vestri &c. Et hoc ma
1.Co.10.b lum vt dicitur. 1. Corin. 10 Neq; tẽtemus CHRISTVM, sicut quidam eorum tentauerunt, & à serpentibus perierunt. Petebant autem signum de cœlo, sicut tonitruum
1.Re.12.c. tempore Samuelis. 1. Reg. 12. Aut emissionis ignis, sicut
3.Reg.18. tempore Eliæ. 3. Reg. 18. &. 4. Reg. 1. Aut retrocessionẽ so-
4.Re.1.b. lis, sicut tempore Ezechiæ. 4. Reg. 20, Hoc autem Iudæis
4.Re.20.c erat proprium, siue per assuefactionem. Vnde 1. Corin. 1.
1.Cor.1.c Iudæi signa petunt & Græci sapientiam. Et ideo Petrus
Actu.3.b. potens in signis fuit Apostolus ad Iudæos, & Paulus va-
Ephe.6.a. lens in sapientia ad gentes. Siue etiam propter incredulitatem, & duritiam, secundum quod dixit Stephanus,
Actu.7.f. Actu. 7. Dura ceruice, & incircuncisi cordibus & auribus,
Chrysost. vos semper spiritui sancto restitistis. Vnde Chrysost. Sem
per discreder[illegible]nũ est nunq̃ posse proficere, sic semper testimoniũ qu[illegible]e signũ est nunq̃ velle credere. Et hoc quidẽ verũ est, [illegible]uando enim sufficientia testimonia habebant in terr[illegible] non oportebat quærere signa de cœlis.

Vnde

M.E.C.D. 2017

Vnde Ioann.10: Opera quæ ego facio in nomine patris meo, hæc testimonium perhibent de me. Ioan.10.e

¶Spiritualiter autem dedit dominus signa in terris, scilicet signa humilitatis & paupertatis: secũdum illud supra.2. Hoc vobis signum: Inuenietis infantem pannis involutum &c. Sed multi huic signo non credũt, vt superbi & ambitiosi, qui quærunt CHRISTVM non in humilitate crucis, sed in appetitu honoris & laudis. Et tamen dicitur Matt.24. Tunc apparebit signum filij hominis in cœlo &c. Huic autem contradicunt superbi, secũdum illud supra.2. Positus est hic &c. & in signum cui cõtradicetur. quia non placet eis status humilitatis, sed dignitatis. Vnde in psalm. Posuerunt signa sua, signa: scilicet superbiæ & lasciuiæ, secundum illud Sapi.2. Vbiq; relinquamus signa lætitiæ. Sine quibus signis nolunt sequi. Vnde in psal. Signa nostra non vidimus &c. ¶Spiritualiter. Supr.2.b. Matt.24.c Supr.2.c. psalm.73. Sapi.2.b. psalm.73.

¶Ipse autem vt vidit cogitationes eorum dixit eis.) Post expressionem fraudis Iudaicæ, subditur hic improbatio fraudis expressæ. Habet autem pars ista tres. In quarum prima ponitur improbatio falsitatis. In secunda cõprobatio veritatis, ibi. (Cum fortis armatus custodit & cæ.) In tertia vero reprobatio dolositatis, ibi. (Cum immundus spiritus exierit ab homine & cætera.) Improbando falsitatem procedit hoc ordine. Primo deducit ad manifestum impossibile. Secundo perducit ad falsum improbabile. Tertio reducit ad verum infallibile. Primo igitur deducit ad manifestum impossibile cum dicit, Inf.eo.b. Ibidem.

« Omne regnũ in se diuisum. desolabit.) In quo intẽdit tale argumẽtũ facere: Omne regnũ diuisum hoc ipso q̃d diuiditur in se, destruitur. Sed si vnus dæmõ eijcit alium sathanas in seipsũ diuisus est, ergo nõ stat eius regnũ. Sequitur igitur quod sathanas ipse destruat suum regnũ, & auferat sibi posse & dominium. Sed hoc est impossibile manifestũ, & sequitur ex dicto Phariseorum. Ergo illud fuit manifeste falsum. Huius igitur rationis maiorẽ prę-mittit, cũ dicit. Omne regnũ ĩ se diuisũ desolabit, & domus supra domũ cadet: Et hoc qdem ... se notũ & verũ est, qa diuisio est causa ruinę. Vñ causa ... cati est in subiecto. Et hoc est qđ dicit Hiero, Cõcordia ... ruę res crescũt, ¶Discordia est causa ruinæ. Hierony.

discordia

diſcordia maximè dilabuntur. Vnitas enim eſt cauſa ſal-
Oſe.10.a. uationis: ideo diuiſio, interitus, ſecundum illud Oſe.10.
prou.18.a Diuiſum eſt cor eorum: nunc interibunt. Et Prouerb.18.
Propter peccata terræ multi principes eius. Exemplum
Gen.11.a. huius eſt Gene:11.de ædificantibus turrim, cum eſſent la
bij vnius &c̃. Vbi ſubditur: Diuiſit eos dominus ex illo
loco in vniuerſas terras, & ceſſauerunt ædificare. Vnde
in finali ſtatu mundi, de ipſius vnitatis diſsipatione di-
Infr.21.c. citur infra.21. Surget gens contra gentem. & regnum ad-
uerſus regnum, & terremotus magni & c. Deinde adiun
git minorem cum dicit. (Si autem ſatanas in ſeipſum di »
uiſus eſt.) Id eſt, contra ſeipſum pugnat. Quod dicit ſub »
conditione, quia hoc ſequitur ex verbo prædictorũ Scri
barum & Phariſæorum, cum ipſe nõ ſit verum. Satanas
Iob.41.a. enim ſatanæ concordat in malo. Vnde Iob.41. Corpus il
lius quaſi ſcuta fuſilia, compactum ſquamis ſe premen-
tibus. Vna vni coniungitur, & ne ſpiraculum quidem in
cedit per eas. Vna alteri adhærebit, & tenentes ſe nequa
pſalmo.2. quam ſeperabuntur. Vnde in Pſal. Aſtiterunt reges terræ,
& principes cõuenerunt in vnum aduerſus dominũ &c.
Poſt hoc ſubiungit concluſionem cum ſubdit. (Quo- »
modo ſtabit regnum eius?) Quod dicit interrogatiuè. tã »
¶Regnũ quam impoſsibile ſit hoc ſuſtinere, quod ſatanas ipſe de
ſatanicũ. regno eiiciat ſe. Regnũ em̃ ſatanę eſt in malis & peccato
Iob.41.d. ribus. Iob.41. Ipſe eſt rex ſuper vniuerſos filios ſuperbiæ.
Rom.6.b Et ideo dicebat Apoſtolus. Roma.6. Non regnet pecca-
tum in veſtro mortali corpore. Poſtremo ſubinfert mino
ris probationem. ex dicto ipſorum, quoniam & hæc erat
cauſa totius elucidationis falſi. Et ideo addit, (Quia di- »
citis in Beelzebub me eiicere dæmonia?) Si enim verum »
eſt quod dicitis. vt ſatanas ſatanam eiiciat, aduerſus ſeip
ſum diuiſus eſt, ergo diuiſum eſt eius imperiũ, ac per hoc
tendit ad interitum. Et hoc modo formatur argumentũ
Matt.12.b Matt.12. Si ſatanas ſatanam eiicit, aduerſus ſeipſum diui-
ſus eſt. Quomodo ergo ſtabit regnum eius? Sic igitur pa
tet quõ ex dic[illegible]orũ deducit ad manifeſtũ impoſsibile.
Secũdo vero [illegible]ucit ad falſum improbabile, cũ ſubdit:
(Si autem ego [illegible] Beelzebub eiicio dæmonia.) In quo in- »
tẽdit formare [illegible]m rationem. Si ego eiicio dęmonia per
dęmonũ

M.E.C.D. 2017

dæmonũ potententiã. Et ego dedi potestatẽ filijs vestris
« eijciendi dæmonia.(Hanc supponit & tacet) ergo ipsi in
principe dæmonũ eijciunt dæmonia. Sed hoc est falsum
& improbabile, & secundũ eorum opinionẽ, & secundũ
ipsorũ Apostolorũ testificationẽ. Falsum igitur est quod
Phariſei sentiunt,& verũ quod Apostoli testantur. Igitur
ipsi erunt iudices eorũ. In hac autem ratione prȩmittitur
« propositio,quã asserunt, cũ dicitur. (Si autẽ ego in Beel-
« zebub eijcio dȩmonia)secundũ vestrã scilicet assertionẽ.
Supra eodem. In Beelzebub principe dæmoniorũ eijcit
dæmonia,subditur conclusio,quã non concedunt,cum
« dicitur,(Filij vestri in quo eijciunt?)quasi diceret. Sequi-
tur quod eijciunt in Beelzebub. Quod tamen ipsi non
concedunt. Vnde Beda filios Iudȩorũ vocat Apostolos, Beda.
qui inter alia munera quæ acceperunt à domino, etiam
dȩmonia pellebant. Quam expulsionẽ non diabolo,sed
deo assignabant. Subinfertur autem redargutio, quam Supra.10.c
« incurrunt, cum dicitur. (Ideo ipsi iudices vestri erunt.)
Quia quod vos blasphematis, vt falsum, Ipsi testantur
esse verũ,secundũ illud Isaiȩ.43. Verè,vos testes mei,dicit Isaiȩ.43.b
dominus . Et non tantũ testes propter veritatis assertio-
nem,sed etiã iudices propter veritatis perfectionẽ,secun-
dum illud Matthæi.19. Vos qui secuti estis me in regene- Mat.19.d
ratione, cũ sederit filius hominis in sede maiestatis suæ,
sedebitis & vos super sedes duodecim,iudicantes duode-
cim tribus Israel. Ipsi nanq; sunt, de quibus Isaiæ tertio. Isaiȩ.3.c.
Dominus ad iudiciũ veniet cum senioribus populi sui.
Seniores vocat perfectiores,secundũ illud Sapien.quar- Sapi.4.b.
to. Senectus venerabilis est,non diuturna, neq; annorũ
numero computata. Cani autem sunt sensus hominis,&
ætas senectutis,vita immaculata.

Tertio vero reducit ad verũ infallibile, cum adiũgit.
« (Porro si in digito dei eijcio dæmonia.) Porro, hoc est
certè,si,id est,quia,in digito dei,hoc est in spiritu sancto.
Vnde Matth.12. dicitur. Si in spiritu dei eijcio dȩmones. ¶Cur spi-
Spiritus sanctus nanq; dicitur, digitus dei,sicuti dicitur ritus san-
Exo.octauo. Digitus dei est hic. Ratio autem huius est: ctus digi-
quia filius dicitur brachiũ patris,secundum illud. Isaiæ.53. tus dei
Brachium domini cui reuelatum est? dicitur & manus, dicatur.

I secũdum

M.E.C.D. 2017

psalm.143 secũdum illud Psal. Emitte manũ tuam de alto. Et ratio huius est: quia sicut qui operatur brachio, & manu facit,
Ioan.1.a sic pater oĩa per filiũ facit, sicut Ioã.1. dicitur. Omnia per ipsum facta sunt. Spiritus aũt sanctus procedit a patre & filio, sicut digitus a corpore & brachio. Et est illi cõnaturalis & cõsubstantialis. Et ideo merito dicitur digitus in scripturis. Vel quia sicut vna est manus, & per digitos fit distinctio, sic per vnũ spiritũ, fit distinctio donorũ, sicut
1.Cor.12b dicitur.1.Corin.12. Hæc omnia operatur vnus atq; idem spiritus, diuidens singulis prout vult. Quia ergo in hoc spiritu eĳcio dæmonia, (profecto peruenit in vos regnũ dei,) id est potestas regia quæ regit nos expulso diabolo,
Ioan.12.e secundũ illud Ioan.12. Nunc iudiciũ est mũdi, nunc princeps huius mũdi eĳcietur foras. Et nota, quod dicit, peruenit in vos regnũ dei. Quia regnũ dei peruenit in nos
Infra.17.e per gratiã, secũdũ illud Infra.17. Regnũ dei intra vos est, Sed tunc perueniemus in illud per gloriã, quãdo dicetur
Matth.25c nobis. Venite benedicti patris mei, possidete paratũ vobis regnũ &c̃. Et nota quod ista cõsequẽtia est necessaria:
¶Inter potestatẽ dei atq; diaboli nihil est medium. quia si nihil est medium, quin homo sit sub potestate dei vel diaboli, ergo si expellitur potestas diaboli ab homine, sequitur quod introducatur potestas diuina. Triplex autẽ spiritus neĳ (de quo habitũ est supra) expellitur spiritu diuino dato ad tria, sc; spiritu sanctitatis, de quo Sa
Sapiẽ.1.b pient.1. Spiritus sanctus disciplinæ effugiet fictũ. Spiritu
Matt.5a.a paupertatis, de quo Matt.5. Beati pauperes spiritu, &c̃. Et
Isaię.66.a spiritu humilitatis, de quo Isa.66. Ad quẽ respiciã, nisi ad pauperculũ, & contritũ spiritu? Hunc triplicẽ spiritũ pete
psalm.50. bat propheta in Psal. Cor mundũ crea in me deus, & spiritũ rectũ innoua in visceribus meis, Ne proĳcias, &c̃. & spiritũ sanctum tuum ne auferas à me. Redde mihi, & cę. & spiritu principali cõfirma me. Vt tangatur hic triplex spiritus, videlicet Rectus, id est paupertatis, Sãctus, id est, puritatis, Et principalis, id est humilitatis. Quem spiritum qui habet, habet iustitiam ad se, & proximum & deum. Siue etiã intra se, extrà se, & infra se, ac per hoc habet pacem & gau[illegible]n, & intra se regnum dei Nam secun-
Roma.14 dum illud Ro[illegible].14. Non est regnũ dei esca & potus, sed iustitia, & pax [illegible] gaudium in spiritu sancto.

¶Cum

M.E.C.D. 2017

¶Cum fortis armatus custodit atrium suum.)Postquam improbauit falsitatem, hic secundo approbat veritatem. In cuius approbatione,procedit hoc ordine.Primo præmittit veritatem præambulam. Secundo subdit veritatẽ intentam. Tertio subnectit veritatẽ annexam.Primo igĩ tur præmittens veritatem præambulam, dicit.

« Cum fortis armatus custodit atrium suũ,in pace sunt
« omnia quæ possidet.) Hoc per se notum est. Quieta enim possessio venit ex fortitudine possidentis, qui non permittit impugnari atrium suum. Fortis autem iste, est diabolus,de quo dicitur Iob quadragesimo primo,Non est super terram potestas quæ comparetur ei,qui factus est,vt nullum timeret.Et Habacuc primo.Domine in iudicium posuisti eum:& fortẽ vt corriperes,fundasti eum. Iste est armatus,secundum quod dicitur Iob.41. Corpus illius vt scuta fusilia,&c̃. Et quia tantam habet potentiã & armaturam, ideo non potest sibi ab homine infirmo fieri violentia. Imo in pace possidet, quoniam non timet amittere,secundum illud Gregorij.Illos pulsare negligit,quos quieto iure se possidere sentit.Et hęc est pax peccatorũ,de qua in Psalm.Zelaui super iniquos,pacem peccatorũ videns.Et Matthæi decimo. Non veni pacem mittere,sed gladiũ. Vult igitur in hoc dicere, q̃ fortis nõ expellitur a minus forti.Si ergo super potestatem diaboli nulla prævalet potestas terrestris, sed tantum cœlestis potentia. Ergo qui expellit dæmones non est de terris, sed de cœlis,nõ humana,sed diuina.

Iob.41.

Iob.41.a.

Gregorĩ.

¶Pax peccatorum mala.

psalmo.72

Secũdo adiũgens veritatẽ intentã, & iam persuasam,
« dicit.(Si autẽ fortior illo superueniens vicerit eum.)Fortior est diabolo, diuina fortitudo,sc; CHRISTVS deus noster.1. Cor.1.Christũ prędicamus dei virtutẽ, & dei sapientiã.Et rursum ibidẽ,q̃ infirmũ est dei,fortius est hominibus.Et Iob.9. Si fortitudo quęritur,robustissimus est. Et propterea dicitur Isa.9. Vocabitur nomẽ eius admirabilis, cõsiliarius,deus,fortis.Iste superuenit,id est, de supernis venit,secundũ illud Ioan.3.Qui de cœlo venit,super oẽs est.Hic autẽ vicit diabolum,tanquã [illegible]as fortem,iuxta quod dicitur Ioã.16.Cõfidite,quia [illegible]vici mũdũ. Vnde licet victus videatur,tamen vicit,quia [illegible]moriendo reuixit.

1.Cor.1.d

Ibidem.

Iob.9.c

Isaiæ.9.b

Ioan.3.d.

Ioan.16.

M.E.C.D. 2017

Iere.48.c. Et hoc designatur Ieremiæ.46.Fortis impegit in fortem, ambo pariter conciderũt:quia CHRISTVS corporaliter,temporaliter,& visibiliter.Diabolus vero sempiterna

Apo .5.b. liter,totaliter & irrecuperabiliter.Vnde Apoca.5.Ecce vicit leo de tribu Iuda,radix Dauid, aperire librũ & soluere septem signacula eius.Et vidi,& ecce in medio throni & quatuor animaliũ, & in medio seniorũ agnũ stantem tanquam occisum.Qui ideo vicit,quia occisus est.Vnde

1.Co.15.g potest dici diabolo illud.1.Corint.15.Vbi est mors victoria tua? Sequitur.Deo aũt gratias qui dedit nobis victoriã,per dominũ nostrũ IESVM CHRISTVM.Et quia vicit ipsum in passione,ideo spoliauit in resurrectione. Ideo subditur.(Vniuersa arma eius auferet.in quibus cõfidebat.)Et hoc fecit quando portas infernales cõfregit, »

psalm.106 secundũ illud Psal.Quia cõtriuit portas æreas,& vectes

psalm.45. ferreos confregit.Et rursus in Psal.Arcum cõteret,& confringet arma:& scuta comburet igni. Hęc arma facit sibi diabolus,de hominibus per consensum,secundum illud

Rom.6.b Roma.6.Non exhibeatis membra vestra,arma iniquitatis peccato. Vel arma diabolica sunt diuersa tentatorum machinamẽta,quibus hominibus pręualebat.Et his priuatus est per CHRISTI victoriã in resurrectione,& spo

¶Arma dęmonũ. liatus est in ascensione.Ideo subdit.(& spolia eius distribuet.) Et hoc quidem fecit,quando de vasis contumelię » fecit vasa misericordiæ.Et hoc est in ascensione factũ, se-

Ephe.4.b cundum illud Ephe.4. Ascendens in altũ, captiuã duxit captiuitatẽ,dedit dona hominibus.Hoc autem fecit no-

Isaiç.8.a. ster Emmanuel.Isaiæ.8. Voca nomẽ eius Accelera spolia detrahete,festina prędari.Prædatus est autẽ fortiter diabolum,secundũ illud Isaiæ.49. Nunquid tolletur a forti

Isaiç:49.g prędа:aut quod captũ fuerit à robusto,saluũ esse poterit? Quia hæc dicit dominus. Equidem & captiuitas à forti

Ose.13.d. tollctur,&c̃.Et Oseę.13. Dominus deripiet thesaurũ oñis

1.Re.30.g vasis desiderabilis.Huius figuratio præcessit.1.Regũ.30. in Dauid,de quo dicitur quod regressus a cędе Amalech, expoliatis amalechitis,spolia distribuit·& misit dona se-

nioribus Iuda „ nis suis.Et nota,quod CHRISTVS dicitur spolia di li distribuere, quia licet ipse omnes liberauit,tamen iam partẽ huius gloriç, diuersis prędicatoribus

catoribus cõmittit. Qui & ipſi ſunt ſpoliatores Aegipti. Exodi.12. Ex hoc igitur apparet, quod expulſio dęmonũ fiebat a CHRISTO, nõ virtute diabolicà, nec humana, ſed per ſpiritũ ſanctum. Et hæc eſt veritas intenta. Exo .12.c.

« Tertio vero annectẽs veritatẽ adiũctam, ſubdit. (Qui « non eſt mecũ, contrà me eſt.) Ac per hoc homines quos diabolus poſsidet, CHRISTO repugnant, & ſecũdum illud 2. Corin. 6. Quę conuentio CHRISTO ad Belial? & cę. Et quia nullus fortitudini eius poteſt reſiſtere, ideo « ſubdit. (Et qui non colligit mecũ, diſpergit.) Quia ſicut dicitur Iob. 9. Quis reſtitit ei, & pacem habuit? Officium nanq; CHRISTI eſt congregare, ſecundũ illud Ioan. 11. Moriturus erat &c̃. Sequit, vt filios dei qui erant diſperſi, congregaret in vnũ. Et Iſaiæ. 11. Congregabit profugos Iſrael, & diſperſos Iuda colliget à quatuor plagis terræ. Pſal. Diſperſiones Iſraelis congregabit. Officiũ autẽ diaboli eſt, diſpergere, ſecundũ illud Ioan. 10. Lupus rapit, & diſpergit oues. Ideo optimũ eſt introire in ouile domini, qui nõ poteſt ſuperari a fortiori, ſicut dicitur Ioã. 10. Pater meus quod dedit mihi, maius omnibus eſt, &c̃. 2. Cor. 6. Iob. 9. 2. Ioan. 11. g Iſaię .11.c. pſalm. 146 Ioã. 10 .c.

¶ Cũ immũdus ſpũs &c̃) Poſt improbitatẽ falſitatis, & approbationẽ veritatis, ſubdit hic Euangeliſta reprobationẽ doloſitatis, cuius origo eſt à ſpiritu maligno, ſecundũ illud Ioan. 8. Ipſe mendax eſt, & pater eius, id eſt, mẽdacij & ſimulationis, Reprobat ergo ſaluator doloſitatẽ Phariſęorum. Cuius originẽ progreſſum & cõſummationem oſtẽdit in eis fieri per ſpiritũ malignũ. Et hoc quantũ ad maligni ſpiritus egreſſum, regreſſum & ingreſſum. Egreditur nanq; per deteſtationem inimicitiæ. Regreditur per ſimulationẽ iuſtitię. Sed ingreditur per profundationem nequitię. Primo igitur quantũ ad egreſſum ſpiritus immundi, per deteſtationẽ inimicitię, dicit.. Ibidem.e Ioan. 8 .f.

« Cũ immundus ſpiritus exierit de homine.) ſcilicet per veram pœnitentiã, ſecundũ illud Zach. 13. Et pſeudoprophetas, & ſpiritũ immundum auferam de terra. Ad hoc autẽ duo ſunt neceſſaria, ſcilicet ab[illegible]ntia & orationis inſtantia, per quæ mũdamur intu[illegible] extra. Et tunc exit ſpiritus immũdus, ſecundum illud [illegible]atth. 17. Hoc genus dęmoniorum nõ eĳcitur, niſi per o[illegible]tionẽ & ieiunium. Zach. 13. a Mat. 17. c.

M.E.C.D. 2017

Et quoniã diaboli deſideriũ ſemper eſt ad ſeductionẽ bo
norũ,quãtũcũq; ab aliꝭ expellatur.ideo ſubdit. (Peram» »
bulat per loca inaquoſa,quærẽs requiẽ.)Loca inaquoſa, »
ſunt loca in quibus non viget carnalitas,aut cõcupiſcen
pſalmo.62 tia,ſecũdũ illud Pſal. In terra deſerta,inuia,& inaquoſa,
Hierony. ſic in ſancto apparui tibi, ſecũdũ quod Hieronymus ex»
ponit.Et propterea virgo MARIA,quia omnino habuit
Iſaiç.16.a extinctam concupiſcentiã,dicitur petra deſerti.Iſaiæ.16.
Emitte agnũ domine dominatorẽ terræ,de petra deſerti
ad montẽ filiæ Sion. Circa hæc loca ambulat diabolus,
quærens requiẽ,id eſt,volens in illis vmbrã negligentiæ,
& fontem contumeliç fabricare,vt ibi poſsit requieſcere.
Iob.40.c In tali autem loco requieſcit,ſecũdum illud Iob.40. Sub
vmbrà dormit in ſecreto calami,in locis humentibus,vt
ezec.29.a Ezech.29.Ecce ego ad te Pharao rex Aegypti,draco ma»
gne,qui cubas in medio fluminũ.Non autem requieſcit
diabolus,niſi in illis in quibus inuenit defluxus concu»
piſcentiarũ.Quos quia nõ poteſt reperire in ſanctis viris
afflictis & maceratis. Ideo in eis nõ requieſcit, ſed fugit,
Iaco.4.b iuxta illud Iaco.4.Reſiſtite diabolo & fugiet a vobis.

Secũdo vero quãtũ ad regreſſum, per ſimulationẽ iu»
ſtitiç,ſubdit,(& nõ inueniens,)ſcꝫ requiẽ,(dicit,Reuertar »
in domũ meã vnde exiui.)Suã vocat domũ,quia nondũ »
ab ea plene expulſus fuerat. Et ad talem diabolus redit.
Iſaiæ.37.g In cuius figura,Iſaiç.37.In via qua venit rex Aſſyriorũ,id
eſt,ſatanas,per eam reuertetur. Rectè autẽ peccatorẽ do
mũ ſuã vocat: quia peccator qui fecit peccatũ, ſeruus eſt
Ioan.8.d peccati,ſicut dicitur Ioã.8. Ac per hoc nõ eſt iuris ſui,ſed
prou.5.b. ſeruus diaboli.Ideo Prouer.5.Ne des alienis honorẽ tuũ
& annos tuos crudeli.Ne fortè impleant extranei viribꝰ
tuis,& labores tui ſint in domo alienà.Ad hãc aũt domũ
reducit diabolum expulſum ſimulatio bonitatis & iuſti
tiç.Et propterea addit.(Et cum venerit,inuenit eam ſco» »
pis mundatã,& ornatã,) Non intra, ſicut dicit propheta »
pſalm.76. in Pſal. Exercitabar,& ſcopebam ſpiritũ meũ.Et rurſus.
pſalm 44 Omnis gloria f[illegible]egis ab intus.Nõ ſic inuenit ſcopatã
Infr.eo f & ornatã,ſed ext[illegible]cut Infra eodẽ.Nunc vos Phariſæi,
quod deforis eſt [illegible]licis & catini, mundatis:quod aũt in»
Matt.23.c tus eſt veſturũ, ple[illegible] eſt rapina & iniquitate.Et Matth.23.

Væ vobis

Væ vobis,& c̃.Sequitur:quia ſimiles eſtis ſepulchris deal batis,& c̃.Talis mũditia nõ ſufficit ſpũi ſancto, qui non tantũ quęrit habitare in corpore mũdo,ſed in aĩo ſancto Vnde Sap.1.In maliuolã aĩam nõ introibit ſapiẽtia, nec habitabit in corpore ſubdito peccatis. Et ideo ad vtrũq; inuitamur.Iſai.1.Lauamini,mũdi eſtote,& c̃.Illa aũt mũ ditia,quæ tantũ eſt extra,relinquit domũ vacuã à gratia ſpiritus ſancti, & per hoc occupabilem à pręſentia diabo li.Vnde hæc notans Mat.12.dicit:Inuenit eã vacantẽ,ſco pis mundatam,& ornatã. Vacantẽ ſcilicet à gratia & vir tute.Vnde Chryſoſt.A virtute deſolati, dæmonũ actio- nibus facilè erunt occupabiles.Et ideo Hieron. Semper aliquid boni facito,ne te diabolus inueniat otioſum.

Sapiẽ. 1.a

Iſaiæ.1.c.

Matt 12.d

Chryſoſ.

Hierony.

Tertio vero quantũ ad ingreſſum, per profundationẽ nequitię ſubdit:(Tunc vadit, & aſſumit ſeptẽ alios ſpiri- tus nequiores ſe,& ingreſsi habitant ibi,)Ii ſeptẽ ſpiritus ſunt ſeptẽ ſimulationes, quæ virtutes ſpecie eſſe ſẽ ſimu- lãt,& mentiũtur. Qui ideo ſunt nequiores vitiis apertis quia maiorẽ habẽt malitię peruerſitatẽ,ſicut dicit Augu. Simulata ęquitas nõ eſt ęquitas,ſed duplex iniquitas.Vñ ¶Nota tres ſeptenarios ſpirituũ.Primus bonꝰ eſt,qui cõ tinet ſeptẽ dona,de quibus.Iſa.11.Requieſcet ſuper eũ ſpũs dñi,ſpũs ſapiẽtię & intellectus,& c̃. Secũdus eſt malus,& cõtinet ſeptẽ ſpũs nequitię.i.ſeptẽ vitia capitalia,ſeptẽ do nis oppoſita.Opponitur eñ ſapiẽtię luxuria:intellectui, gula:cõſilio auaritia:fortitudini acidia:ſciẽtię ira:pietati iuidia:timori ſuperbia:Et de his,Mar.16.dicit,ꝙ deMaria Magdalena eiecta fuerãt ſeptẽ dęmonia.Tertius ſeptena riꝰ cõtinet ſeptẽ ſimulatiões,quas dñs vocat ſpũs nequiꝰ res: quia ſub ſpecie ſanctitatis decipiũt innocẽtes,de qui bus,Prou.26.Septem nequitię ſunt in corde illius,& cæ. Has omnes inducit hypocriſis, quæ eſt donorũ ſpiritus. ſancti ſimulatrix. In cuius rei ſignum dñs,Mat.23.Septẽ facit exclamationes ad hypocritas, comminans eis væ. Octauo autem additur væ, nec ponitur ibi hypocrita. Ii ergo ſpiritus nequiores, ſecure habitant: quia quan- to malitia minus apparet, tanto magis arguitur,& tan- to requieſcit ſecurius,ſecundum illud, Iſaiæ decimoter- tio. Requieſcent ibi beſtiæ, & replebuntur domus eorũ

¶Nota tres ſeptenarios ſpirituũ.

Iſaiæ .11.a

Marc.16.e

prou.26.d

Matt.23.b

Iſaiç.13.d.

M.E.C.D. 2017

draconibus:& habitant ibi ſtruthiones,& piloſi ſaltabũt ibi,vbi tangũtur monſtra vitiorũ. Et quoniã quãto diabolus ſecurius habitat in hoie, tanto peius eſt homini, quia magis eſt ſeruus. Ideo ſubdit: (Et fiunt nouiſsima » hominis illius peiora prioribus.) Siue propter recidiuationem ob quã. Ioã. 5. Ecce ſanus factus es, iam noli peIoan.5.c. care,ne deterius tibi aliquid cõtingat. Et 2. Pet. 2. Melius2.Pet.2.d. erat illis non cognoſcere viam iuſtitiæ,& c̃. Vnde Chryſoſtomo. Difficilior eſt pœna poſteriorũ vitiorum. Siue propter iniquitatis duplicationem, quæ fit propter ſimulaChryſoſ. tionem, ſecũdum illud Eccli. 7. Non ſemines mala in ſulEccli.7.a. cis iniuſtitiæ,& nõ metas ea in ſeptuplum. Ex quo apparet, quòd Phariſęi, non tantũ ſunt conuicti de falſitate, ſed etiã redarguti de doloſitate. Poſſunt autẽ allegoricè iſta exponi de populo Iudaico,& gentili: ſecundũ quod Beda. Beda exponit, ſatis bene in gloſſa. Exit à Iudęis,& c̃.

¶Factũ eſt aũt,& c̃.) Poſt expreſsionem fraudis Iudaicæ, & reprobationem fraudis expreſſæ, ſubdit hic euangeliſta cõmendationẽ veritatis apertæ. Et hoc quidem cõueniẽs erat, vt manifeſtata veritate, veritas ipſa ſeipſam manifeſtãs, laudaretur manifeſtè corã tota multitudine. In deſcriptione autem huius cõmendationis laudatiuę tria introducuntur. Primũ eſt conditio perſonæ laudantis. Secundum eſt expreſsio laudis diuinæ. Tertium eſt approbatio laudis expreſſæ. Primo igitur, quantũ ad conditionem laudantis perſonæ, dicit:

Factum eſt autẽ cũ hęc diceret.) Scilicet ad confutatio » nem falſitatis. (Extollens vocem quædam mulier de tur» » ba, dixit illi.) Ad veritatis cõmendationem,& Phariſæo» » rum confutationem. In quo duplex notatur conditio in perſona laudante, ſcilicet virilitas, & modicitas. VirilIſai.40.b tas notatur in hoc quòd vocem extollebat, ſecundum illud Iſa. 40. Exalta in fortitudine vocem tuam, quæ euãngelizas Ieruſalem: exalta, noli timere. Modicitas in hoc, qpſalm.73. quædam mulier non nominata, ſed nec nobilis, ſed de turba, vt impleretur illud Pſalm. Pauper & inops laudabunt nomẽ tuũ. [illegible]uo apparet qꝫ laudator diuini noĩs nõ debet eſſe timi[illegible], vt laudare nõ audeat: nec timidus vt laudare erubeſc[illegible]t. Sed virilis & humilis. Vnde cũ quidam

M.E.C.D. 2017

dam ex timore tacerent. Quidam blaſphemarent ex ſuperbia & tumore, hęc mulier humilis & virilis, nec tacuit cũ timidis: nec vituperauit cũ blaſphemis. Vnde in gloſ. Magna fiducia. inter blaſphemos confitetur dei filium. Ideo poterant ſibi dicere illud Mat. 15. O mulier, magna eſt fides tua, quæ ſcilicet tantũ te fortificauit, cũ dicatur Proue. vlti. Mulierem fortem quis inueniet? In te verificatum eſt illud. Eccleſiaſt. 26. Fundamenta æterna ſupra petrã ſolidam, ſic mandata dei in corde mulieris ſanctæ. Gloſſa. Matth. 15. prou. 31. b Eccli. 26 d

Secundo verò quantum ad expreſsionem laudis diuinæ ſubditur: (Beatus venter qui te portauit.) In quo laudat CHRISTVM Dei filium, extollens laudis eius præconiũ, ex beatitudine matris, quaſi dicat: Beata mulier, quæ portauit tam bonum filium. Et rectè, quia decebat ſexum fęmininũ ſic laudare. Nec tantũ fęminas, imò etiam viros. Nam Supra primo, dixit virgo. Ex hoc beatam me dicent omes generationes. Et nota, quod beatificat virginis ventrem: & hoc, quia portauit dei filium, nouem menſibus & ſex diebus, qui pro vno menſe accipitur. Sapient. 7. In ventre matris figuratus ſum caro, decem menſium tempore. Vnde in laude virginis, dicitur, Cant. 7. Venter tuus ſicut aceruus tritici. Quia CHRISTVS erat granum frumenti, ſecundum quod dicit Ioann. 12. Et hoc tritico fuit venter eius impletus. Et ideo beatus, propter tria priuilegia: quia vt dicit Berna. Fuit ſine corruptione fœcunda: ſine grauedine grauida: ſine dolore puerpera. Iſai. 66. Quis audiuit vnquam talem? & quis vidit huic ſimile? Siue propter tria miracula. Primũ eſt, coniũctio infinitè diſtantium, Deus enim ibi factus eſt homo, creator creatura, immenſus paruus, verbum infans, æternus temporalis, ſecundum illud Ioannis. 1. Et verbum caro factũ eſt. Et Ierem. 31. Creauit dominus nouum ſuper terram, fœmina circundabit virum. Secundũ miraculum eſt, quia qui fecit ventrẽ factus eſt in ventre. Vnde in pſalm. Glorioſa dicta ſunt de te, ciuitas dei. Et poſt: Homo natus eſt in ea, & ipſe fundauit eam altiſsimus. De hoc poteſt exponi illud Eccleſiaſt. 43. Vas admirabile opus excelſi. Tertium miraculum, quia qui continet omnia, continetur in ventre, & ille ibi capitur, quem

Sugr. 1. c. Sapi. 7. 2. Cant. 7. a Ioan. 12. d Bernard. ¶Cur virgineus vẽter dictus ſit beatus Ioan 1. b Iere. 31. d. pſalm. 86. eccli. 43. 2.

M.E.C.D. 2017

quem totus non capit orbis. Vnde cantat ecclesia. Quẽ
Isaiæ.45 c quem cœli capere non poterant tuo gremio contulisti.
Vnde Isaiç.45. Verè tu es deus absconditus. Nec tantum
beatificat virginem propter portationem: sed vbera pro-
pter lactationem, cum subdit: (Et vbera quę suxisti) Scili
cet beata sunt. Ex quo datur intelligi, ꝙ à solis vberibus
virginis beatissimæ lactatus fuit. Quod designatũ fuit
in Moyse: qui lactari (vt dicitur) noluit à muliere Aegy-
ptiaca. Et ideo quæsita fuit mulier Hebręa, scilicet mater
ex od.2.b propria, sicut dicitur. Exo.2. Hęc autem designat virginẽ
MARIAM, cuius vbera suxit CHRISTVS, secundum
Cant.8.a illud, Can.8. Quis mihi det te fratrẽ meũ, sugentẽ vbera
matris meę, &c. Ideo aũt iunxit ista duo: vt ostenderetur
virgo Maria fuisse mater CHRISTI vera & perfecta. quia
nõ solum genuit: sed & educauit: & sicut verè educauit,
Glossa. ita verè genuit: & in hoc arguitur (vt dicitur in glos.) Im
pietas Manichæi, & aliorum, qui dicunt ipsum attulisse
Beda. corpus æthereum. Vnde Beda. Ex eodem fonte, & lac nu
triendis, & semen procreandum pueris manat. Ergo de
semine virginis, secundum Physicos potuit concipi, qui
de lacte eius potuit nutriri.

Tertio vero quantũ ad approbationẽ laudis expressæ
subdit: (At ille dixit: Quinimo beati qui audiunt verbũ »
dei,) Hoc nõ dicit aduersando, sed potius superaddendo »
quasi diceret, Non solum beatus venter, qui portauit me
verbum caro factũ verũ etiã beatior qui suscipit verbũ à
me prolarum. Vnde & MARIA nõ tantũ beata fuit: quia
CHRISTVM gestauit in carne, verũ etiã beatior: quia
ipsum perfectissimè gestauit in mẽte: secundũ quod dicit
Augusti. August. Beatior fuit Maria, cõcipiendo fidẽ CHRISTI, ꝙ
carnẽ CHRISTI Beatus est eĩ oĩs qui audit, & obedit, se-
Ioan.13.b cundum illud, Ioan.13. Si hęc scitis, beati eritis si feceritis
Iacob.1.d ea. Et ideo subdit: (Et custodiũt illud,) Et ideo Iac.1. Esto n.
te factores verbi, & nõ auditores tantum. In quo verbo,
CHRISTVS noluit laudari matris cognationẽ carna-
Supr.43.b lem per se. Na[illegible]upra.3. dicitur Iudęis: Ne cęperitis dice
re: Patrẽ habe[illegible] Abrahã, &c. sed spiritualem: quia san-
ctior est copul[illegible]mentiũ, ꝙ corporũ. Et ideo cũ quærerent
Matt.12.d eũ mate[illegible] & fr[illegible]es eius, Mat.12. dixit: Quicũq; fecerit vo-
luntа-

M.E.C.D. 2017

luntatẽ patris mei qui in cęlis eſt,ipſe meus frater, ſoror, & mater eſt. Et propter hoc virgo MARIA fuit laudabilis in concipiendo:quia fide cõcepit:Et ideo dixit ei Elizabeth,Supra.1 Beata quę credidiſti,qm̃ perficiẽtur ea quæ dicta ſunt tibi à dño. Ex quo apparet mira cõmendatio veritatis,quæ oẽs ſibi adhærẽtes beatos efficit:nõ ſolum adhærẽtes carnali cognatiõe,vt virgo MARIA: Verũ etiã ſpirituali dilectione,ſicut quælibet anima ſancta. Vt eñ dicit Auguſt. Beatitudo eſt gaudiũ de veritate. Ad quod gaudiũ venient,qui veritatẽ audiunt,diligunt,& faciũt: ſecundum illud,Eccl'i.24. Qui audit me,non confundetur: & qui operantur in me, non peccabunt: Qui elucidant me,vitam æternam habebunt. Supra.1.c Auguſti. eccl'i.24.c

¶Spiritualiter aũt hic notandum eſt, q̃ mulier de turba typum gerit legis, quæ generationem cõmendat carnalem,ſecundũ quod factũ eſt repromiſsio Abrahæ.Geñ.15 Suſcipe cęlum,& c̃. Et Dauid,Vnde in pſal. De fructu ventris tui,& c̃. Vnde Rom.9. Ex quibus eſt CHRISTVS ſecundum carnem,& c̃. Sed CHRISTVS typũ gerit gratiæ & ſpiritus. Quę quidem generationẽ cõmendant ſpiritualẽ,ſecundũ illud,Mat.12. Quæ eſt mater mea, & qui ſunt fratres mei? Huius generationis ſpiritualis conceptio:primo fit in fide,quaſi in vnitate eccleſiæ, Ioann.7. Qui credit in me, ſicut dicit ſcriptura, & c̃. In cuius etiã rei ſignum,virgo MARIA per fidem cõcepit,Supra 1.Beata quæ credidiſti. Partus aũt fit per operationem. Eccl'.24 Dixi,rigabo hortum plantationum,& c̃. Sed illi qui credunt,& non operantur, ſunt ſicut illi, de quibus. Iſai.37. Venerunt filij vſq; ad partũ,& virtus nõ eſt pariendi. Sed illi qui credunt,& operãtur ſunt illi de duibus.1.Pet.2. Sicut modo geniti infantes,rationabile & ſine dolo lac cõcupiſcite,vt in eo creſcatis in ſalutẽ.ſ. per dilectionem & contemplationem. Can.1. Oſculetur me oſculo oris ſui quia meliora ſunt vbera tua vino,& c̃. Et Proue.5. Cerua chariſsima,& gratiſsimus hinnulus:vbera eius inebrient te in omni tempore. Et ſic in his tribus [illegible]nuatur ſuſceptio gratiæ,exercitatio actiuæ,& con[illegible]tio contemplatiuæ. Et hoc totum clauditur in fide, qu[illegible] per dilectionẽ operatur quam ſoli qui habent,erunt b[illegible]ti,

¶Spiritualiter. Gene.15.b pſalm.131. Rom.9.a Matt.12.d Ioann.7.f Supra11.e eccl'i.24.d Iſaiæ.37.a 1.Pet.2.a Cant.1.a prou.5.d.

¶Tur a.

M.E.C.D. 2017

¶Turbis autem concurrentibus,& c.)Postquã Saluator confutauit fallaciã blasphematorum,siue obtrectatorũ, hic secundo confutat fallaciam incredulorum, qui sub specie studiositatis quærebant signa curiositatis.Confutatur autem fallacia incredulitatis Iudæorum,& hoc triplici via. Primo enim gens illa arguitur, quia dubia ad credendum. Secundo, quia tepida ad discendum. Tertio, quia frigida ad pœnitendum. Primo igitur arguitur gens fallax & incredula: quia dubia ad credendum, quum dicitur.

Turbis autem concurrentibus, cœpit dicere: Generatio hæc,generatio nequam est.)Turbæ nanq; concurrebant,id est,ex diuersis causis ad ipsum currebant. Quidam ad audiendum documenta: quidam ad videndum miracula: quidam causa famis pellendæ: quidam causa sanitatis recuperandæ: quidam ad insidiandum: Alij ad obsequendum, secundum diuersa genera personarum, quæ in euangelio exprimuntur.Ii autem sicut dicit glossa,Currebant ad videnda mirabilia, quæ ab eo fieri audiebant,quæ volebant videre,non ex zelo fidei, sed potius ex dolo, & curiositate, & fraudulentia veri.Et propterea dicit:(Generatio hæc, generatio nequam est.) Et Matt.12.dicitur,Generatio mala & adultera signum quærit,nequam enim & adultera est, propter infidelitatem, & idololatriam. Vnde competit ei illud Prou.30. Generatio quæ patri suo maledicit,& quæ matri suæ non benedicit.Et illud Deut.32.Generatio peruersa est,& infideles filij eorum.Infidelitas apparet ex quæstione curiositatis.Propter quod subdit.(Signum quærit.) Scilicet de cœlo,Glossa:Quasi illa quę viderant,non fuerint signa. Et quia huiusmodi, propter incredulitatem non erant cœlestes,sed terreni:non spirituales, sed potius animales Ideo denegantur eis signa cęlestia,sed concedũtur terrestria.Ideo dicit,(Et signum non dabitur ei, nisi signum Ionæ prophetæ.)Hoc quidem dicit,non quia alia signa non dederit. [illegible]de Lazarum suscitauit quatriduanum,sicut dicitur Io[illegible]11. Et vox de cœlo ad eum facta est. Ibidẽ.12 d[illegible]ann.12. Et multa alia fecit signa in conspectu omnium, de quibus dic[illegible]ur. Ioann.20. Quod non sunt scripta in libro

¶Turbæ diuersas ob causas ad Christũ confluxerũt.

Glossa.

Mat.12.c. pro.30,b.

Deu.32.c.

Glossa.

Ioan.11.f.

Ibidẽ.12 d

Ioã.20.g.

M.E.C.D. 2017

libro suo. Et rursus, sol obscuratus est in morte. Infra. 23. Infr .23.f.
Sed quia omnia alia signa non valent, nisi credenti deũ passum, tertia die resurrexisse, cuius figura præcesit in Iona propheta. Et ideo Ioan. 2. Pharisæis quærentibus. Ioan.2.d.
Quod signum ostendis nobis quia hæc facis? &c̃. Dixit eis: Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud. Subiungitur: Ille autem dicebat de templo corporis sui. Et huius figura præcesit in Iona, quem tertia die Ionę.2.d.
euomuit piscis. Et ideo creditum fuit ei à Niniuitis. Propter quod subdit. (Nam sicut fuit Ionas signum Niniuitis, ita & erit filius hominis generationi isti.) Ionas enim fuit Niniuitis signum non tantum verbo, sed etiam miraculi facto: quia in mare proiectus, & à pisce absorptus, die tertia est ad superna regressus. Per quod designauit, CHRISTVM passum, mortuum, & suscitatum. Vnde Matth. 12, aptatur huiusmodi signum proposito, hoc mo Mat.12.c.
do. Sicut fuit Ionas in vẽtre ceti tribus diebus & tribus noctibus, sic erit filius hominis in corde terræ. Qui ergo huic signo non credit durior est Niniuitis, nec alia signa domini in aliquo prosunt ei.

Secundo arguitur Iudæorum generario, quia tepida ad discendum, cum subditur. (Regina Austri surget in iudicio cum viris generationis huius.) Ex quo apparet, quòd resurrectio erit vniuersalis, non tantum bonorum sed etiam malorum. Et quòd erit ad iudicia, secundum illud Ioann. 5. Omnes qui in monumentis sunt, audient Ioan.5.c.
vocem filij Dei, & procedent & c. Sed quia mali condemnabuntur comparatione meliorum, ideo subdit. (Et cõdemnabit illos.) Beda: Non potestate iudicij, sed compa Beda.
ratione melioris facti quod factũ ostendit in hoc. quod ait. (Quia venit à finibus terræ audire sapientiam Salomonis) secundum quod dicitur. 2. Para. 9. Regina Saba 2.par.9.a.
cum audisset famam Salomonis, venit vt tentaret eum, in ænigmatibus in Ierusalem. Simile dicitur. 3. Regũ. 10. 3.Re.10.a
Vnde in tribus fuit laudabilis. Et primo quia mota fuit fama sapientiæ Salomonis. Secundo vero, quia venit de remotis partibus. Tertio vero, quia ve[illegible]d hominem paris conditionis. Et econtrario hic populus tripliciter erat vituperabilis, quod notat cum subdi[illegible] (Et ecce plus

quàm

M.E.C.D. 2017

quàm Salomon hic.) In hoc enim quod dicitur(ecce)no
tat se cognitum,nõ tantum per auditũm, sed per visum
Baruc.3.d secundum illud Baruc.3. Post hæc in terris visus est &c.
In hoc quod addit(hic)ostendit, quòd non erat absens,
Deut.30.c sed præsens,vt possit eis meritò dici illud Deut.30. Man-
datum hoc quod ego prȩcipio tibi hodie.non est procul
situm &c. In hoc vero quod dicit(plus quàm Salomon)
ostendit, quòd non tantum credendum est ei, sicut viro
sapienti.sed sicut principio & fonti totius sapientiæ, se-
Ioan.8.c. cundum illud Ioann.8. Ego principium qui & loquor
vobis.Maior erat nanq; CHRISTVS Salomone ratio-
ne potentiæ,ratione scientiæ,& ratione iustitiȩ.Vnde si-
psalm.71. bi competit precipuè psalm.ille. Deus iudicium tuum re
gi da &c. Qui in laudem Salomonis creditur à Iudæis
factus,cum ibi dicatur:Dominabitur à mari vsq; ad ma-
re.Et iterum:Ante solem permanet nomen eius. Et iterũ
Benedicentur in ipso omnes tribus terrȩ &c.Ille Salomõ
Isaiȩ.9.b. pacificus fuit ad tempus,sed iste æternaliter.Isaiȩ.9. Mul
tiplicabitur eius imperium,& pacis non erit finis. Ille sa
1.Cor.1.d piens,sed iste sapientia. 1.Corinth.1. CHRISTVM Dei
Colos.2.a virtutem & sapiẽtiam &c. Et Colo.2.In quo sunt omnes
thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi &c. Ille faciens
iustitiam,sed iste ipsa iustitia.1.Corinth.1.Qui factus est
nobis sapientia & iustitia &c.Ideo hic septem prȩeminẽ-
tias meretur regina illa Austri,comparatione ad Iudȩos
incredulos.Regina,sexus fragilis:De remotis,cum diffi-
cultate.Relicto imperio,cum muneribus.Ad purum ho-
minem,sola fama cognita,venit,sicut expressè colligitur
3.Re.10.a ex.3.Reg.10. Sed Iudæi,viri,CHRISTVM præsentem,
ac dein gratis oblatum,sui generis beneficum,Deum & hominẽ
ceps. miraculis probatum,contemnunt & despiciunt.

Tertio arguitur Iudæorum generatio, quia frigida
ad pœnitendum,cum subdit. (Viri Niniuitæ surgent in »
iudicio cum generatione hac, & condamnabunt illam) »
Et hoc propter eorum pœnitentiam,& Iudȩorum impœ
nitentiam. Ex comparatione enim meliorum arguũtur
minus boni. Propter quod subdit:(Quia pœnitẽtiã ege- »
Ionæ.3.b rũ ad prȩdicationẽ Ionȩ.) Ion.3. Crediderũt Niniuitȩ in »
dñm,& p̃dicauerũt ieiuniũ,& vestiti sunt saccis. Et tamẽ

Ionas

M.E.C.D. 2017

Ionas erat ignotus, prędicauitq; paucis diebus. Erat etiã homo purus & nullum fecit miraculũ. Sed maiora his oſtẽdit CHRISTVS Iudæis, ideo ſubdit. (Et ecce plus quàm Iona hic.) Quia CHRISTVS nõ tantũ erat homo. verumetiam deus. Quod oſtendebat magnitudine miraculorum. Non prędicauit paucis diebus. ſed multis hoc eſt, tribus annis. Ideo magis condemnatur duritia incredulitatis in Iudæis. Vnde Chryſoſtomus. Niniuitæ inter tres dies, facti ſunt populus dei, qui tamẽ prophetas non habuerunt. Iudæi intra tres dies crucifixionis, facti ſunt populus diaboli, Illi euaſerunt vindictam imminẽtẽ, iſti pertulerunt atrociſſimã. Sic patet, quomodo fraudulentia Iudæorũ, qui quærebant ſigna, vt tentarẽt, per exempla conuicta ſit, vt infidelitatis duritia non permaneret. Sic etenim Iudæi, (qui audiebãt legem, & prophetas, & CHRISTVM videbant, & non credebãt) arguũtur cõparatione reginæ Saba, & Niniuitarum. Sic clerici & alij literati argui poſſunt, comparatione mulierum & laicorum. Nã clerici CHRISTVM in ſcripturis, & manibus contrectant in ſacramẽtis, & tamen minus credũt & venerãtur, quàm mulieres & laici. Vnde nũc poſſumus dicere illud Matt. 21. Publicani & meretrices præcedent vos &c. Et rurſus Auguſtinus in libro cõfeſſionũ. Idiotæ rapiunt cœlum, & nos cum literis noſtris ad infernа demergimur. Poſſent & his exemplis argui omnes Chriſtiani qui tardi ſunt ad audiendum verbum dei, & ad faciendam pœnitentiam de peccatis. qui ad ſui excuſationem quærunt ſigna miraculorum. cum tamẽ ante oculos habeant CHRISTVM crucifixum, ita vt poſsit eis dici illud Gala. 3. O inſenſati Galatę, quis vos faſcinauit nõ obedire veritati, ante quorũ oculos IESVS CHRISTVS proſcriptus eſt, & in vobis crucifixus? Habentes igitur & vidẽtes ſignũ crucis Chriſti, nõ debemus cũ Iudęis eſſe dubij ad credẽdũ, nec tepidi ad audiẽdũ, nec frigidi ad pœnitendũ & operandũ, ne cõparatione reginæ Auſtri & Niniuitarũ condemnemur à domino.

Chryſoſ.

Matt. 21. c

Auguſtũ.

Galat 3. a

¶ Nemo lucernam accendit & c.) Poſtquam ſaluator cũ futauit fallaciam blaſphematorum, & incredulorum. ſiue tentatorũ, in hac parte confutat fallaciã ſimulatorũ.

Habet

M.E.C.D. 2017

Habet autem pars ista duas partes. In quarũ prima, cõ-
mendat simplicitatem intentionis rectæ. In secũda vero
Inf.eo.e. cõfutat dolositatem simulationis malignæ, ibi. (Et cum
loqueretur rogaunt eũ &c.) Ad commendandam igitur
simplicitatem rectę intentionis, primo tria introducũtur
scilicet similitudo rationalis, adaptatio similitudinis, &
informatio commendabilis. Primo itaq; introducitur si-
militudo rationalis, cum dicitur.

Nemo lucernam accendit, & in abscõdito ponit, neq; »
sub modio.) Lucerna dicitur vehiculũ luminis, siue vas »
luminis contẽtiuũ, quę siue materialis sit, siue spiritualis.
non est abscondenda. Lucerna enim materialis absco-
dita, lumen non tribuit, sed est prorsus inutilis. Similiter
Eccli.20d nec spiritualis. Vnde Eccli.20. Sapientia absconsa, & the
saurus inuisus, quæ vtilitas in vtriq;? Melior est qui coc-
lat insipientiam suam, quàm qui abscondit sapientiam
suam. Et ideo hæc lucerna non debet abscondi, sed ma-
nifestari. Vnde subdit. (Sed supra candelabrum.) scilicet »
ponit. (Vt qui ingrediuntur, lumen videant.) Quãto au »
tem lucernæ altius ponuntur, tanto clarius resplendent
Et ideo, super candelabrum, sicut supra locum excelsum
Zach.4.a debent poni. Iuxta visionem Zach,4. Vidi, & ecce cande-
labrum aureũ lampas eius super caput ipsius, & septem
lucernæ eius super illud.

Secũdo vero adiungitur adaptatio similitudinis, cũ
subditur: (Lucerna corporis tui, est oculus tuus) Corpo- »
ris nanq; materialis oculus, corporalis est lucerna, quia
totũ corpus dirigit & illuminat. Corporis vero spiritua-
lis, id est, congeriei bonorũ operũ lucerna, est oculus spi-
ritualis, id est, intentio. Intentio nanq; dicitur oculus &
lucerna. Oculus inquantũ illuminatur à Deo, ad totius
hominis directionem. Lucerna vero, inquantũ omniũ
actionũ, cogitationũ, & affectionũ cõgeriẽ dirigit, qua-
Sup.1.g. si gressus hominis in viam pacis. secundũ illud supra, 1.
Illuminare his qui in tenebris & in vmbra mortis sedẽt
&c. Lucernæ enim est illuminare. Et propterea verbum
psalm.118 Dei dicitur luc[illegible]a. secũdũ illud Psal. Lucerna pedibus
meis verbum tuum, & lumen semitis meis, scilicet quan
1.pet.1,d, tum ad credenda. 2. Pet. 1. Habemus firmiorem prophe-
ticum

ticum ſermonem, cui bene facitis attendentes, quaſi lucernæ lucenti, in loco caliginoſo. Quantũ ad agenda, dicitur mandatum. Prouerb. ſexto. Mandatum lucerna eſt, & lex, lux. Dicitur etiam prędicator. Ioannis quinto. Ipſe erat lucerna ardens & lucens. Et Philippen. ſecũdo. Inter quos lucetis, ſicut luminaria in mundo. Dicitur & donum ſpiritus ſancti. Exodi vigeſimo quinto. Facies & lucernas ſeptem, & pones eas ſuper candelabrũ, id eſt dona ſeptem ſpiritus ſancti, ſupra CHRISTVM. Dicitur etiam opus, Infra duodecimo. Sint lumbi veſtri præcincti, & lucernę ardentes in manibus veſtris. Dicitur etiam intentio: quæ ſi fuerit ficta, extinguitur, ſecundum illud Iob decimo octauo. Lux obtenebreſcet in tabernaculo illius: & lucerna quæ ſuper eum eſt. extinguetur. Si autem recta eſt, totum illuminat bonorum operum corpus Vnde lucerna primo competit verbo dei, & dono ſpiritus ſancti. Et per hoc competit intentioni cordis. Et inde deſcendit eloquium prædicationis veræ, & in opus conuerſationis ſanctæ. Dicitur autem de his, ſecundum quoddam genus analogiæ. Eſt ergo lucerna intentionis rectę: quaſi media, ſuſcipiens a ſuperiori, & redundans in totam congeriem operum. Propter quod ſubdit. (Si oculus tuus fuerit ſimplex,) id eſt, intentio recta, (totum corpus tuum lucidum erit.) Vt enim dicit Ambroſius, intentio operi tuo nomen imponit. Ex quo apparet, quod de oculo cordis intelligit. Cuius optima diſpoſitio, eſt ſimplicitas, ſecundum illud, primi Paralipomenõ vigeſimo nono. Scio deus meus quod probas corda, & ſimplicitatem diligas. Dicitur autem oculus ſimplex, qui vnicum bonum & ſummum, quod indiuiſibile eſt, intendit. Et talis ſolus eſt rectus, qui tendit ad illud. Vnde de Iob. dicitur primo capit. quod erat vir ille ſimplex & rectus. Et talis diligit deum. ſecundum illud Canticorum primo. Recti diligunt te. Et Canticorum quarto. Vulneraſti cor meum ſoror mea ſponſa, vulneraſti cor meum, in vno oculorum tuorum, & vno crine colli tui, id eſt, in vnitate & ſimplicitate intentionis rectę, quæ ſ[illegible] deo placet. Et quia tales quicquid faciunt ex charitate faciunt, ideo totum rectum eſt, & bonum & lucidum, ſecundum illud,

proue. 8. c
Ioan. 5. f.
philip. 2b
exo. 25. d
Infr. 12. e
Iob. 18. b.
Ambroſi.
1. paral. 29.
Iob. 1. a
Canti. 1. a
Cant. 4. b

Im Ephe-

M.E.C.D. 2017

ephe.5.b. Epheſios quinto. Vt filij lucis ambulate. Fructus enim lucis, eſt in omni bonitate, & iuſtitia, & veritate, & cętera Et quoniam de corde ſic illuminato, non procedunt niſi opera lucis. Sicut nec arbor bona poteſt malos fructus facere Ita ex corde tenebroſo non procedunt opera niſi tenebrarũ· ſicut nec arbor mala fructus facit, niſi malos. Et ideo ſubditur. (Si autem nequã fuerit, etiam corpus tuum tenebroſum erit.) Oculus enim nequam deprauat voluntatẽ, & facit eam iniquã. Illa autem deprauatà, de-

eccli.14.b prauãtur & opera. Vnde Eccli.14. Nequã eſt oculus liuidi & auertens faciem ſuã, ſcilicet a deo, & deſpiciens animã ſuã. Et paulo poſt. Oculus malus ad mala. Vnde cum de-

eccli.11.b prauatur intentio, deuiatur a via lucis, & incedit per tenebras, ſecundum illud Eccleſiaſtici vndecimo. Error & tenebræ peccatoribus concreata ſunt. Cum autem obtenebratur intentio & deformatur: obtenebratur & deformatur opus. Vnde in gloſſa. Semper peruerſa intentio,

Gloſſa. præceſſit prauũ opus, etiam ſi iuſtum videatur. Et ideo dicitur corpus tenebroſum, quod quidem dicitur pecca-

Rom.13.d ti opus, de quali habetur Roma. decimo tertio. Abijciamus opera tenebrarum. In hoc ergo apratur ſimilitudo lucernæ, vt ſicut lucerna ſuper candelabrum, ſic intentio ſimplex, & ſurſum directa, eſt lucida, deorſum vero eſt curua, nequã, & obſcura. Nõ ergo debet quis in ſuis operibus procedere cum duplicitate & ſimulatione hypocri-

prou.11.a ſis, ſed magis cum luce & ſimplicitate intentionis. Nam Prouerb. vndecimo. Iuſtitia ſimplicis diriget viam eius, & in impietate ſua corruet impius.

Tertio ſubditur informatio cõmendabilis, cum dicit. (Vide ergo, ne lumen quod in te eſt, tenebrę ſint,) id eſt, „ ne intentio, per quam debes eſſe lux, vitiorũ tenebris ob ſcuretur. Loquitur autem conuerſis ad ſe, de quibus ait

epheſ.5.b Apoſtolus Ephe, quinto. Eratis aliquando tenebrę, nunc autem lux in domino. Vt filij lucis ambulate, vt ſcilicet fitis filij illius lucis, quæ illuminat omnem hominem ve-

Ioan.1.b nientem in hunc mundum. Ioannis primo. Non filij ho-

Ioan.3.b. minis, de quibus Ioannis tertio. Lux venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras quàm lucem, erãt enim eorum mala opera. Quoniam ergo praua intẽtio

totum

M.E.C.D. 2017

totum opus deprauat, ideo docet eam præcipuè esse ca-
uendam, cũ dicit, (Vide ergo &c.) Sed rursus quia inten-
tio non potest esse lucida, nisi adsit operatio bona, ideo
« subdit. (Si ergo corpus tuum totum lucidum fuerit, non
« habens aliquam partem tenebrarũ,) vt videlicet non sit
prauitas in intentione, nec cogitatione nec affectione,
nec locutione, nec operatione, quæ sunt partes totalita-
tis nostræ, & operationis meritoriæ, siue demeritoriæ.
Si igitur in his non fuerit ex aliqua parte impuritas, erit
« verum illud quod sequitur, (erit lucidum totum, & sicut
« lucerna fulgoris illuminabit te,) id est conscientiam tu-
am, secundum petitionem propheticam. Quoniam tu
illuminas lucernam meam domine, deus meus illumina
tenebras meas, secundum quod habetur in Psalm. Illu- psalm. 17.
minabit etiam te, ad ædificandum CHRISTI ecclesi-
am, secundum illud mandatũ domini, Matthæi quinto. Matt. 5. b
Sic luceat lux vestra corã hominibus, vt videãt opera ve-
stra bona, & glorificent patrem vestrum qui in cœlis est.
Illuminabit etiam te, ad confutandam prauitatem alie-
nam, secundum illud Philippenses secundo. Sitis sine re- philip. 2 b
prehensione, in medio nationis prauæ & peruersæ, inter
quos lucetis, sicut luminaria in mundo: verbũ vitæ con-
tinentes. Illuminabit etiam te, ad habendam diuinam
notitiam, secundum illud Ecclesiastici secundo. Qui ti- eccl'ci. 2. b
metis dominum, diligite illum: & illuminabuntur corda
vestra. Illuminabit etiam te ad videndum claritatem di-
uinam. Tobię. 13. Luce splendida fulgebis. &c. Tobi. 13. c
¶Et cum loqueretur, rogauit eum quidam Pharisæus, vt
pranderet apud se.) Postquam Euangelista commenda-
uit simplicitatem intentionis rectæ, in hac parte confu-
tat dolositatẽ simulationis malignæ. Habet autem pars
ista, partes duas. In quarum prima præmittitur increpa-
tio duplicitatis. In secũda subditur comminatio calami-
tatis. Ibi, (Sed væ vobis Pharisæi, & cætera.) Circa in- Infr. eo. f
crepationem duplicitatis, introducuntur tria. Primum
est, iudaicæ simulationis malignitas. Secundum est, in-
crepationis seueritas. Tertium vero charitatiuæ admo-
nitionis suauitas. Primo igitur quantũ ad simulationis
malignitatem ex parte Pharisæi, dicit.

M.E.C.D. 2017

Et cum loqueretur, rogauit eum quidam Phariſæus, »
vt pranderet apud ſe.) In quo facto exterius prętendebat »
pietatem, in releuanda CHRISTI indigentiâ, de quâ
pſalm .39. ipſe in Pſal. dicit, Ego autem mendicus ſum & pauper.
Ad quam releuandam CHRISTVS eleemoſynas accea
pit, nec tantum accepit, ſed & mendicauit, cum adhuc
Bernard. eſſet annorũ duodecim, ſicut dicit Bernardus in quodã
ſermone. Cũ factus eſſet IESVS, & cætera. Vbi quærit
quis eum in illo triduo cibauerit, & dicit ſic. Vt te per o-
mnia noſtræ conformares paupertati, & omnes vitæ hu-
manæ calamitates ſuſciperes, quaſi vnus ex turba paupe
Supra. 2. f rum, ſtipem per oſtia mendicabas. Quis dabit me buc-
cellarum illarum mendicatarũ participem fieri, vel illius
Gloſſa. diuini edulij reliquijs ſaginari? Vnde gloſſa ſuper illud,
2. Corin. 8 ſecũdę Corin. octauo. Propter vos egenus factus eſt, &c.
Non erubeſcas cum tua mendicitate ad illum accedere,
qui pro nobis factus eſt pauper. Vnde ad ſuam indigen-
tiam releuandam, non ſolum a bonis, ſed etiam a malis
accipiebat eleemoſynam. Vnde ſubditur. (IESVS autem »
ingreſſus recubuit.) In quo dat nobis formã quod pec- »
catores occulti nõ ſunt vitandi, & quod à malis eleemo-
ſynæ licitæ accipi poſſunt, vt fiant boni, dum non dent
de alienis, vel male acquiſitis. Et quod peccatores ſunt
per beneuolentiam attrahendi. Et quod inimicis & ſe-
ductoribus noſtris debemus eſſe beniuoli, ſicut ille, qui
cum illo recubuit, à quo ſciebat in corde ſe deſpici & iu-
dicari. Propter quod ſubditur. (Phariſæus autem cœpit »
intra ſe reputans dicere,) id eſt, rationem & cauſam in- »
quirere, ſcilicet (quare non baptizatus eſſet,) id eſt, lotus »
more Iudæorum, (ante prandium) ac per hoc ipſum iu- »
dicans tanquam immundum, & contemptorem pater-
narum traditionum. Vnde ſimile leguntur Phariſæi do-
Matt. 15. a mino, & eius diſcipulis obieciſſe, Matthæi decimo quin-
to. Quare diſcipuli tui tranſgrediuntur traditionem ſe-
niorum? Non enim lauant manus ſuas cum manducãt.
Hoc autem erat apud Iudæos præcipuum. Vnde dicitur
Marc. 7. a Marci ſeptimo. Phariſæi enim & omnes Iudæi, niſi cre-
bro lauerint manus non manducant, tenentes traditio-
nem ſenioru[m]: & a foro, niſi baptizentur, non come-
dun[t].

M.E.C.D. 2017

dunt. Et ratio huius erat: quia maximam vim faciebant, in seruanda munditia corporum. Vnde duplex ostenditur ex hoc simulatio in pharisęo. Prima, quia eum quem pię reficiebat exterius, impię iudicabat interius. Secunda, quoniam zelabat munditiam corporalem, nec attendebat spiritualem. Et ideo Hypocrita erat, tam in conspectu hominum, quam dei, contra illud Ecclesiastici .1. Né accesseris ad illum duplici corde. Et ne fueris hypocrita in conspectu hominum. ecc'i.1. d.

Secundo, quantum ad imcrepationis seueritatem ex
« parte magistri, subdit. (Et ait dominus ad illũ, Nunc vos
« pharisæi, quod deforis est calicis & catini mũdatis.) Calix est vas ad bibendum. Catinus ad manducãdum. Et hæc vasa maximè mundabant Pharisæi & Iudæi, quia putabant se inquinari per cibum & potum, & inquinari per immunditiam vasorum. Vnde Marci septimo dicitur ꝙ multa sunt quæ rtadita sunt illis seruare, baptismata calicum, & vrceorum, & æramentorum, & cæ. Quia vero (vt dicit Ambrosius,) calix est vas vitreum, & catinũ vas fictile: & quia vtrunq; fragile, rectè designat fragilitatem humani corporis, circà quam Pharisæi erant potissimè intenti, neglecta munditia conscientiæ. Et hoc erat reprehensibile, Nam dicitur Isaiæ primo. Lauamini, mundi estote, auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis. Et Ieremiæ quarto. Laua a malitia cor tuum Ierusalem, vt salua fias. Quod Pharisæi non obseruabant. Propter quod addit. (Quod autem intus est ve-
« strum, plenum est rapina & iniquitate.) Ac per hoc immundum & abominabile. Vnde de eis poterat dici illud Michæę sexto. Diuites eius repleti sunt iniquitate, & habitantes in ea loquebantur mendacium. Ecclesiastici primo. Accessisti malignè ad dominum, & cor tuum plenum est dolo & fallacia. Quia non habet intra, quod simulat extra. Et ista erat non tantum malitia, sed & stultitia, quia neglecto meliori, de corpore tantum cu-
« rabant. Vnde subditur. (Stulti, non[illegible] qui fecit quod
« deforis est,) scilicet corpus, (etiam q[illegible]deintus est, fe-
« cit?) scilicet spiritum. In quo simul damnatur hæresis Manichæorum, qui deo actori tribuunt spiritum, & dia-

Marc.7.a

Ambros.

Isaiæ.1.e.

Ierem.4.d

Mich.6.c

ecc'i.1.d.

Mi[illegible] bolo

M.E.C.D. 2017

Gene.2.b bolo corpus: cum tamen dicatur Geneſis ſecundo. Formauit dominus deus hominem de limo terræ, & inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitæ. Confutatur etiam hypocriſis Phariſæorum, qui deo ſatagebant placere, ſolius corporis purificatione, cũ tamen dominus fecerit
eccl's.12 vtrunq;, & maximé ſit conditor animæ, Secũdum illud Eccleſiaſtes.12. Spiritus redeat ad deum qui dedit illum.
ezec.18.a Et dominus præcipuè ſe vocat deũ animarũ. Ezechie.18. Omnes animæ, meę ſunt, vt anima patris, ita & anima filij, Et propter hoc vult maximè animarũ mundiciã: & ta-
Matt.5.a. li promittit ſuã præſentiã, ſecundũ illud Matthæi quinto. Beati mundo corde, quoniam ipſi deum videbunt. Et ideo Phariſæi, qui de hàc non curabant, vt ſtulti erant. Vnde Chryſoſtomus. Deus neque corporum mun-
Chryſoſ. ditiam laudat neque ſordes condemnat. Pone tamen quod ſordes odit vaſorũ, quanto igitur magis conſcientiæ ſordes odit? vnde de hac præcipuè curandum, quia
ad tit.1.d ſine munditia conſcientiæ, nihil eſt mundum. Ad Titũ primo. Omnia munda mundis, coinquinatis autem & infidelibus, nihil eſt mundum, ſed inquinatæ ſunt eorũ & mens & conſcientia.

Tertio quantum ad admonitionis ſuauitatem ex parte medici, ſubiungit. (Veruntamen quod ſupereſt, date » eleemoſynam.) Quod ſupereſt, hoc eſt, remedium quod » reſtat, eſt, vt per eleemoſynam purgetis nequitiam. Secunda enim tabula, quæ reſtat poſt naufragium, eſt pœnitentia. Et hoc modo accipitur hic eleemoſyna, quod patet in hoc quod ſequitur. (Et ecce omnia munda ſunt » vobis.) Impoſsibile enim eſt, omnia poſſe mundari, per »
¶Eleemoſyna pro quolibet opere bono. ſolius exterioris eleemoſynæ erogationem: ſed vocatur hic donatio eleemoſynæ quodlibet opus miſericordiæ ordinatę, quę primum incipit à ſe ſecundum illud Eccleſiaſtici trigeſimo. Miſerere animæ tuę placens deo. Hanc
eccl'1.10 d miſericordiam ſibi impendit, cum ſe per pœnitentiam purgat a vitijs. Nam aliter crudelis eſt ſibi, ſecundum ilpſalm.10. lud Pſam. Qui diligit iniquitatem, odit animam ſuam. Aliter poteſt exponi, de eleemoſyna propriè dicta, vt ſit ſenſus. (Quod ſupereſt, date eleemoſynam,) id eſt, de eo, quod ſupereſt, vt ſic tangatur eleemoſynæ forma,

ſecundu

M.E.C.D. 2017

secundum illud .2. Corinthiorum octauo . Non vt alijs sit remissio,vobis autem tribulatio.Et post formam subditur efficacia cum ait,(Ecce omnia munda sunt vobis.) quia elecmosyna disponit ad gratiam , per quam mundatur anima tota.Et propter hoc dicitur.1.Timothei.4. Pietas ad omnia vtilis est, promissionem habens vitæ. quæ nunc est & futuræ . Licet autem eleemosyna dicatur valere ad tria principaliter,tamen septiformis ostenditur eius efficacia in scriptura.Prima est,quia animam mundat à culpa,sicut hic habetur, Et etiam Ecclesiastici tertio.Eleemosyna patris nõ erit in obliuione.Et paulo post.Et sicut in sereno glacies , soluentur peccata tua. Secunda est,quia liberat à pœna æterna.Tobiæ.4.Eleemosyna ab omni peccato,& à morte liberat,& nõ patitur animam ire in tenebras. Tertia,quia defendit a pœna transitoria.Danielis quarto.Peccata tua eleemosynis redime & cætera. Quarta est,quia mitigat fomitis concupiscentiam.Ecclesiastici tertio.Ignem ardẽtem extinguit aqua,& eleemosina resistit peccatis. Quinta,quia dat de hoste victoriam. Ecclesiastici vigesimo nono.Cõclude eleemosynam in corde pauperis,& hæc pro te exorabit.Et paulo post. Super scutum potentis,& super lanceam,aduersus inimicum tuum pugnabit. Sexta,quia conseruat gratiam, secundum illud Ecclesiastici decimo septimo.Eleemosyna viri,quasi sacculus cum ipso,& gratiam hominis quasi pupillam conseruabit . Septima, quia dat fiduciam perueniendi ad gloriam . Thobiæ quarto.Fiducia magna erit coram summo Deo eleemosyna, facientibus eam.Hi septem effectus sunt ipsius eleemosynæ , quæ tam corporaliter , quàm spiritualiter exhibentur. Opera misericordiæ corporalis,hoc versu designantur.Visito,poto,cibo,redimo,tego, colligo, condo. De quibus, præterquam de Vltimo . Matthæi vigesimo quinto.Disceptatur in iudicio . De vltimo verò fit mentio Tobiæ.2. Ad hoc autem quod eleemosyna habeat has efficacias , necessaria est pri[illegible]simplicitas in corde . Vnde Matthæi sexto. Te aute[illegible]facicnte eleemosynam,nesciat sinistra tua & cætera. Secundo vero discretio in electione secũdum illud Ecclesiastici duodecimo.

2.Cor.8.c

¶Septiformis est eleemosyne efficacia.

ecclici.3.b.

Tobi.4.b

Dani. 4.c

eccle .3.d.

ecclı.29.b

ecclici.17.c

Tobi.4.b

Tobi.2 .a

Matt.25.c

¶Quãdo eleemosyna suas fortiatur efficacias

M.E.C.D. 2017

eccl'i.12.a Si benefeceris, scito cui benefeceris. Tertio vero com-
Isaiæ.58.c passio in affectione. Isaiæ.58. Cum effuderis esurienti a-
Iob.30.d nimam tuam,& cę.orietur in tenebris lux tua. Et Iob.30
Flebam quondam super eo qui afflictus erat, & compa-
tiebatur anima mea pauperi. Quarto verò dulcedo in
eccl'i.18.b sermone. Eccli.18. Nonne ardorem refrigerabit ros? sic &
verbum melius,quàm datum. Quinto,hilaritas in facie
eccl'i.35.b Eccl'i.35. In omni dato hilarem fac vultum tuum. Psalm.
psalm.111. Iocundus homo qui miseretur,& c. Sexto debita quan-
Tobi.4.b titas in munere. Tob.4. Quomodo potueris,ita esto mi
sericors. Si multum tibi fuerit,& c̄. Septimo vero celeri-
proue.3.d tas in opere & exhibitiõe. Proue.3. Ne dicas amico tuo:
Vade,& reuertere,& c. Et tunc fit eleemosyna ex toto ho
mine,ac per hoc est à deo accepta & placens.

¶Sed væ vobis Pharisæis,& c.) Post increpationem du-
plicitatis,subditur hic duplicitatis & hypocrisis commi-
Matt.23.b natio calamitatum. Vnde Mat.23.quasi superadditur ista
determinatio: Væ vo bis Scribæ & Pharisæi hypocritæ.
Et quoniam hæc duo genera personarum, scilicet Pha-
risæorum & Scribarum,simulabant maximè religionem
Ideo contra has duas personas facit suam inuectionem
sed in Mat.simul: hic autem distinctè. Ideo pars ista ha-
bet duas. In prima comminatur væ ipsis Pharisæis. In se
Infr.eo.f cunda vero Scribis,siue legisperitis,ibi: (Respondens au
tem quidam ex legisperitis,& c.) Cõminatio aũt damna
tionis æternę,tertio replicatur contra pharisęos,propter
triplicẽ causam .s.propter negligentiã,propter arrogan-
tiã & propter fraudulentiã,vt sit negligentia in omissio
ne boni,arrogantia in cõmissionemali,fraudulentia in
occultatione mali,&ostentatiõe boni. Primo igitur cõ-
minatur pharisæis,pœnã æternã propter negligentiam:
qua minimis intẽti omittebãt maxima. Et hoc cũ dicit:
Sed vę vobis pharisęis,quia decimatis mentã,& rutã & »
omne olus,) Quasi multũ sitis intẽti ad impletionẽ diui »
Infra.18.c norũ mandatorũ. Vnde Infra.18. se iactabat Pharisæus.
Decimas do omnia quæ possideo. Sed tñ per hoc nõ iu
stificabantur,propter omissionẽ optimorũ. Vnde addit:
(Et præteritis oẽ iudiciũ, & charitatẽ dei.) Id est,iustitiã »
& misericordiã. Et hoc est, quod maximè requirit deus,
secũdum

M.E.C.D. 2017

ſecundũ illud Mich. 6. Indicabo tibi ô homo, quid ſit bo num, & quid dñs requirat à te. Vtiq; facere iudiciũ, & di ligere miſericordiã. Et hanc vocat charitatẽ. Zac. 7. Iudi cium verũ iudicate: & miſericordiã, & miſerationes faci te vnuſquiſq; cũ fratre ſuo. Ita q̃ ſit iudiciũ reſpectu ſui, & charitas ſiue miſericordia reſpectu proximi. Vel per iu diciũ intelligatur, diuinũ prçceptũ, ſecundum illud pſal. Iudicia dñi vera, iuſtificata in ſemetipſa, &c. Charitas aũt dicitur præcepti finis, & cõplementum. 1. Tim. 1. finis præ cepti, eſt charitas, & c. Vel per iudiciũ intelligũtur præce pta iudicialia, ſecundum illud. Exo. 21. Hæc ſunt iudicia quæ propones eis: Si emeris ſeruũ, & c. Per charitatẽ mo ralia. Vnde Rom. 13. Qui diligit proximũ, legem imple uit: Nam, Non adulterabis, & c. Arguit igitur eos: quia propter cæremonialia dimittebant iudicialia, & mora lia, quæ magis ſolicite erãt facienda, & propterea addit: « (Hæc aũt oportuit facere,) Scilicet iudicium & charitatẽ Primo & principaliter. Vnde Oſe. 6. Miſericordiã volui, « & nõ ſacrificium: & ſcientiam dei plusq̃ holocauſta (Et il « la nõ omittere) quia Eccl'i. 19. Qui ſpernit modica, paula tim decidet. Et Eccl's. 7. Qui timet deum nihil negligit.

Mich. 6. b

Zach. 7. c

pſalm. 118

1. Tim. 1 b

exod. 21. a

Rom. 13. c

Oſeç. 6 c.

eccl'i. 9. a.

eccl'es. 7. c

Secundo hanc comminationem irerat propter arro « gantiam, cum ſubdit: (Væ vobis Phariſæis: quia diligitis « primas cathedras in ſynagogis,) Quantum ad ambitio nem dignitatis: Vnde gloſſa: Arrogantiã redarguit: quia primatus dignitatem appetebant. Hæc aũt non eſt appe tenda. Vnde Eccleſi. 7. Noli quærere ab homine ducatũ, neq; à rege cathedram honoris. Nam talis cathedra nõ eſt veræ excellentiæ, ſed magis peſtilentiæ, ſecundum il: lud, Pſalm. Beatus vir qui non abiit in conſilio impiorũ & in via peccatorum non ſtetit, & in cathedra peſtilen tiæ non ſedit: Super quam tamẽ ſedebant Scribæ & Pha riſæi: Verumtamen vt indigni: quia verba habebant, & non facta idonea. Vnde dicitur, Matth. 23. Super cathe dram Moyſi ſederunt Scribæ & Phariſæi: Omnia ergo quæcunquæ dixerint vobis, ſeruate, [illegible]facite, ſecundum opera vero eorum nolite facere. Et c[illegible] ad ambitionem dignitatis, ſequitur appetitus laudis, propterea ſubdit: « (Et ſalutationes in foro.) Id eſt, laudes in conſpectu mul

Gloſſa.

eccl'ci. 7. a

pſalmo. 1.

Matt. 23. a

torum

M.E.G.D. 2017

Matt.23.a torũ,vt cæteris honoratiores viderentur. Vnde Matt.23. additur,Amant ſalutationes in foro, & vocari ab homi-
nibus rabbi. Vnde hic arguuntur propter vanam gloriã propter quã,veritatem cognitam confiteri nõ audebãt,
Ioan.12.f. ſecundum illud Ioannis.12. Ex principibus aũt multi crediderunt in eum, ſed propter Phariſæos nõ cõfitebãtur, vt è ſynagoga nõ eijcerentur. Dilexerunt enim gloriam hominum magis, quàm gloriam dei. Ex quo apparet, q̃ laudes & honores hominum, ſecundum diuinam inforȝ
mationem omnino debemus cõtemnere,nõ vt Phariſæi,
Hierony. appetere. Etenim qui hæc amat, vt dicit Hierony. nõ eſt CHRISTI diſcipulus,ſed Scriba & Phariſæus. CHRISTVS enim eũ petebatur ad regnum, fugit in mõtem,
Ioan.6.b Ioannis.6. Cũque laudaretur, ſecedebat in deſertum ad
Supr.5.d. orandum. Supra quinto.

Tertio hanc cõminationem replicat propter fraudulentiam,cum ſubdit.(Væ vobis, quia eſtis vt monumẽta quæ non parent.) ſcilicet qualia ſunt intus, quia fœtida & immũda ſunt intus.ſed extra ſunt pulchra. Vnde addit. (Et homines ambulantes ſupra,neſciũt.) Tales ſunt hypocritæ,qui cum intra ſint mali,extra tamen videntur boni & perfecti. Vnde merito dicuntur ſepulchra, id eſt, ſemi pulchra,ſecundum illud Pſal. Sepulchrum patẽs eſt
pſalmo.5. gurrur eorũ,linguis ſuis &c. Et ideo nõ ſunt filij ſponſi,
Cant.1.b imo omnino oppoſiti. Nam Cant.1. Nigra ſum, ſed formoſa. Iſti autem albi ſunt ſed fœtidi, ideo merito dicun-
Matt.23.c tur monumenta. Vnde Matt.23. Væ vobis Scribæ & Phariſæi hypocritæ, quia ſimiles eſtis ſepulchris dealbatis, quæ foris parent hominibus ſpecioſa, intus vero plena ſunt
Chryſoſt. oſsibus mortuorum, & omni ſpurcitia. Vnde Chryſoſt. Iuſtorum corpora templa dicuntur, corpora vero peccatorũ ſepulchra, quia intus eſt anima mortua, nec enim viua puranda eſt, quæ nihil viuum,id eſt,ſpirituale egit in corpore. Et poſt. Dic Hypocrita,ſi bonum eſt bonum eſſe,cur nõ vis eſſe, quod vis apparere? Quod autem tur pe eſt apparere, [illegible]pius eſt eſſe. Aut ergo eſto quod appares aut appare q[illegible]les. Ex his domini verbis poteſt intelligi,qui ſint illi,qui debent hypocritæ iudicari,ſcilicet in quibus regnat negligentia, arrogantia,fraudulentia.

Hy-

M.E.C.D. 2017

Hi autem ſunt, qui minima præferunt maximis, tranſitoria æternis, apparentia veris. De his autem iudicare non eſt hominis cuiuſlibet, ſed CHRISTI, qui cor aſpicit, ſecundum illud primæ ad Corinthios quarto. Nolite ante tempus iudicare, quouſq; veniat dominus, qui illuminabit abſcondita tenebrarum & cætera. Nam dominus non reprehendit bonitatem apparentem, & euidentem, ſed ſophiſticam, & non exiſtentem. 1.Cor.4.3

¶Reſpondens autem quidam ex legiſperitis, & cætera.) Poſtquàm comminatus eſt væ Phariſæis, hic ſecundo comminatur Væ Legiſperitis, & hoc tribus de cauſis. Primo propter deſidiam, contra veritatem vitæ. Secundo, propter perfidiam, contra veritatem iuſtitiæ, ibi. (Væ vobis, quia ædificatis monumenta.) Tertio propter fallaciam, contra veritatem doctrinæ, ibi. (Vę vobis Legiſperitis, quia tuliſtis clauem, & cætera.) Hæc enim triplex veritas, maxime debet eſſe in doctoribus legis, ſed in Legiſperitis nihil erat, niſi hypocriſis. In comminando igitur gehennam propter deſidiam. Primo præmittitur oſtentatio authoritatis. Secundo adiungitur comminatio calamitatis. Primo igitur quantum ad oſtentationem authoritatis ex parte Legiſperiti, dicitur. Inf.eo.g. Ibidem.

« Reſpondens autem quidam ex legiſperitis.) Qui ſcilicet ſibi peritus eſſe videbatur, ſecundum illud Iſaiæ.5. Væ qui ſapientes eſtis in oculis veſtris, & coram vobiſmetipſis prudentes. Et quia tales videntur ſibi & docti & magni, ideo cõtumelioſum putant ab aliquo argui. Iſaiæ.5.e.

« Propter quod ſubdit, (Ait illi, Magiſter, hęc dicẽs etiam

« nobis cõtumeliam facis.) quod nõ diceret, niſi ex conſcientia ſentiret ſe ſimiliter tranſgredi, & ex ſuperbia nollet reprehendi. Vnde poterat ſibi dici illud. Rom.2. Cõfidis teipſum ducem cęcorũ, lumen eorũ qui in tenebris ſunt, eruditorem inſipientium, magiſtrum infantium, & cæt. Qui ergo alium doces, teipſum non doces? Doctrinam ſanam putant cõtumeliam, quia vt dicitur. Prouerb.18. Non recipit ſtultus verba prudentiæ niſi ea dixeris quæ verſantur in corde eius. Et vere talis erat ſtultus, qui reputabat ſe eruditũ. Quoniã Prou.26. Vidiſti hominẽ ſapientem ſibi videri? magis illo ſpem habebit inſipiens. Rom.2.d prou.18.a prou.26.b

Secundo

M.E.G.D. 2017

Secundo vero, quantũ ad comminationẽ calamitatis, propter desidiam bene agendi, dicitur: (At ille ait: Et vos » bis legisperitis væ:) Sc; damnationis æternę. Et ratio hu » iusmodi est, quia multa dicebãt, & pauca faciebãt. Ideo subdit: (Quia oneratis homines oneribus, quæ portare » non possunt,) Id est, præceptis & traditionibus superfli- » tiosis, ac inutilibus, vt merito dicatur illud, Act. 15. Quid
Actu. 15. b tentatis deum, imponere iugum super ceruices discipulorum, quod neque nos neque patres nostri portare potuimus? Vnde Mat. 23. Alligant onera grauia & importa-
Matt. 23. a bilia, & imponunt in humeros hominum. & cę. Ad quæ scilicet nemo tenetur, & ipsi dicunt eos ad ea teneri. Et quia hæc onera imponebant dicendo: sed non portabant faciendo, addit: (Et ipsi vno digito vestro non tan- » gitis sarcinas.) Nota signanter, quod dicit, (Vno digito » non tangitis. Non dicit: non portatis. Frequẽter doctor docet, quòd facere non potest, veruntamen non est doctrina eius contemnenda, si facere vult: quia voluntas
3. Re. 30. f ei computatur pro facto. Vnde primi Regum trigesimo. Aequa pars erit descendentis ad prælium, & remanentis ad sarcinas, & similiter diuident. Et hoc dicitur propter viris, qui lassi substiterant: sed qui non vult digitum ad sarcinas apponere manifestum est, quòd nihil laboris vult sustinere. Et talis, siue imponat per modum magistri, siue per modum prælati, omnino est reprehensibilis-
Actuũ. 1. a nec est imitator CHRISTI, de quo, Actu: primo. Cœpit IESVS facere, & docere. Vnde contra istos, Deute-
Deut. 25 d ronomij vigesimo quinto. Non habebis in facculo di-
prou. 20 b uersa pondera. Et Prouerbiorum vigesimo. Pondus, & pondus: mensura, & mensura, vtrũque abominabile est apud dominum. Hoc autem est, cum homo sibi est misericors, & proximo vel subdito durus, cum nihil portat
Chrysost. sed totum alijs portandum imponit. Vnde Chrysosto. Vis apparere & esse sanctus? contra vitam tuam esto austerus, circa aliorum benignus. Audiant te homines parua mandantem, & [illegible]auia facientem.

¶ Væ vobis qui ædi[illegible]atis, & c) Postq̃ comminatis est eis. Væ, pro culpa desidiæ, ex defectu veritatis vitæ, hic secundo, replicat idem pro culpa perfidię, contra veritatem

iusti-

M.E.C.D. 2017

iustitiæ, quæ quidem erat in impia iustorum persecutione. Circa quam primo exaggeratur ipsorum culpa: deinde aggrauatur vindicta. Primo igitur quantum ad exaggerationem culpæ, dicit

« Væ vobis, qui ædificatis monumenta prophetarum.) Prætendentes pietatem in facto, sed gerentes impietatẽ in animo, sicut & patres eorum. Propter quod subdit.

« (Patres autem vestri occiderunt illos.) Scilicet tanquam impij iustos. Vnde Actu 7. dixit beatus Stephanus. Quẽ prophetarum non sunt persecuti patres vestri? Et occiderunt eos qui prænunciabant de aduentu iusti. Sed & isti licet aliud simularent, erant imitatores eorum. Propter Actu .7.g

« quod addit. (Profecto testificamini quòd consentitis o-
« peribus patrum vestrorum.) Id est, consentitis hæc fuisse opera patrum vestrorum. Vnde Matth. 23. Testes estis vobismetipsis, quòd estis filij eorum, qui occiderunt pro- Matth .23

« phetas. Ideo addit. (Quoniam ipsi quidẽ eos occiderũt,
« vos autem ædificatis eorum sepulchra.) Et sic signo, & verbo, testes erant, quod patres eorum ipsos occiderãt. Et hoc quidem simulabant se verbo & signo reprobare. Vnde Math. 23. Ornatis monumenta iustorum, & dicitis, Matt.23.d Si fuissemus in diebus patrum nostrorum, non essemus socij eorũ &c. Sed approbabant consimili facto & voto, quod ipsi. vt patres eorum, erant persequutores bonorũ, & ex hoc testes erant, se consentire operibus patrum. Vnde Hieronymus: Contra vosmetipsos testes estis, opere Hierony. enim vos esse imitatores patrum testificamini, quorum facinora detestamini verbo. Vnde Actu. 7. Dura ceruice, Actu.7.f. & incircuncisi cordibus & auribus, vos semper spiritui sancto restitistis, sicut patres vestri & vos. Et quia malitia quam gerebant in corde, permissione Dei propalanda

« erat in opere, ideo subdit. (Propterea & sapientia Dei di-
« xit.) Id est ab æterno disposuit vel ipse Christus disposuit vel præuidit qui est Dei virtus & Dei sapientia. Vel dixit

« id est, prædixit voce prophetica. (Mittã ad illos prophe-
« tas & apostolos, & ex illis occident[illegible] persequentur.) Secundum illud Ierem. 7. Misi ad vos [illegible]nes seruos prophe Ierem.7.f tas per diem, consurgens diluculo, mittens. Et non audierunt me, sed nec inclinauerunt aurem suam, sed indu-

rauerunt

M.E.G.D. 2017

rauerunt ceruicem suam, & peius operati sunt, quàm p̃
tres eorum. Hoc verificatum est in istis, qui non tantum
prophetas, sed & dominum prophetarum occiderũt. Vn
Actuũ.3.c de Actu.3. dicit eis Petrus· Vos autem sanctum & iustum
negastis, & petistis virum homicidam donari vobis. au-
thorem verò vitæ interfecistis. Occiderunt etiam & per-
sequuti sunt omnes testes ipsius. Nã Iacobus occisus est,
Actu.12.a & Petrus comprehensus. Actu.12. Persequuti sunt etiam,
ipsum Paulum & Barnabam, vt transmigrarent ad gen-
Ibidẽ.5.g tes. Actu.13. & 14. Et etiã discipuli flagellati sunt Actu .5.
&.14.a. Secundo vero quantum ad aggrauationem vindictę
Ibidẽ.5.g dicit: (Vt inquiratur sanguis omnium prophetarum.) In »
psalmo.9 quiritur nanq; per vindictam, vnde in psalm. Quoniam
Gene.9.a requirens sanguinem eorum recordatus est &c. Et Gen,
9. De manu viri fratris eius, requiram animam hominis.
Quicunq; effuderit humanum sanguinem fundetur san
guis illius. Inquiretur igitur sanguis, id est, vindicta effu
sionis sanguinis. propter quod addit: (Qui effusus est à »
constitutione mundi.) Id est, ab initio vsq; ad finem. In »
quiretur inquam. (A generatione ista.) quasi dicat, quòd »
vindicta omnis sanguinis sancti viri effusi erit superge-
neratione Iudæorum: quia ipsi effuderunt sanguinem
Daniel.9 illius, qui erat sanctus sanctorum, scilicet CHRISTI. Da
ni.9. Occidetur CHRISTVS: & non erit eius populus
Ioan.19.c qui eum negaturus est. Vnde ipsi dixerunt Ioan.19. Non
Matt.27.c habemus regem nisi Cæsarem. Et Matt.27, Sanguis eius
super nos, & super filios nostros. Vel hoc dicitur, vt ipsi
puniuntur, in exemplum aliorum. Quia, cum viderent
malum in alijs puniri, se non correxerunt. Vnde Chryso-
Chrysost. stomus: Quid aliorum peccata vindicat Deus in istis, si
soli sint passi talia, cum non soli peccassent? Sicut multis »
seruis peccantibus, castigatur vnus pro suo peccato, & ta »
men pro omnibus flagellatus. pertulit solus, quod in o-
mnibus est commissum. Ratio autem. quare magis ad
istos pœna peruenit, redditur ab eodem Ioanne. Quia,
inquit: Vos audistis de Cain & de cæteris malis, vindi-
ctam factam, & si non estis per eorum exempla correcti,
grauiori pœna feriemini. & venient super vos exempla
priorũ. Et propterea exemplificat secundum testimonia

scripta

M.E.C.D. 2017

« ſcripta,cum ſubdit.(A ſanguine Abel,vſque ad ſanguinẽ
« Zachariæ.) Abel nanque primus fuit iuſtus à fratre occi
ſus. ſecundum quod dicitur Geneſis quarto. Zacharias Gene.4 b
autem iſte,fuit filius Ioiadæ,qui occiſus fuit à rege Ioas
qui multa bona acceperat ab eius patre,ſecundum quod
hiſtoria narrat.2.Paral. 23. Veruntamen iſte non fuit in- 2.paral.23.
terfectus vltimo . Sed ideo magis coniungitur cum pri-
mo:quia Abel paſtor ouium fuit,& necatus in agro. Za-
charias vero ſacerdos. & necatus in atrio tẽpli. Qui du- Ibidẽ.24.f
os ordines martyrũ deſignant , ſcilicet laicos, & eos,qui
altaris officio mancipantur . Ideo locum mortis huius,
« totum deſignat,cum ſubditur.(Inter altare & ædem.)Id
eſt, occiſus fuit inter templum & altare holocauſti. Duo
nanque altaria erant in templo,vnum interius , ſcilicet
incenſi,& aliud exterius,ſcilicet holocauſti . Secundum
quod legitur Exodi . viceſimo ſeptimo . Et inter hoc, & exo.37.d
templum , Zacharias à Iudæis fuit occiſus . Secundum
quod ſcribitur.ſecundi Paralipomenon. vigeſimo quar- 2.par.24.f
to. Congregati aduerſus eum , miſerũt lapides iuxta re-
gis imperium , in atrio domus domini . Sequitur· Qui,
cum moreretur,ait: Videat dominus & requirat. Hoc di-
xit attendens æquitatem diuinæ iuſtitiæ . quæ nihil di-
mittit inultum. Ad cuius infallibilitatem notandam,ite
« rat futuram vindictam,cum ſubdit(Ita dico vobis requi
« retur ab hac generatione.)Ita , vt per pronomen fiat de-
monſtratio generationis malignæ. Dicit enim gloſſa Be Beda.
dę. Omnes maligni vna generatio ſunt,vna ciuitas vnũ
corpus diaboli,ſicut omnes boni,vnũ corpus, vna gene
ratio ſunt dei. Vnde de hac generatione iniqua,intelligi
poteſt illud Prouerbiorũ triceſimo. Generatio,quæ pro prou.30 b
dentibus gladios habet , & commandit molaribus ſuis,
vt comedat inopes de terra , & pauperes ex hominibus.
Hæc eſt generatio à qua requiretur vindicta. Sed in hac
ſpecialiter à gente Iudaica, quia conſummata in eis fuit
perfidia. Vnde Chryſoſtomus. Sicut bonis per multas ge
nerationes promiſit Deus CHRISTV[illegible] venturum,prę Chryſoſt.
ſtitit autem nouiſsimis ſanctis , ita p[illegible]ngulas genera-
tiones comminatus eſt malis , Reddit autem generati-
oni nouiſsimæ . Nunquam enim talis gratia data eſt
hominibus

M.E.C.D. 2017

hominibus.qualis in CHRISTO.aut talis interitus ve
nit ſuper impios ſicut ſuper Iudęos.Vnde poſſunt ipſi di
Gen.42.d cere illud Gen.42. Merito hęc patimur,quia peccauimus
in fratrem noſtrum.Et poſt· En ſanguis eius requiritur.
¶Væ vobis legiſperitis &cæ.)Hic tertio replicat,væ,pro»
pter fraudulentiam contra veritatem doctrinæ. Et quia
mali & ſeductores proficiunt in peius. Ideo primo præ»
mittitur comminatio gehennæ.Secundo vero adiungi»
tur obduratio nequitiæ.Primo igitur quantum ad com
minationē pœnę propter defectū veritatis doctrinę dicit
Væ vobis legiſperitis,qui tuliſtis clauem ſcientiæ.)ſci »
licet quantum ad officium diſpenſationis doctrinæ.Hęc
autem clauis principaliter eſt CHRISTI,tanquam ſum
mi doctoris.Quia magiſter veſter,vnus eſt, CHRISTVS.
Matt.23.b Secundum quod dicitur Matt.23.Et de hac Iſai.22. Dabo
Iſaiæ.22.f clauem domus Dauid ſuper humerū eius,& aperiet &cę.
Hanc tulerant Scribæ,ſimulantes ſe rectè docere, ſed ta»
men non rectè docebant,quia negligebant ſeipſos & in
crepabant alios. Propter quod ſubdit. (Ipſi non introi» »
ſtis,& eos qui introibant prohibuiſtis).Ipſi nanque non »
introibant, quia licet haberent verba, non habebant fa»
Rom.2.d cta.Vnde poterat eis dici illud Rom.2.Qui alium doces
teipſum non doces: qui prędicas non furandum,furaris
Et quia ſola verba habebant,intrare non poterant. Mat
Matt.7.c thæi.7. Non omnis qui dicit mihi: Domine domine,in»
trabit in regnum cœlorum &c. Iam non ſolum per ſola
verba non intrabant, ſed alios etiam impediebant per
Iere.50.a mala exempla.Vnde verificatum eſt illud Ierem.50.Grex
perditus factus eſt populus meus:paſtores eorum ſeduxe
runt eos,ſcilicet à recta via, vel malis exemplis, vel falſis
Thre.2.e doctrinis,ſecundum illud Thre.2.Prophetę tui viderunt
tibi falſa & ſtulta,nec aperiebant iniquitatem tuam,vt te
ad pœnitentiā prouocarent: viderunt autem tibi aſſum
ptiones falſas,quia ex falſis aſſumptionibus,ferè omnes
conſcientię diſtortę formantur. Per quas homines à re»
gno dei eiiciun[illegible],& in illud intrare prohibentur.Vnde
Chryſoſt. Chryſoſtomus.[illegible] & prophetę CHRISTI aduentum
manifeſtè prędicabant. ſed hanc ianuam intellectus pra
uis expoſitionibus claudebant.Et ideo prohibebant in»
trare

M.E.C.D. 2017

trare reuocãdo a via veritatis,exemplo & verbo. Contra quod, Prouerbiorum tertio dicitur. Noli prohibere be- proue.3.c
nefacere eum qui potest,si vales, & ipse benefac.

Secundo quantum ad obdurationẽ nequitiæ, subdi-
c tur. (Cum autem hęc ad illos diceret,cœperunt Phariſæi
c & legiſperiti grauiter inſiſtere.) In quo oſtendũr cor ſuũ esse obduratũ, & aggrauatũ, audiendo verbum diuinũ. Vt oſtendatur in eis esse verificatũ,illud Iſaię ſexto. Vade Iſaiæ.6.c.
& dices populo huic, Audite audientes & nolite intelli-
gere,& videte viſionem & nolite cognoſcere. Excęca cor populi huius & aures eius aggraua & oculos eius clau-
de, ne forte videat oculis ſuis, & auribus ſuis audiat, & corde ſuo intelligat,& conuertatur & ſanẽ eum. Et Mat- Matt.13.b
thæi decimo tertio. Incraſſatum eſt cor populi huius, & auribus grauiter audierũt,& oculos ſuos clauſerunt, ne-
quando videant oculis, & auribus audiant, & corde in-
telligant,& conuertantur & ſanem eos. Nec tantum erat in eis obduratio, ſed veritatis impugnatio. Vnde addit.
c (& os eius opprimere de multis,)quaſi os illud mundiſsi
mum locutum eſſet malum vel falſum. Vnde verificatum eſt illud Amos quinto. Odio habuerunt corripiẽtem in Amos.5.c
porta,& loquentẽ perfectè abominati ſunt. Ioã. ſeptimo. Ioan.7.a.
Non poteſt mundus odiſſe vos,me autem odit,quia ego teſtimoniũ perhibeo de illo ꝙ opera eius mala ſunt. Et ideo Prouerbiorũ nono. Qui erudit deriſorem,ipſe in- proue.9.b
iuriam ſibi facit. Quia conuertitur ad conuitia,propter
c veritatem auditam. Et quia nõ ſufficit obſtinatę malitiæ
c conuitiari quæ odit: ſed etiam nititur machinari ad
c mortis interitum. Propterea ſubdit, (inſidiantes ei, &
c quærentes aliquid capere ex ore eius,vt accuſarent illũ.)
Non enim audebant aperte ipſum occidere, propter ti-
morem turbarum,ſed volebant occultè occidere propter odium veritatis auditę. Vnde Ioannis octauo. Nunc au- Ioann.8.
tem me quæritis interficere hominem,qui veritatem vo-
bis locutus ſum,quam audiui a patre meo, Quod quæ-
rebant cautè & malitioſé. Vnde Mat[illegible]22. Abeuntes Pha- Matt.22.b
riſæi,conſiliũ inierunt,vt IESVM [illegible]perẽt in ſermone.

CAPVT DVODECIMVM.

M.E.C.D. 2017



VLTIS autẽ turbis concurrentibus,&c.) Postquam dominꝰ in Pharisæis redarguit dolositatẽ simulationis malignæ, hic discipulos inuitat ad cautelam simulationis redargutę. Et quoniam huiusmodi duplicitatem causat timor malè humiliãs vel amor malè accendẽs. Ideo pars ista

¶ Diuisio diuiditur in duas. In quarũ primà monet ad cauẽdã duplicitatẽ, ex timiditate venientẽ. In secũda vero cupiditatem. Infra eodem. (Ait autẽ ei quidã de turba,&c.) Prima aũt pars habet quatuor partes. In quarũ prima informat ad cauendam dolositatẽ. In secunda, confortat ad repellendam timiditatẽ. Ibi. (Dico aũt vobis amicis.) In tertia autẽ, inuitat ad conseruãdam veracitatẽ. Ibi. (Dico autẽ vobis, Omnis quicũq; cõfessus, &c.) In quartà vero animat ad habendam securitatem. Ibi. (Cum autem inducent vos in synagogas.) Et sunt istę partes sibi correspõdentes, quia duæ postremæ correspondent duabus primis. Informat autem discipulos ad cauendam dolositatem, informatione celebri, & informatione credibili. Celebri (inquã) propter multitudinẽ turbæ. Credibili, propter certitudinẽ causæ. Primo igitur quãtũ ad multitudinem turbę reddentis admonitionẽ celebrem, dicitur.

Infr. eo. b

eodem. a.

Ibidem. b

Ibidem.

Multis autẽ turbis cõcurrentibus, ita vt seinuicẽ conculcarent.) Et hoc quia vnusquisq;, volebat ei appropinquare, siue propter salutẽ habẽdam sicut supra. 6. Omnis turba q̃rebat eũ tangere,&c. Siue propter doctrinã suscipiendã. Sicut infra. 15. Erãt appropinquãtes ad IESVM publicani,&c. Siue propter ipsius CHRISTI vidẽdam benignitatẽ. Sicut in figura dicitur Iob. 29. Cunq; federẽ quasi rex circũstante exercitu, erã tamẽ mœrentuũ cõsolator. In tanta multitudinis præsentia, celebris erat doctrina. Propter qu[illegible] subdit. (Cœpit dicere ad discipulos suos,) in aperto: q[illegible] veritas nõ quęrit latebras, secundũ illud Ioan. 18. Ego palam locutus sum mũdo, ego semper docui in synagoga & in templo, &c. Et talẽ decebat esse doctrinã

Supr. 6. c.

Infr. 15. a.

Iob. 29. di

Ioan. 18. c

M.E.C.D. 2017

doctrinã ad confutandã Phariſęorũ malitiã:quæ ſemper
quærit latebrã,quia contraria contrarijs curantur, & te-
« nebra per lumen expellitur . Propter quod additur. (At-
« tendite à fermento Phariſæorũ quod eſt hypocryſis,) id
eſt cauete,ne ſitis hypocritę,ſicut Phariſæi· quorum vita
& doctrina, propter malitiã & fallaciã fermentũ dicitur.
quia corrũpit imperceptibiliter. Oſeę.7. Quieuit paulu- Oſeæ.7.b
lum ciuitas à cõmiſtione fermenti,donec fermentaretur
totũ.Corrumpit etiã vniuerſaliter,ſicut dicitur.1.Corin. 1.Cor.5.b
5.Modicũ fermentũ totã maſſam corrumpit.Ideo ſubdi-
tur.Expurgate vetus fermentũ, vt ſitis noua conſperſio.
Hoc autẽ eſt vetus fermẽtum quod conſiſtit in fraudu-
lentia doctrinæ & malitia vitæ . Vnde ibibem ſubditur. Ibidem.
Neq; in fermento malitię & nequitię, ſed in azymis ſyn-
ceritatis & veritatis.Ab hoc fermẽto reuocat in hoc loco Ibidemię
Et de hoc in figura dicitur Deute. 16. Non apparebit fer- Deut.16.a
mentatũ in omnibus terminis tuis.Quia hæc ſimulatio
& hypocriſis,debet elongari a cunctis operibus noſtris,
& maximè a deuotione ſpirituali.Leuiti.enim.2.dicitur. Leuit.2.c.
Omnis oblatio quæ offertur domino,abſq; fermẽto fiet.
Ab afflictione corporali,Deut.16. Septẽ diebus comedes Deut.16.a
abſq; fermento afflictionis panẽ . A prædicatione diuini
verbi,Exo.23.Mon immolabis ſuper fermẽto,ſanguinem exod.23.d
victimę meę.Vnde ſcriptura docet hoc vitiũ eſſe vitandũ
tanquã maximè corruptiuũ.Licet autem ſit maximè cor
ruptiuum,non tamen eſt capitale peccatũ:quia eius cor-
ruptio aliundè cauſatur . Nam hypocriſis originẽ trahit
à vanà gloria, & hæc à ſuperbia . Et ideo merito cõpara-
tur hypocriſis fermẽto. Nam ſicut fermentũ inflat, & in-
flando vanũ facit,& ſic corrũpit.Sic ſuperbia inflãdo in-
troducit vanitatẽ gloriæ,& hæc vanitas introducit falſi-
tatẽ corrũpentẽ. Vnde hoc fermentũ cauetur per veritatẽ
humiliationis volũtariæ,gloriationis internę,ſignatiõis
extrinſecę,ſecundũ illud.2.Corin.1.Gloria noſtra hęc eſt, 2.Cor.1.c
teſtimoniũ cõſcientię noſtrę quod in ſimplicitate cordis
& ſynceritate dei,& nõ in ſapientia carnali, ſed in gratia
dei conuerſati ſumus in hoc mundo.

Secundo vero quantũ ad certitudinem cauſę reddendæ
« tis informationẽ credibilem,ſubdit.(Nihil enim opertũ,

M.E.C.D. 2017

quod non reueletur: neq; absconditũ quod non sciatur) »
Vt per opertum intelligatur cognitio latẽs in intellectu
& per absconditum, delectatio latitans in affectu. Quo-
rum vtrunq; manifestum est deo, secundũ illud Ieremiæ
Iere.17.b. 17. Ego dominus scrutãs corda & probans renes, qui do.
psalmo .7 &c̃. In Psalm. Scrutans corda & renes deus. Et ideo, quia
ipsius erit omnia absconditа manifestare & reuelare in
Sapiẽ.6.a iudicio, secundũ illud Sapien. 6. Data est a domino pote-
stas vobis, & virtus ab altissimo, qui interrogabit opera
1.Cor.4.a nostra, & cogitationes scrutabitur. Et. 1. Corin. 4. Veniet
dominus, qui illuminabit absc̃ondita tenebrarũ, & mani-
festabit consilia cordium, &c̃. Et sic vitanda sunt omnia
mala, quantũcunq; occulta: quia omnia fient manifesta
in iudicio. Et quod plus est ad maiorẽ confusionẽ, fient
ibi manifesta omnibus. Propter quod subdit. (Quoniã »
quæ in tenebris dixistis, in lumine dicentur.) Hoc dicit »
quantũ ad manifestationem respectu visus. Huius exem-
2.Re.11.c. plum in Dauid habetur. 2. Reg. 12. Vbi dicit dominus per
Nathan ad Dauid. Tu fecisti absconditе, ego aũt faciam
verbum istud in conspectu omnis Israel, & in conspectu
solis. Lumen enim solis visui cętera manifestat. Quantũ
autem ad manifestationem respectu auditus, dicitur, (& »
quod in aurẽ locuti estis in cubiculis, prędicabitur in te- »
ctis,) id est audientibus cęteris. Hoc quidẽ in iudicio fiet, »
Ioan.5.e. quãdo sc; secũdũ illud, Ioã. 5. Omnes qui in monumẽtis
sunt, audient vocem filij dei. Et tunc manifestabũtur su-
Sapiẽ.1.b surrationes detractionũ, secundum illud Sapien. primo.
Qui loquitur iniqua, non potest latere, nec pręteriet il-
lum corripiens iudicium. In cogitationibus enim, & cæ-
eccl'5.10.d tera. Ideo consiliũ datur Ecclesiastes decimo. In cogita-
tione tua regi nè detrahas, & in secreto cubiculi tui, non
maledixeris diuiti: quia & auis cœli portabit vocẽ. Pro-
pter iudiciũ ergo manifestans cuncta in futuro, vitanda
eccl'ci.1.d est omnis hypocrisis in prȩsenti seculo. Ecclesiastici. 1, Nè
fueris hypocrita in cõspectu hominũ. Sequitur, & reuelet
deus absconsa tua, & in medio synagogę elidat te. Et no-
ta, quod hæc est nobilissima causa, ppter quã hypocri-
sis est vitanda, scili[illegible] vniuersalis manifestatio & plena
interiorũ, quę maximè opponitur simulationi hypocrita-
rum,

M.E.C.D. 2017

sum. Hęc autem manifestatio fiet per CHRISTVM, qui Hebr.1.a
est splendor glorię paternę, & figura substantię eius, portans omnia verbo virtutis suæ. Et quia ipse est splendor intimo, ideo ipsius est omnia detegere. Eccli.23. Oculi domini multoplus lucidiores sunt super solem, circūspicientes omnes vias hominū, & profundū abyssi, & hominū corda intuētes, &c. Quia vero ipse est sermo viuus. Ideo sibi omnia patent, & omnia patefacit vt verbū. Hebre.4. Viuus est sermo dei & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, & pertingens vsq; ad diuisionē animæ, &c. Vsque ibi. Non est vlla creatura inuisibilis, in conspectu eius, Et ideo CHRISTVS iudex: quia omnia deteget in iudicio, dicitur venire sicut fulgor, & descendere in voce archāgeli: quia omnia omnibus clarissime referabit. ¶Dico autem vobis amicis, &c.) Postquā informauit ad cauendam dolositatē. Hic secūdo confortat ad repellendam timiditatē. Ad hoc autem inducit duplicē considerationē, scilicet gehennalis punitionis, in quā nullus hominū potest deiicere. Et generalis prouisionis, quā nullus hominū potest effugere. Primū respicit diuinā potentiam. Secundū diuinā prouidentiā. Et primū incutit verum timorē. Secūdū verā spem. Et vtrūq; horum est medicamentū contra timorē mundanū. Primo igitur reuocat à timore hominū, quia nihil possunt gehennalis supplicij, quod solū est timendū. Propter quod dicit.

" Dico autē vobis amicis,) id est, qui me amatis, & à me amamini, secundū illud Ioā.16. Ipse pater amat vos, quia Ioan.16.d
" vos me amastis, &c, Talibus dicit. (Ne terreamini ab his
" qui occidunt corpus, & post hæc nō habēt amplius quid
" faciāt.) Hic nō timeatis corporalis mortis supplicium quia particulare est, & momentaneū. Vnde Isaię.51. Quis tu vt Isaiæ.51.d
timeres ab homine mortali, & a filio hominis, qui quasi fœnū ita exarescet? Et.1.Machab.2. A verbis viri peccatoris ne timueritis: quia gloria eius, stercus & vermis, & cę. 1.Mac.2.g
Vnde quia trāsitoria est eorū pœna, id nō est timenda, nec eorū supplicia. Vnde Seneca. Mo exiliū, luctus, do- Seneca.
lor, nō sunt supplicia, sed tributa viuendi, quod debeo, paratus sum soluere, Vbi me fœnerator appellat. Et Chry- Chrysost.
sost. si gratis post modicū morituri sumus, quare non &

M.E.C.D. 2017

ante modicũ,in cauſa dei,cũ gloria morimur? Si mutuo
acceperis bouẽ,aut equũ,operaris inſtanter,& dicis, for-
tè cras tolletur a me. Quare hoc non facis in corpore?
Non ſunt etiã timenda ſpiritui,quæ fiunt in carne,& ita
quaſi extra,vt in veſtimento,iuxta quod dicitur.2.Corin
2.Cor.5.a thio.5.Nolumus expoliari,ſed ſuperueſtiri.Ideo Chryſo-
Chryſoſ. ſtomus.Propter animã deus fecit corpus,& multũ hanc
zelat & perſequitur inimicus.Corpus vero veſtimentum
eſt animæ. Sicut ergo, ſi quis ſcindit veſtem alterius,ille
quidem iniuriã ſentit,damnũ autem in perſonà non pa-
titur,ſic anima occiſionis ſentit dolorem,damnũ autem
nõ patitur in naturà.Proprerea corporale ſuppliciũ non
eſt timendũ,nec etiã ille qui infert, ſed ſpirituale eſt ma-
xime formidandum,& ſolus ille, qui illud infert.Et pro-
pter hoc addit. (Oſtendam autẽ vobis quem timeatis,) »
vt bono ſcilicet timore, malũ declinetis, ſecundum illud
Iere.10.a. Ierem.10. Nolite timere ea,quia nec malè poſſunt facere,
nec benè.Et poſt.Quis nõ timebit te ô rex gentium,&c.
Cæterum quãuis nõn timeamus mundanã potentiam,
oportet nos timere diuinam.Propter quod dicitur. (Ti- »
mete eum, qui poſtquam occiderit, habet poteſtatẽ mit- »
pſalm 32. tere in gehennam)Vnde in Pſalm. Timeat dominum o- »
mnis terra, ab eo autem commoueantur omnes inhabi-
tantes orbem. Et quia huiuſmodi timor maximè vtilis
eſt,& neceſſarius.Ideo iterat. (Ita dico vobis,hunc time- »
Iſaiç. 8.c.13 te.) Vnde Iſaiæ.8. Dominũ exercituũ ipſum ſanctificate, »
Ierem.5.e ipſe pauor veſter,& ipſe terror veſter. Et Ierem.5.Me ergo
non timebitis,ait dominus,& a facie mea,&c.

Secundo vero reuocat a timore hominum:quia nihil
poſſunt contra generalem dei prouidentiã. Quantum
ad hoc dicit. (Nõne quinq; paſſeres veneũt dipondio?) »
Dipondius hic nomẽ eſt monetæ, habẽtis duos obolos,
Beda. ſiue aſſes.Vnde Beda. Dipondius eſt pondus ex duobus
aſsibus compoſitũ. Quod autẽ in numeris eſt vnũ,hoc
in ponderibus eſ[illegible]as . Quod duo, hoc dipondius,huic
Matt.10.c concordat,nec [illegible]ordat, quod dicitur.Matt.10. Nonné
duo paſſeres aſſe[illegible]icũt? Quia ſicut videmus,cũ quinq;
oua, vendũtur pro vno denario,duo dantur pro obolo.
Parui igitur pretij eſt paſſer, cũ tot ibi veneant pro vno
denari[illegible]

M.E.C.D. 2017

denario, tamen nec ipse est alienus a diuino patrocinio.
« Propter quod additur. (Et vnus ex illis non est in obli-
« uione coram deo.) imo diuina prouidentia gubernatur
secundum illud Sap.11. Diligis omnia quæ sunt, & nihil Sapi.11.d
eorum odisti quæ fecisti: nec enim odiens aliquid con-
stituisti. Ex quo apparet, quòd diuina prouidentia vsq;
ad minima se extendit, nec contradicit, iuxta illud 1.Co 1.Cor.9.b
rint.9. Nunquid de bobus cura est deo? Illud enim intel-
ligitur de cura prouidẽtiæ specialis, qua manu ducit per
viam æternę salutis. Hoc autem intelligitur de prouidẽ-
tia generalis administrationis, & conseruationis de quo
in Psalm. Qui dat iumentis escam ipsorum, & pullis cor psalm.146
uorum inuocantibus eum. Et nota quod dicitur. (Non
est in obliuione coram deo.) Minus enim dicens, plus
significat, quia nihil eis euenit, nisi secundum diuinam
prouidentiam ordinantem. Vnde Matt.10. Vnus ex illis Mat.10.d
nõ cadet super terram, sine patre vestro. Et tamen passe-
res facillime cadunt. Vnde morbum caducum habere di-
cuntur. Et propterea potissimè ponit de eis exemplum,
tanquã de re manifesta. Ex quo colligitur tanquã à mi-
nori, quod maxime circa regimen hominis diuina pro-
« uidentia sit intenta. Ad cuius ex pressionem addit. (Sed
« & capilli capitis vestri omnes numerati sunt) Ex quo da
tur intelligi, quod maxime est illi cura de homine. Vnde
Beda. Sed & capilli, vt de massa corporis taceam. Nam & Beda.
minutæ particulæ Dei prouidentia conseruantur. Vnde
numeratio non tam refertur ad cognitionem, quàm ad
diligentissimam conseruationem, quia de corporibus
sanctorum patientium, nec capillus perire potest. Vnde
infra vigesimo primo. Capillus de capite vestro non pe-
ribit. Tanta est igitur Deo cura de nobis, vt nec capil-
lus capitis nostri sine eius nutu possit auferri. Ideo non
oporret nos solicitari per timorem, secundum illud pri-
mæ Petri quinto. Omnem solicitudinem vestram pro- 1.Petr.5.b
« iicientes in eum, quoniam ipsi cura est de vobis. Et hoc
est, quod infert. (Nolite ergo tim[illegible]re, multis passeribus
pluris estis vos.) id est, maioris p[illegible]j. In quo simul tan-
« gitur conclusio, & ratio illatio[illegible] per locum à minori.
Si enim cura & solicitudo est deo omnipotẽti de minori

M.E.C.D. 2017

multo fortius de maiori. Et ſi cura eſt Deo de nobis, non decet nos nimium ſolicitos eſſe pro nobiſmetipſis. Maioris aũt pretij ſumus, quàm creaturæ brutales, q̃ volucres, quia rationales creaturę ſumus. Et hoc quia ad imaginẽ Dei facti. Propter quod cętera ſubiecta ſunt homini. Ge-
Gene.1.d neſis primo. Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram, & prę ſit piſcibus maris & cæt. Et ideo homo immediatiſsime eſt ſub protectiõe Dei, & maxime homo iuſtus, & amicus Dei. Et propterea non oportet
Gen.15.a quod habeat auxilium alicuius caduci. Vnde Gene.15. Noli timere Abraam, ego protector tuus ſum, & merces tua magna nimis, quaſi diceret, Noli timere, quia nihil pati potes, pro defectu auxilij. Vel etiam pati potes ſine retributione prę mij, quamdiu adhę ſeris mihi.

¶Dico autem vobis. Omnis & c̈.) Poſtq̃ inuitauit ad cauendam doloſitatem, & repellendam timiditatẽ, hic inuitat ad ſeruandam veracitatem. Veracitas enim confeſſionis eſt contra doloſitatem ſimulationis. Ad hoc autẽ inducit dupliciter. Primo inſinuando æquitatẽ diuinæ ſententiæ. Secundo verò inſinuando irremiſsibilitatem peccati blaſphemiæ. Per primum monet ad veritatẽ confitẽdam. Per ſecundũ ad falſitatem declinandam. Primo ergo monet ad confitendam veritatem, propter diuinæ ſententiæ æquitatem, cum dicitur.

Dico autem vobis. Omnis quicunque confeſſus fue- »
rit me coram hominibus.) Me, demonſtrat perſonam in »
duabus naturis, id eſt, qui confitetur me eſſe verum Deũ, & hominem, non tantum corde dicens, ſecundum illud
1.Cor.12.a primæ Corint.12. Nemo poteſt dicere, dominus IESVS niſi in ſpiritu ſancto, ſed & ore exprimẽs, ſecundũ quod
Rom.10b dicitur. Rom.10. Corde creditur ad iuſtitiam, ore autem confeſsio fit ad ſalutem. Nec tãtum ore, ſed etiam opere
Titũ.1.d. cõtra hypocritas & malos chriſtianos. de quibus ad Tit. 1. Cõfitentur ſe noſſe Deum, factis autem negant. Cõtra
Matt.7.c. quos Matt.7. Nõ omnis qui dicit mihi domine domine.
1.Ioan.3c & c̈. Ideo 1. Ioan.3. Nõ diligamus verbo, neq; lingua, ſed opere & veritate. Q[illegible]ic confitetur, plene confitetur, ſcilicet corde, ore, opere. [illegible]tali ſubiũgit. (Et filius hominis »
confitebitur illum coram angelis Dei.) ſcilicet q̃ ipſe ſit »
de ſuis

M.E.C.D. 2017

de suis,secundum illud Matt.25. Venite benedicti patris mei,possidete paratũ.&c̃. Vnde verificabitur illud Prou. vndecimo.Anima, quæ benedicit, impinguabitur. Ex quo apparet æquitas retributionis,respectu confitentiũ Et vt nihil desit, ostenditur æquitas respectu negantiũ, cum subdit.(Qui autem negauerit me corã hominibus negàbitur coram angelis Dei.)Quãdo scilicet dominus dicet illud Matt.25.Nescio vos &c.Vnde supra.9.Qui me erubuerit & meos sermones, hunc filius hominis erubescet &c̃. Et hoc exigit æquitas diuinæ sententiæ,de qua 1.Regũ.2. Qui me honorificauerit,glorificabo eum.qui autem cõtemnunt me &c̃. Et nota,quod qui veritatem confitetur,quam CHRISTVS docuit,CHRISTVM confitetur, siue in fide, siue in moribus. Qui autem illã negat,per consequens, negat & CHRISTVM.Qui dicit illam esse falsam, dicit CHRISTVM esse per consequens mendacem, ac per hoc Deum non esse verum,sed seductorẽ.Et nota quod confessio nominis CHRISTI magnam recompensationem habet,quia confessio quã CHRISTVS confitebitur confitentem se,erit approbatiua,honorificatiua,& saluatiua.Nam CHRISTVS est rex, Iudex, & pontifex. Confessio etiam eius est publica,prçclara,& perpetua.Nostra vero modica & momentanea.Et similiter per cõtrariũ intelligitur de negatione sua, quod manifestè apparet in disceptatione iudiciali. Venite benedicti,& ite maledicti.Hæc igitur est nobilissima propositio, quæ mentes nostras erigit ad veracitatẽ. Ratio aũt huius hæc est,quia veritas est verax,ideo non potest negare se,nec confitentem se, nec confiteri mẽdacem,nec contra se. Vnde.2. Timot.2. Si negauerimus, & ille negabit nos,si nõ credimus,ille fidelis permanet,negare seipsum non potest.

Matt.25.c
prou.11.d
Matt.25.a
Supr.9.c
1.Regũ.2.g
2.Tim.2b

Secũdo vero monet ad declinandã falsitatẽ, propter irremissibilitatem blasphemiæ,quæ licet remissibilis sit, cum fit per ignorãtiam,irremissibilis tamẽ est,cum fit ex certa malitia.Propter quod dicit.(Omnis qui dicit verbum in filiũ hominis,remittetur ei.)In filium hominis verbum dicit, qui aliquid falsum imponit per ignorãtiã deceptus.Et talis ignorãtia,remissionem potest cõsequi.

Matt.25.d

¶Peccatũ ignorãtię

Vnde

M.E.C.D. 2017

Vnde(remittetur) nõ dicit actum, quia non omnes pœnitent,sed aptitudinem, quia ignorantia excusat. Peccatũ aũt ex ignorantia,dicitur esse in filium. Et hoc modo blasphemaũit Paulus, ideo fuit misericordiã cõsecutus.

1.Timo.1 Vnde.1.Timo.1. Qui blasphemus fui & persecutor & cõtumeliosus,sed misericordiam dei cõsequutus sum,quia ignorans feci in incredulitate. Non sic aũt est cum quis blasphemat ex certa malitia, propter quod subditur.(Ei autem qui in spiritum sanctum blasphemauerit, non remittetur.)In spirirum sanctum blalphemat,qui ex certa malitia veritatem impugnat, & de deo indigna dicit. Et de tali dicitur, quod non remittetur, non quia nunquã talis consequatur remissionem, sed quia ineptus est ad remissionem, eo quod peccatũ illud nullum habeat excusationis colorem. Vnde Richardus. Quidam blasphemat ex coactione,& hic peccat in patrem. Alius ex deceptione,& hic in filium. Alius ex sola malignitate, & hic in spiritum sanctum. Est autem in hoc genere sceleratissimum, in quo malitia creuit vsq; ad summum, quando quis in vituperijs dei delectatur. Quid ergo aliud videtur spiritus blasphemiæ, quàm desiderium vituperationis diuinę. Ex hoc ergo, quod hoc mali nihil habet in se excusationis,nihil meretur recipere remissionis. Ineptus etiam est ad remissionem,quia impugnat diuinam gratiam, per quam pręparatur quis ad pœnitentiam. Vnde talis aptus est ad impœnitentiã. In qua si perduret, nunquam remittetur culpa. Vnde Beda. Qui gratiam spiritussancti (qua pœnitentia inspiratur, & ad conuersionem reditur)non cognoscens,impœnitenti corde perseuerauerit, cum iam hoc non sit humanum, sed diabolicum,irremissibile erit. Et de tali blasphemia,quę adiunctam habet finalem impœnitentiam, verum est quod nũquam remittetur. Vnde Matthæi duodecimo. Quod non remittteur ei neque in hoc seculo, neque in futuro. Ineptus est tertio,qu[illegible] licet per appropriationem approprietur spiritui san[illegible], talis maxime inhonorat totam trinitatem. Qui enim [illegible]cienter & prudenter veritatem salutarem impugnat,& ex certa malitia, maximus est contemptor diuinæ virtutis,maximus calumniator diuinæ veritatis

Richard.

Beda.

Matt.12. c

¶Peccatũ in spiritũ sanctum.

M.E.C.D. 2017

veritatis,maximus perſcrutator ſummæ bonitatis,ſecun dum illud Iob .15. Cucurrit aduerſus deum erecto collo, & pingui ceruice armatus eſt. Vnde quia talis cõtemptus calumnia & perſecutio,non poteſt eſſe,ſine cordis obdu ratione,& hanc cõcomitatur impœnitentia, & hanc pec cati irremiſsibilitas .Ideo blaſphemia in ſpiritum ſanctũ non remittetur. Iob.15.d.

¶Cum aũt inducent vos & c̃.) Hic iam quarto hortatur ad habendam ſecuritatem cõtra puſillanimitatem . Hoc autem facit duplici via, ſcilicet auferendo ſolicitudinem de periculo, & conferendo certitudinem de præſidio. Primo igitur aufert ſolicitudinẽ de periculo,cum dicit:

« Cum autem inducent vos in ſynagogas , & ad magi-
« ſtratus & poteſtates.) In quo innuit diſcipulos tribulati-
onem paſſuros à Iudæis & gentibus. Vnde Matt.10.dici Matt.10b
tur hoc expreſsius. Tradent enim vos in concilijs , & in
ſynagogis & c̃. Vnde in Pſalm. Aſtiterunt reges terre & c̃. pſalmo.2
Et nota q̃ tria genera perſonarum enumerat , corã qui-
bus formidat homo loqui, ſcilicet coram multis, coram
peritis,& coram magnis.Coram multis cum dicit:(In ſy
nagogis.) Econtrario dicitur Iob.31. Si expaui ad multi- Iob.31.d.
tudinem nimiam & deſpectio propinquorum terruit me
Corã peritis,vnde addit.(Ad magiſtratus). Vnde in Acti Actu.4.a.
bus Apoſtolorum.Adduxerũt Apoſtolos ad magiſtratus
& cætera. Coram magnis, cum ſubdit. (Et poreſtates .)
Roman.decimo tertio, Vis non timere poteſtatem? Bo- Rom.13.a
num fac.Primi non ſunt timendi,quia plures nobiſcum
& cætera. quarti Regum ſexto. Secundi non, quia pru- 4.Re.6.c.
dentior nobiſcum , quia Actuũ ſexto , Non poterant re- Actuũ.6.c
ſiſtere ſapientiæ & ſpiritui & cætera . Similiter nec tertij.
primæ Ioan.4. Vicistis eos,quoniam maior eſt qui in vo- 1.Ioã.4.a.
bis eſt , quàm qui in mũdo. Et quoniam periculũ eſt lo-
qui in conſpectu multitudinis obſeruantis , & periculũ
inducit timorem, & timor ſolicitudinem , & ſolicitudo
inquietudinem , & inquietudo turbationem , & turba-
tio eſt occaſio impatientiæ, ac [illegible]næ. Ideo reuocat a ſu-
« perflua ſolicitudine,cum ſubdit (Nolite ſoliciti eſſe qua-
« liter aut quid reſpondeatis,) ſcilicet interrogantibus ma
« litioſe,(aut quid dicatis,) ſcilicet volentibus addiſcere.

In quo

M.E.C.D. 2017

In quo verbo non tollit ſolicitudinem ſtudioſitatis. ſed
philip.4a curioſitatis. De qua. Phil.4. Nihil ſoliciti ſitis, ſed in omni oratione & obſecratione cum gratiarum actione petitiones veſtræ innoteſcant apud Deum. quia ſicut dicitur
Iacob.1.a Iac.1. Si quis veſtrum indiget ſapiẽtia, poſtulet à deo &c. Et illud maximè faciendum eſt in articulo neceſsitatis. vbi non eſt quærendus ornatus verborum, nec profunditas ſententiarum, ſed mera & ſimplex fidei veritas. cũ multa conſtantia & feruore prolata. Iuxta quod dicitur
1.Cor.2.a 1.Corin.2. Sermo meus &c. non in perſuaſibilibus humanæ ſapientiæ verbis &c. Non autem intendit retrahere à
Ioann.5.f ſtudio veritatis. cum dicat Ioan.5. Scrutamini ſcripturas quia vos putatis in ipſis vitam æternam habere, ſed intendit perſuadere vt homo in periculo mortis, non confidat de inuẽtionibus, quia homo deficit in inueniẽdo, fallitur in iudicando, & ideo deuiat frequenter innitens
proue.3.a ingenio ſuo: Propter quod Prouerb.3. Habe fiduciam in domino ex toto corde tuo, & ne innitaris prudẽtię tuæ.

Secundo confert certitudinem de præſidio. cũ ſubdit (Spiritus enim ſanctus docebit vos in ipſa hora quid oporteat vos dicere.) Hic autẽ ſpirituſſanctus eſt optimus doctor. quia docet hominem intelligere, & ornatè exprimere. Propter primum dicitur
Iob.33.b Iob.33. Inſpiratio omnipotentis dat intelligentiam. Et
Ioan.16 b Ioan.16. Cum venerit ille ſpiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem: Quia
1.Cor.2.c ſicut dicitur 1.Corint.2. Spiritus omnia ſcrutatur etiam profunda dei. Propter ſecundum dicitur
Sapi.10.d Sapi.10. Sapiẽtia aperuit os mutorum &c. Et
Matt.10b Mat.10. Vos non eſtis qui loquimini, ſed ſpiritus patris veſtri &c. Ideo dicebat Apo
2.Cor.13 a ſtolus. 2.Corin. vlti. An experimentum quæritis eius qui in me loquitur CHRISTVS? De his autem duobus in
Infra.21.c fra.21. Ego dabo vobis os & ſapientiam: cui non poterũt contradicere & reſiſtere omnes aduerſarij veſtri. Et
1.Ioan.2d 1.Ioan.2. Vnctio eius docet vos de omnibus. Vnde
Bernard. Bernard. Bona eſt lectio, ſed maior vnctio, quæ docet de omnibus. Nam vnctio docet dilectionem dei & proximi. Et in hoc vniuerſa lex pendet & prophetę, ſecundum quod dicitur
Mrtt.22.d Mat.22. Tota etiam ſapientia philoſophiæ (ſicut dicit Auguſtin.) hoc eſt, phyſica, ethica, & ciuilis. Spiritus
Auguſti. etiam

etiam ſanctus faciendo animam adhærere deo facit eſſ animæ familiarem, & per hoc facit reuelari ſecreta. Ioã. 15. Vos autem dixi amicos &c̃. Feruor etiam ſpiritus eleuat animam ſupra ſe. vbi audit & videt arcana, ſicut Paulus. 2. Cor. 12. Sicut Ezechiel. 3. Aſſumpſit me ſpiritus &c. Sicut Ioannes Apocal. 1. Fui in ſpiritu &c̃. Ioan. 15. b 2. Cor. 12. a ezech. 3. c Apoc. 1. b

¶ Ait autem ei quidam &c̃.) Poſtqnam diſſuaſit dolositatem venientem ex humana timiditate, & ipſam timiditatem, in hac parte diſſuadit cupiditatẽ. Et habet hæc pars duas partes. In quarũ prima reuocat à ſolicitudine auaritiæ. In ſecunda vero inuitat ad ſolicitudinem prouidẽtiæ infra eodem. (Sint lumbi veſtri præcincti &c.) A ſolicitudine autem auaritiæ reuocat quadrupliciter. Primo ſcilicet documento rationali. Secundo exemplo terribili, ibi: (Dixit autem ad illos ſimilitudinem.) Tertio argumẽto irrefragabili, ibi: (Dixitque ad diſcipulos ſuos &c) Quarto promiſſo deſiderabili, ibi (Et vos nolite quęrere quid mãducetis &c.) Circa documentum rationale, per quod reuocat à ſolicitudine auaritiæ, tria introducũtur Primum eſt confutatio petitionis auari. Secundum, eſt diſſuaſio auaritiæ. Tertium eſt aſsignatio cauſæ. Primo igitur, quantum ad confutationem petitionis auari. Infr. eo. e eodem. c, Ibidem. Ibidem d

Ait autem ei quidã de turba· Magiſter, dic fratri meo, vt diuidat mecum hæreditatem.) Vere iſte de turba erat. quia de terra ſolicitus erat, ſecundum illud Iſaiæ. 29. De humo eloquium tuum muſcitabit &cę. Contra ſe etiam loquebatur, dum magiſtrum eum vocabat, quia CHRISTVS non fatebatur ſe magiſtrum in docendo temporalia acquiri & diuidi, ſed potius derelinqui. Vnde adoleſcenti quęrenti & dicenti: Magiſter bone, quid boni faciam vt habeam vitam æternam? Reſpondit: Si vis perfectus eſſe, vade, & vende & cætera. Vnde CHRISTVS non docebat quomodo augeretur pecunia, ſed quomodo ſeruaretur inopia. Cõtra ſe etiam loquitur, dum vult diuidi à fratre, cui debet coniungi. Veniebat autem hęc quæſtio ex priuato amore, qui diuidit coniuncta, quod maxime facit diabolus. non dominus. Oſeæ decimo tertio. Ipſe inter fratres diuidet. Et quoniam ſicut dicit Beda in gloſſa. CHRISTVS non eſt deus diſſentionis, ſed pacis Iſaię. 29. a Matt. 9. c, Oſeę. 13. d Beda.

M.E.C.D. 2017

1.Cor.14 f pacis, ac vnitatis, ideo confutat petitionem prædictam, cum ſubdit: (At ille dixit ei.) Scilicet IESVS. (Homo, quis me conſtituit iudicem aut diuiſorem ſupra vos?) Iudicem ſcilicet litium, & diuiſorem facultatũ. Gloſſa: Dedignatur eſſe iudex litium, aut arbiter facultatum, qui

Gloſſa. viuorum & mortuorum habet iudicium, & meritorum

pſalmo.2, arbitrium. Verum eſt vtique, ſicut dicitur in Pſalm. quòd ipſe conſtiturus eſt rex ab eo ſuper Sion, montem ſanctum eius. Et quòd in ditione eius, cuncta ſunt poſita.

Eſter.13.c Sed quia Deus miſerat eum ad ſpiritualia cõmunicanda, ideo deſcendere recuſabat ad temporalia diuidenda, inſinuans in hoc illud. ſecundæ. Timothei ſecundo. Nemo militans Deo, implicat ſe negotijs ſeculanbus. Et nota quòd CHRISTVS vocat eum hominem animalem & brutalem, propter amorem in terrenis, & litẽ diuiſionis. Vnde. primæ Corinthiorum tertio, Cum ſit inter vos zelus & contentio & cætera. Et Pſalmiſta: Filij hominum vſquequo graui corde? & cætera. Vnde in hoc confutatio inſinuatur petitionis auaræ.

2.Tim.2a

1.Cor.3.a

pſalmo.4

Secundo quantum ad diſſuaſionem auaritiæ, ſubdit. (Dixitque ad illos Videte, & cauete ab omni auaritia) Videte ſcilicet vt prouidi, & cauete, vt cauti. Epheſiorum quinto. Videte fratres quomodo cautè ambuletis, non quaſi inſipientes, ſed vt ſapientes & cætera. Prouidentia nanque facit cauere pericula, in quæ incidit quis, per auaritiam. Primæ Timothei ſexto. Qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem & in laqueum diaboli. & deſideria multa inutilia, & nociua, quæ mergunt homines in interitum & perditionem. Radix enim malorum eſt cupiditas, & cętera. Vnde ipſa excęcat hominem, quod ſignificatum fuit in excęcatione Tobiæ, per ſtercora irundinum. Tobiæ ſecundo, Et ideo dicit. (Videte.) Scilicet æterna. (Et cauete.) Ab auaritia, quæ quærit temporalia. Secundæ Corinthiorum. quarto. Non contemplantibus nobis quæ videntur, ſed quæ non videntur. Quæ enim videntur temporalia ſunt, quæ autem non videntur, æterna ſunt. Et quoniam appetitus cuiuſlibet boni tranſitorij, ſcilicet pecuniæ, & potentiæ & honoris auaritia poteſt dici, Ideo dicit, (Cauete ab omni auaritia.)

ephe.5.c

1.Tim.6b

Tobi.2.b

2.Cori4 d

M.E.C.D. 2017

ma.)Isaiæ tricesimo tertio. Quis habitabit ex vobis cum ardoribus sempiternis? Et sequitur: Qui proiicit auariti- Isaiæ.33.
am ex calūnia,& excutit manus suas ab omni munere:
Tertio quantum ad assignationem rationis & causæ
subdit. (Quia non in abundantia cuiusquam vita eius
est ex his quæ possidet.) Id est nullus propter abundan- psalm.48.
tiam diuitiarum viuere potest diutius. Psalmo quadra-
gesimooctauo. Relinquent alienis diuitias suas. & sepul
chra eorum. domus illorum in æternum. Et Iob. vicesi- Iob.27.d.
mo septimo. Diues cum dormierit, nihil secum auferet.
Et Psalmo septuagesimo quinto. Dormierunt somnum psalm.75.
suum,& nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in ma-
nibus suis. Vnde abundantia vitam non prolongat, sed
frequenter abbreuiat. Ecclesiastici. octauo. Multos per- eccli.8.a
didit aurum & argentum. Et Actuum. octauo. Pecunia Actu. 8.d
tua tecum sit in perditionem. Et propterea ipsa perden-
da est ne perdat possessorem. Et Ecclesiastici, vicesimono eccli.29.b
no. Perde pecuniam propter fratrem & amicum, & non
abscondas illam sub lapide in perditionem.
¶Dixit autem similitudinem ad illos, dicens & cætera.)
Hic secundo vocat à solicitudine auaritiæ, per exemplū
terribile. Circa quod tria introducuntur, scilicet vanę se-
curitatis occasio, vanæ securitatis conceptio, & vanæ se-
curitatis subtractio. Primo igitur. quantum ad vanæ se-
curitatis occasionem venientē ex fructuū vbertate, dicit:
Hominis cuiusdam diuitis vberes fructus ager attulit)
Hæc enim consueuerunt esse bona diuitum ex vbertate
fructuum temporalium. Psalmo. centesimo quadrages- psalm.148
mo tertio. Promptuaria eorum plena, eructantia ex hoc
in illud. Oues eorum fœtosæ & cætera. Vnde Iob. vicesi- Iob.21.a
mo primo. Quare impij viuunt, subleuati sunt, confor-
tatique diuitijs? & cętera. Domus eorum securæ sunt, &
pacatæ, non est virga Dei super illos. Et quia diuitiæ sic
faciunt securum, vt reddāt solicitum ideo subdit. (Et co-
gitabat intra se dicens: Quid faciā, quia non habeo quo
congregem fructus meos?) Ecclesiast. quarto. Repperi eccles.4.b
& aliam vanitatem sub sole. Vnus est, & secundum non
habet. nō filiū, nō fratrē, & tamē laborare nō cessat. nec
satiātur oculi eius diuitijs, imo certè solicitātur Eccles.5. eccls.5.c.

Saturitas

Saturitas diuitis non ſinit eum dormire, & huius ratio
eſt,quia cogitur multa cogitare.Et idco ſubditur.(Et di- »
xit hoc faciam. Deſtruam horrea mea,& maiora faciam »
& illuc congregabo omnia quæ nata ſunt mihi & bona »
Gloſſa. mea)Gloſſa.Ecce magna ſolicitatio ex auaritia,quia ſo- »
licitudo deſtruendi facta,& ædificandi noua,licet enim
eſſent horrea plena,cupiditas adhuc vacua quærebat no
eccl's.5.b. ua receptacula.Eccleſiaſtes.5.Auarus non implebitur pe
eccl'1,14.b cunia.&c.Et Eccli.14.Inſatiabilis oculus cupidi in parte
iniquitatis non ſatiabitur, donec conſumat arefaciens
an maiam ſuam. Impletum erat horreum, ſed cor erat va-
cuum,tum quia animam trinitatis capacem ſolus Deus
poteſt implere, tum quia hæc temporalia non intrant
cor, niſi ſecundum phantaſticam ſimilitudinem, tum
quia concupiſcentiam augent, tum quia animam nõ fa
ciunt meliorem, tum etiam quia ſunt omnino alterius
naturę,ſicut angelus & corporalis locus,ſic anima & cor
poralis theſaurus,tum etiam quia anima cum ſit quanta
non mole ſed virtute,nõ impletur quantitate materiali,
Sapiẽ.1.b ſed ſpirituali, ſicut eſt gratia ſpiritus ſancti. Sapientiæ.1.
Actu.2.a. Et Actuum ſecundo.

Secundo vero quantum ad vanæ ſecuritatis cõcepti-
onem per ſtolidam promiſſionem, ſubditur. (Et dicam »
Ioan.12.d animæ meę)id eſt animalitati.Ioannis.12.Qui amat ani »
mam ſuam,perdet eam. (Anima habes multa bona poſi »
Apoc. 3.c ta In annos plurimos.) Apocalyp.3. Dicis diues ſum, & »
Zach.11 a locupletatus,& nullius egeo.Et Zachariæ vndecimo.Be
nedictus dominus,diuites facti ſumus.Et quia abundã-
tia cum ſecuritate parit malum laſciuiæ,ideo ſubdit.(Re »
eccl's. 4.b quieſce.)Ecce negligẽtia.Eccleſiaſtes.4.Stultus cõplicat »
manus ſuas.& c̃. Dicens,Melior eſt pugillus cum requie,
quàm plena vtraq; manus cum labore, & afflictiõe ani-
eccl'i. 11.c mi.(Comede.)Ecce gula.Eccli.13. Inueni requiem mihi, »
& nunc manducabo de bonis meis ſolus.(Bibe)quantũ »
prou. 23.c ad crapulam.Cõtra quod Prou.23.Noli eſſe in conuiuijs
potatorum & c̃.Sequitur.Qui carnes ad veſcendum cõ-
ferunt,quia vacantes potibus,& dantes ſymbola conſu-
Iaco.5. a. mentur.(Et epulare.)Ecce laſciuia. Iac.3.Epulati eſtis ſu »
per terrã,& in luxurijs enutriſtis corda veſtra.Hæc enim
conſue-

M.E.C.D. 2017

consueuerũt esse vitia diuitum. Amos. 6. Væ qui opulenti estis in Sion. Et post. Qui dormitis in lectis eburneis, & lasciuitis in stratis vestris qui comeditis agnũ de grege. Subiungitur. Bibentes vinum in phialis, & optimo vnguento delibuti &c. Istius autem lasciuiæ causa est securitas vana, quam anima stultè concipit, promittendo sibi longam vitam temporalem per præsumptionem, secundum illud Isai. 28. Percussimus fœdus cum morte, & cum inferno fecimus pactum Flagellum inundans cum transierit, non veniet super nos. Vel contemnendo, per desperationem. Isaię. vicesimo secundo. Comedamus & bibamus, cras enim moriemur. Amos. 6 a. Isaię. 28. d. Isaię. 22. d.

Tertio quantum ad vanæ securitatis subtractionem, per diuinæ sententiæ æquitatem subditur. (Dixit autem illi Deus.) Gloss. Dicere Dei ad hominem est prauas eius machinationes subita animaduersione compescere. Propter quod addit sententiam. (Stulte, hac nocte animam tuam repetunt à te,). 1. Thessa. 5, Cum dixerint, pax & securitas, tunc repentinus eis superueniet interitus. Stultũ eum vocat pro sapientia terrena, quia. 1. Corin. 1. Stultam fecit deus sapientiam huius mundi. Stultus est qui non præuidet futura pericula Eccl's: 2. Sapientis oculi in capite eius: stultus in tenebris ambulat, quia de futuris incertus, securus dormit. Contra quod Proue, 27. Ne glorieris in crastinum, ignorans quid superuẽtura pariat dies. Et Iaco. 4. Quæ est vita nostra? Vapor est ad modicum parens. Et quia vita perdita perduntur hæc tẽporalia, ideo subditur. (Quæ autem parasti cuius erunt?) Ambrosius. Non sunt hominis bona. quæ secum auferre non potest. Sola misericordia comes est defunctorum. Vnde. 1. Tim. 6. Nihil intulimus in hunc mundum, haud dubiũ quod nec auferre quid possumus. Et Iob. 20. Cũ habuerit quæ concupierat, possidere non poterit, cum satiatus fuerit, arctabitur, æstuabit, & omnis dolor irruet super eum Et quia hęc sententia communis est omnibus auaris, ideo subditur. (Sic est qui sibi thesaurizat. [illegible] non est in Deum diues.) Thesaurizat sibi, qui thesaurizat sibi in terra multiplicat. psal. 38. Thesaurizat, & ignorat cui congregabit ea. In Deum autem diues est, qui abundat in meritis, & 1. Tim. 6 b. Iob. 20. c. psalm. 38.

M.E.C.D. 2017

1.Cor.1.a operibus pietatis.1.Cori.1.In omnibus diuites facti estis
in illo,Sequit,Ita vt nihil vobis desit in vlla gratia,ideo
Matt.6.c dicitur.Matth.6.Nolite thesaurizare vobis thesauros in
terra,vbi ęrugo & tinea demolitur,&c̄.Sequitur,Thesau
rizate aũt vobis thesauros in cęlo:vbi neq; ęrugo,neq; tī
nea demolitur,& vbi fures non effodiunt, nec furantur.
Facit aũt nos diuites esse in deum spes,quã in ipsum ha-
1.Pet.1.a bemus,secundum illud.1.Pet.1. Regenerauit nos in spē
viuam,Sequitur:in hæreditatem incorruptibilem,& in-
contaminatã , & immarcessibilem cõseruatam in cœlis.
2.Cor.6 b Hæc autẽ spes radicatur in paupertate.Vnde.2. Corin 6.
Sicut egentes,multos autẽ locupletantes:tanq̄ nihil ha-
bentes, & omnia possidentes. Talis erat Paulus.Philip-
phili .4. c pen.quarto. Habeo omnia, & abundo. Tales nos, fecit
2.Corin6 CHRISTVS.Vnde.2.Corinth.8.Egenus factus est,cum
esset diues, vt illius inopia vos diuites essetis: & ideo ta-
Matt 5.a libus dicit,Matthæi.5. Beati pauperes spiritu , quoniam
ipsorum est regnum cœlorum.

¶Dixitque ad discipulos suos, & cætera.)Hic iam tertio-
reuocat à solicitudine auaritiæ per argumentum irrefra
gabile, quod sumptum est à triplici genere creaturæ.
Iufr.eo .c Primo à creatura rationali.Secundo à sensibili:ibi(Con
Ibidem.d siderate coruos.) Tertio à vegetabili, ibi: (Considerate
lilia quomodo crescunt.)

Primo igitur à creatura rationali sumit tale argumen-
tum:Qui dat quod maius est,dabit quod minus est.Sed
anima plus est q̄ esca, & corpus plus q̄ vestimentū. Ergo
qui dedit animam & corpus , dabit victum & vestitum.
Non oportet ergo de his solicitum esse . In qua ratione,
primo ponit conclusionem : deinde adiungit probatio-
nem. Prçmittit ergo primo principalem conclusionem,
cum dicit: (Ideo dico vobis : Nolite solicite esse animæ „
vestræ quid manducetis:aut corpori vestro quid indua- „
phili.4 .a mini,)Id est nolite solicitari de victu,& vestitu,quæ sunt „
¶Quę sit maximè necessaria vitæ , multo minus nec de alijs quæ
solicitu- spectant ad vitam præsentem. Phillip 4. Nihil soliciti si-
do quam tis:sed in oratione & obsecratione,cum gratiarum actio
prohibet ne petitiones vestræ innotescant apud deum . Et nota,
dominus quod non prohibet solicirudiuem quæ prouenit ex pro
uiden-

M.E.C.D. 2017

uidentia animi, ſed illam quæ venit ex diffidentia dei, quaſi Deus non habeat curam de nobis. Contra quod. Primæ Petri.5. Omnem ſolicitudinem veſtram proiſciẽtes in eum, quoniam ipſi cura eſt de vobis. Et in pſal.54. Iacta ſuper dominum curam tuam, & ipſe te enutriet. Et Ambroſius: Indecorum eſt homini curare de cibo vel veſte, qui militat regi, nouit enim rex quemadmodum familiam ſuam paſcat, alat, & veſtiat. Deinde addit probationem, cum dicit: (Anima plus eſt quàm eſca: & corpus plus quàm veſtimentum) Ex quo ſequitur: Si dedit quod maius eſt, ſupplebit etiam quod minus eſt. Ambroſius: Abſurdum eſt vt victus copiam nobis defuturam putemus qui viuẽdi iugem ſubſtantiam à deo conſequimur. Anima enim & corpus ſunt partes hominis conſtitutiuę propter quem factæ ſunt cæteræ creaturæ, ſecundum illud, Geneſ.1. Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram, & præſit piſcibus maris, &c. Vnde Chryſoſtomus: Omnia fecit deus propter hominẽ, hominem autem propter ſe: omnia fecit deus in ſapientia, hominem autem non ſolum in ſapientia, ſed etiam ſecundum ſapientiam ſuam. Vnde Sapient.6. Puſillum & magnum ipſe fecit, & æqualiter cura eſt illi de omnibus. Et Auguſtinus de agone Chriſtiano, Rationales animas per ſeipſum deus curat & angelũ, cętera verò per ipſos gubernat. Et nota quòd recte comparat animam, & præfert eſcæ, & corpus veſtimento, quia anima vigorem dat corpori illud vegetando, & corpus eſt quaſi indumentum animæ quod extra apparet. Si ergo Deus prouidet corporalem vigorem animæ vegetantis, multò fortius alimoniæ ſufficientiam. Rurſus ſi animæ prouidet indumentum corporis, multò fortius tegumentum veſtis exterioris.

1.Petr.5.b
pſalm.54
Ambroſi.
Ambroſi.
Gene.1.d
Chryſoſ.
Sapi.6.b.
Auguſti.

¶Conſiderate coruos: quia non ſeminant, & cæte.) Hic ſumit argumentum à creatura ſenſibili. Et primo ponit exemplum, deinde elicit argumentu[m]: Proponit igitur exemplum conſiderandum, cum dici

“ Conſiderate coruos: quia non ſe[m]inant, neque me-
“ tunt) Ecce, principio non habent co[n]. vllum laboris exercitium (Quibus non eſt cellarium neque horreum,)

M.E.C.D. 2017

Ecce non habent repoſitorium. Et deus paſcit illos. Ecce
pſalm.146 non patiuntur defectum. (Pſalm.146. Qui dat iumentis eſcam ipſorum, & pullis coruorum inuocantibus eum. Et nota quòd magis exemplũ proponit de coruis, quàm de alijs auibus. Tum, quod maximæ ſunt edacitatis. Vn-
Gene.9 b de Gene.9: dicitur quòd Noe dimiſit coruum, qui egrediebatur, & nõ reuertebatur. Et ratio huius eſt quia inſiderat ſuper cadauer. Tũ etiam quod hæc fertur eſſe natura corui, quod pullos ſuos in principio non paſcit, quia non putat ſuos eſſe donec videat eos factos nigros. Iob.
Iob.38.d. 38. Quis præparat coruo eſcam ſuam, quando pulli eius clamant ad deũ, vagientes, eo quod non habeant cibos? Vnde per coruos merito alia volatilia intelligi poſſunt
Matt.6.d Matt.6. Reſpicite volatilia cœli, quoniam nõ ſerũt, &c.

Deinde elicit argumentum cum addit. (Quanto ma- »
Gloſſa. gis vos pluris eſtis illis?) Gloſſa. Propter rationem & im- »
mortalitatem, quæ vobis promittitur, plus valetis. 1. Co-
1.Cor.9 b rint.9. Nunquid de bobus cura eſt deo? Subiungitur: Nã propter nos ſcripta ſunt. Sed, quia poſsit aliquis contra argumentari, quod nobis competit magis ſolicitudo, q̃ coruis propter excellentiam rationis, oſtendit quod hoc nihil eſt. Si autem augmentum corporis non fit per humanam cogitationem, ſed per diuinam diſpoſitionem. pari ratione & alimentũ. Propter quod dicit. (Quis aũt »
veſtrum cogitando poteſt adijcere ad ſtaturam ſuam cu- »
bitum vnum?) Quaſi dicat nullus. Quia hoc non eſt ho- »
minis cogitantis, ſed opus dei prouidentis. Vnde. 2. Ma-
2.Mac.7 d chab.7. Neſcio qualiter in vtero meo apparuiſtis: neque enim ego ſpiritum & animam donaui vobis & vitam, & ſingulorum membra non ego ipſa compegi. Et. 1. Corin
1.Cor.15.e thi.15. Deus dat illi corpus ſicut vult, & vnicuiq; ſeminũ
Philoſo. propriũ corpus. Vnde & Philoſophus dicit, quod omniũ natura conſtantium terminus eſt & ratio magnitudinis & augmenti. Si ergo hæc minima non ſunt in humana ſed in diuina prouidentia conſtituta, multo minus alia. Ideo addit. (Si ergo neque quod minimum eſt poteſtis, quid de cęteris ſoliciti eſtis?) Quaſi dicat, fruſtrà & ſtultè. »
Beda. Beda. Illi tegendum corpus relinquite, qui illud ad hanc »
menſuram fecit peruenire. Veruntamen iſta ratio, non

videtur

videtur valere, quia licet non oporteat ſolicitari de augmento, poſſumus tamen & debemus de nutrimento. Licet enim vis augmentatiua non ſit ſubiecta voluntati, & rationi, nihil tamẽ impedit de nutritiua, quin ſit ei opus regimine & prouidentia. Verumtamen ad hoc eſt reſponſio, quòd ratio eſt bona: quia ſi illa quæ ſunt commiſſa prouidentiæ naturæ non oportet hominem regere & curare, pari ratione, nec illa quæ commiſſa ſunt prouidentiæ ſupernæ. Rurſus, ſicut non poteſt corpus augere, ſic nec terminum vitæ, quem præfixit dominus protelare. Poſtremo ſi non oportet ſolicitari de ipſius corporis mẽſura, ſed eſt homo contentus ea quam dominus dedit, quare non ſimiliter de alimonia extrinſeca?

¶Conſiderate lilia quomodo creſcunt, &c.) Hic iam tertio ſumit argumentum de vegetabili. Et primo præmittit ſimilitudinem ſenſibilem, deinde ſubdit adaptationẽ Præmittit ergo ſimilitudinem, cum dicit:

« Conſiderate lilia quomodo creſcunt: non laborant,
« neque nent,) Ambroſius. Aperta comparatio: Lilia non ſicut cæteri fructus aliquem agricolarum cultum requirunt, vnde ipſa creſcunt, nõ humano ſtudio, ſed diuino imperio, quod datum fuit ab ipſo mundi exordio, Geñ. primo. Germinet terra herbam virentem, &c. Et quia opus ſummi artificis eſt excellentius omni opere humanę
« artis: ideo addit: (Dico autem vobis, Neque Salomon in
« omni gloria ſua veſtiebatur ſicut vnum ex iſtis,) Et tamẽ Salomon circa ornatum veſtium fuit curioſiſsimus, ſimul habens voluntatẽ, induſtriam, & facultatem ad ornandum ſe. Vnde de ipſo dicitur. 3. Regũ. 10. Videns regina Saba omnem ſapientiam Salomonis, Sequitur. Ordines miniſtrantium, veſteſq; eorum, & pincernas, & holocauſta quæ offerebat in domo domini, non habebat vltra ſpiritũ. Et hoc quia omnia ordinauerat ſecũdum humanam induſtriam ingenioſiſsimè. Sed tamen operibus & induſtriæ naturæ (quæ eſt opus ( )æquare non poterat. Vnde Beda: Quæ purpura regu[illegible]que pictura textricum poteſt floribus comparari?

Ambroſi. Gene. 1. b Beda.

Deinde poſt ſimilitudinem ſubdit adaptationem, & in-
« fert concluſionem: (Si autem fœnum quod hodie eſt in

M.E.C.D. 2017

agro,& cras in clibanum mittitur,) Id eſt cito marceſsit. »
psalm.128 Pſal.128.Fiant ſicut fœnum tectorũ quod priuſquã euel-
Iaco 1. b. latur exaruit.Et Iacobi.1.Exortus eſt ſol cum ardore, &
arefecit fœnũ ,& flos eius decidit,(Deus ſic veſtit,) Pul- »
Beda. chro ſcilicet ornatu & decoro.Beda:Ipſe color dicitur ve
ſtimentum floris.(Quanto magis vos,puſillæ fidei?) Id »
eſt quanto magis vos veſtiet etiam ſi modicũ habueritis
de fide,quia tã ratione naturæ q̃ ratione fidei præcellitis
Vnde Petro de dei potentia in tẽpeſtate dubitanti dici-
Matt.14d tur.Matt.14.Modicæ fidei,quare dubitaſti?Modicam fi-
dem habet de regimine paternæ prouidentiæ,qui timet
psalm.77. quotidiè mori fame.Pſal.77. Non crediderũt in deo,nec
ſperauerunt in ſalutari eius.Et ſequitur:Et mandauit nu
bibus deſuper , & ianuas cœli aperuit.Et pluit illis man-
na ad manducandum,& c̃. Si quis igitur veræ fidei, cre-
dens omnia gubernari ſuperna prouidentia,cũ prouidẽ
tia dei maiorẽ curam gerat & gerere debeat de præcellen
tioribus, & dignioribus, & durabilioribus,& rationali-
bus q̃ de irrationalibus , aut de vegetabilibus , & de his
gerit talem prouidentiam, ꝙ nil eis deeſt . multo magis
ergo curam gerit de ijs quæ ſpectant ad regimen homi-
nis,tanquã pretioſioris,immortalis,& inter cæteras crea
turas dignioris , quia rationalis eſt ad imaginem dei fa-
ctus.Eſt ergo ratio iſta irrefragabilis,quia ſi quis contra
rium huius dicat,tollit regimen diuinæ prouidentiæ, &
ordinem vniuerſi. Et ideo non eſt tantum modicæ fidei
verum etiam examinationis peruerſæ.

¶Et vos nolite quærere quid manducetis.) Hic quarto
reuocat à ſolicitudine auaritiæ per promiſſum deſidera-
bile.Circa quod tria introducuntur.Diſſuadet enim ſo-
licitudinem auaritiæ & cupiditatis, promittendo ſuffi-
cientiam viatici.Superexcellentiã præmij. Et ſuperabun
dantiam theſauri.Primo igitur diſſuadet ſolicitudinem
auaritiæ , & cupi[illegible]catis promittendo ſufficientiam vi-
atici,quum dicit

Et vos nolite qu[illegible]rere quid manducetis, aut quid bi- »
batis .)Videlicet v[illegible]upidi,& curioſi quærunt, vt abun- »
dent & ſuperbiant:ideo addit:(Et nolite in ſublime tol- »
1.Tim.6d li.) Pro acquiſitione terrenorum.1. Tim.vlti. Diuitibus »
huiu-

M.E.C.D. 2017

huius ſeculi præcipe, non ſublime ſapere, nec ſperare in incerto diuitiarum. Nam ſic terrena quærere, nõ eſt ho-
« minum cœleſtiũ, ſed terrenorum. Ideo addit. (Hæc autẽ
« omnia gentes mũdi quęrunt.) quia mundanã habent ſa
piẽtiã. Baruch. 3. Filij Agar, qui exquiſierunt prudentiã Baruc. 3. c
quæ de terra eſt, negociatores terræ & Themam. Viri au
tem cœleſtes, non debent ijs eſſe intenti, quia ſunt de fa-
« milia ſummi patris. Vnde addit (Pater aũt veſter ſcit quo
« niã his indigetis) Et nõ eſt dubiũ quin poſſit prouidere.
Rom. 10. Idẽ dominus omniũ, diues in oẽs, qui inuocãt Rom. 10 c
illũ. Non eſt dubiũ etiã quin velit. Iſa. 49. Nunquid obli- Iſaię. 49. d
uiſci poteſt mulier infantẽ ſuũ, vt nõ miſereatur filio vte
ri ſui? &c. Et ideo volentes tendere ad patriã, nõ derelin-
« quẽtur iu via ob defectũ cibi, propter quod addit. (Verũ-
« tamen quęrite primũ regnũ dei & iuſtitiã eius.) tanquã
« principale intentum. (Et hæc omnia adijcientur vobis.)
tanq̃ viaticũ, quia qui paratus eſt dare regnum, abſq; du
bio nõ denegabit cibũ. Qui dare paratus eſt æterna, nõ
denegabit tẽporalia. Vnde Auguſt. Oſtẽdit dominus tẽ- Auguſti.
poralia nõ eſſe petenda, tanq̃ bona noſtra, & ſi neceſſaria
Regnũ aũt dei petendũ eſt, & in illo finis ponendus eſt,
propter quẽ oĩa faciamus. Ideo ſolicitudo noſtra nõ de-
bet eſſe pro acquirẽdo cibo, ſed pro acquirẽdo regno ęter Rom. 14 c
no. Rom. 14. Nõ eſt regnũ dei eſca & potus, ſed iuſtitia, &
pax, & gaudiũ in ſpũ ſcto. Chry. Regnũ dei retributio, iu Chryſoſt.
ſtitia eſt via, per quã venimus ad regnũ dei. Ideo Matt. 6. Matt. 6. d
Quærite primũ regnũ dei, & iuſtitiã eius. &c. Et nota q̃
hęc promiſsio eſt ſatis recta, quia qui quærit regnũ & iu-
ſtitiã eius, eſt dei ſeruus, dei amicus, & dei filius. Rom. 8. Rom. 8. c
Qui ſpiritu dei agũtur, ij ſũt filij dei. Quod aũt deus de-
ſit ſeruo ſuo amico & filio, vt ei nõ prouideat quę ſũt ne-
ceſſaria, valde peruerſum eſt ſentire. Nã talis habet deũ
& talis habetur à deo, & ideo habet per conſequens quæ
habet deus. Vnde. 1. Corinthio. tert. Omnia veſtra ſunt, 1. Cor. 3. d
vos autem CHRISTI, CHRISTVS autem dei.

Secundo diſsuadet ſolicitudinem auaritiæ promit-
« tendo ſuperexcellentiam præmij, cum ſubdit. (Nolite ti-
« mere puſillus grex.) Puſillus grex dicitur reſpectu mul-
titudinis reproborum hominum. Matthæi vigeſimo. Mat. 20. b

M.E.C.D. 2017

Multi ſunt vocati,pauci vero electi. Vel puſillus ratione
1.Cor.1 d modicitatis propriæ.1.Corint.1. Videte vocationem ve-
ſtram fratres,quia non multi ſapientes ſecundum carnẽ
non multi potentes,& cæt. Vel puſillus ratione humili-
ezec.34.g tatis voluntariæ.Ezec.34.Vos autẽ greges mei,& c̈.homi
nes eſtis,& ego dominus Deus veſter.Eſt enim deus hu-
eccl'ci.3 .c milium.Eccl'i.3.Magna potentia dei ſolius,& ab humili-
Matt.19 b bus honoratur.Et talibus promittit deus regnũ.Mat.19.
Sinite paruulos,Subiungitur: Talium enim eſt regnum
cœlorum,ideo ſubdit:(Quia complacuit patri veſtro da »
prou.28.d re vobis regnum,)Prouerb.29.Humilem ſpiritu ſuſcipiet »
Iob.22. d. gloria.Et Iob.22.Qui humiliatus fuerit, erit in gloria.
Hæc autem ſuperexcellentia regni promiſsi inducit ſpẽ,
& inducendo ſpem inducit ſecuritatem,&per hoc aufert
puſillanimitatem timoris,& ardorẽ cupiditatis. ſecundo
2.Cor.6 b Corin.6.Sicut egentes,multos autem locupletantes:tã-
quam nihil habẽtes,& omnia poſsidentes.Solum enim
Infra.17.e illud regnum eſt vera cordis poſſeſsio,quæ cor implet &
¶ Deus auferri non poteſt,quia intus eſt.Infra.17. Ecce regnum
puſillis dei intra vos eſt.Et nota quòd patri complacuit puſillis
oĩa dat. id eſt,pauperibus ſpiritu dare regnumgloriæ.Vnde Mat-
Matt.5.a. thæi.5. Beati pauperes ſpiritu, quoniã ipſorũ eſt regnũ
pro.10.d. cęlorũ, quia tales deſiderant æterna.Pro.10.Deſiderium
pſalmo.9 ſuum iuſtis dabitur.Et Pſal.9.Deſideriũ pauperum exau
Matt.19.d diuit dominus,quoniã contẽnunt temporalia.Matt.19.
Qui reliquerit patrẽ,aut matrem,centuplũ accipiet,&c̈.
Galat.5.d Amplectuntur ſpiritualia.Gala.5. Si ſpiritu viuimus,ſpi
ritu & ambulemus.Non efficiamur inanis glorię cupidi
Iudit.9.d Item complacuit deo dare eis veniam.Iudit.9. Humiliũ
& manſuetorum ſemper tibi placuit deprecatio, ſcilicet
exo.33 .d. ad dandum veniam.Exo.33.Miſereor cui voluero,& cęt.
Iſaię.42.a Placuit dare gratiam.Iſa.42.Ecce ſeruus meus,ſuſcipiam
Matt.11.d eum,electus meus,& c.Placuit dare ſapientiam. Matt.11.
Abſcondiſti hæc à ſapiẽtibus & prudentibus,& reuelaſti
ea paruulis.Placuit dare gloriã ęternã,ſicut hic.Nolite ti
pſalm.146 mere puſillus grex,&c.Pſal.146. Beneplacitũ eſt dño ſup
timẽtes eũ,& in eis qui ſperãt ſuper miſericordia eius.
Tertio diſſuadet ſolicitudinem auaritiæ promittendo
ſuperabundantiam theſauri, pro dimiſsione ſeculi, cũ
dicit

M.E.C.D. 2017

dicit,(Venditc quæ poſsidetis,& date eleemoſymam,)Id eſt,diſtribuite bona veſtra pauperibus, ſecundum illud, Mat.19. Vade, vende omnia quæ habes,& da pauperibus Matt.19.c
Et quia durum eſt vendere & dare abſq; recompenſatione,ideo addit(Facite vobis ſacculos qui non veteraſcũt) Eccl'i.17.Eleemoſyna viri quaſi ſacculus cum eo, & gratiam hominis quaſi pupillam conſeruabit: & poſtea reſurget,& retribuet illis retributionẽ,vnicuiq; in caput ipſorum.Et quia iſta retributio eſt opulentiſsima, quæ eſt in his ſacculis. Ideo ſubdit,(Theſaurũ non deficientem in cęlis)ſubintelligitur facite,& hoc fit per eleemoſynam Vnde Tobi.12. Bona eſt oratio cũ ieiunio & eleemoſyna Tob.12.b
q̃ theſauros auri recondere, quoniã eleemoſyna à morte liberat,& ipſa eſt quæ purgat peccata. Et facit inuenire miſericordiam & vitã æternam.Et q̃ iſte theſaurus cœleſtis ſit indeficiens,oſtendit:quia non poteſt amitti per fures,non poteſt corrumpi in ſe,ideo addit:(Quo fur non appropiat,neq; tinea corrũpit,)Chryſoſto. Omnia bona Chryſoſ.
mundi triplex interitus tollit:aut enim ex ſeipſis veteraſcunt,aut dominorũ luxu conſumũtur,aut ab extraneis dolo,vi,Vel calumnia diripiuntur.Et propterea in terris theſaurus indeficiens non poteſt haberi. Qui vult ergo indeficientẽ habere,diſpargat in terris,vt abũdet in cęlis Pſal.111.Diſperſit dedit pauperibus,iuſtitia eius manet in ſeculũ ſcl'i. Vnde Aug.Non iuſsit dñs vt theſaurũ perderemus,ſed locũ oſtendit quo poneremus.Eſt aũt magna vis faciẽda,quõ locetur theſaurus,quia eodem locatur & animus,ideo ſubiũgit,(Vbi eñ theſaurꝰ veſter eſt, ibi & cor veſtrũ erit.)Theſaurus eſt illud quod principaliter amat animus,ſecundũ illud.Mat.13.Simile eſt regnũ cœlorum theſauro abſcondito in agro,& c. Vbi eſt principale amatũ,ibi abundabit animus. Vnde Bern. Verius eſt anima vbi amat,q̃ vbi animat. Et ideo vbi eſt theſaurus tuus,ibi & cor tuũ.Bed. Si in terra eſt cor deorſum eſt,ſi in cœleſtibus,in CHRISTO fixum .neceſſe eſt enim vt quo præceſſerit dilectionis theſauri illuc & cogitatiõis ſequetur affectus.Et quia ſapiẽs t[illegible]aurũ habet in cœlis, & ſtultus in terris.Ideo Eccl'i.10.Cor ſapientis in dextera eius,& cor ſtulti in ſiniſtra illius,& c.2.Cor.4.Non cõ-

¶Omnia bona mũdi triplex interitus tollit. pſalm.111 Auguſti. Matt.13.f Bernard. Beda. eccl's.10.a

templã

M.E.C.D. 2017

tẽplantibus nobis quę vidẽtur, ſed quæ nõ vidẽtur. Quę enim videntur, tẽporalia ſunt: quæ autẽ nõ vidẽtur, ęterna ſunt. Theſaurus enim iſte viſibilis & terreſtris cõſiſtit in pecunia. Sed theſaurus inuiſibilis conſiſtit in ſapien-
Sapi. 7.b tia. Sapient. 7. Venerunt mihi omnia bona pariter cum
¶Quũ illa. Et poſt. Infinitus enim theſaurus eſt hominibus: quo
theſaur9 qui vſi ſunt, participes facti ſunt amicitiæ dei. Et nota qꝓ
in cœle iſte qui conſiſtit in ſapientia, incipit a timore reuerẽtiæ.
ſtibus cõ- Eſaię triceſimo tertio. Diuitiæ ſalutis ſapiẽtia, & ſcientia,
paretur. timor domini ipſe eſt theſaurus eius. Proficit autẽ in ſtu
Matt. 13.g dio diſcipline, Matt. decimo tertio. Omnis ſcriba doctus
in regno cœlorũ, &c̃. Cõſeruatur in ſanctitate cõſcientię
Supra. 6.f Luc. 6. Bonus homo de bono theſauro cordis ſui profert
bonũ, &c̃. Cõſummatur autẽ in ſublimitate gloriæ. Mat-
Matth. 19 thæi. 19. Si vis perfectus eſſe, vade, vẽde omnia quę habes,
& da pauperibus, & habebis theſaurũ in cœlo. Et de talibus loquitur hic. Vnde pauperibus promittit viaticũ refectionis, regnũ excellentiæ, & theſaurũ abundantiæ, quia pauperes cõſueuerũt eſſe afflicti, & deſpecti, & egeni pro nomine domini noſtri IESV CHRISTI.

¶Sint lumbi veſtri precincti, &c̃.) Poſtquam reuocauit a ſolicitudine auaritiæ, hic ſecũdo inuitat ad ſolicitudinẽ prouidentię, ne quis crederet qꝓ omnẽ vellet ſolicitudinẽ amouere à corde. Inuitat autẽ ad huiuſmodi ſolicitudinem ex cõſideratione duplicis aduẽtus. Primo ſc; conſideratione ſecũdi aduẽtus, qui erit terribilis. Secũdo vero
Infr. eo .f conſideratione primi aduentus, qui fuit amabilis, Ibi. Ignem veni mittere in terrã, &c̃. Prima pars habet duas. In quarũ prima inuitat ad ſolicitudinẽ vigilãtiæ omnes cõmuniter. In ſecunda vero prẽlatos ſpecialiter. Ibi. (Ait autem ei Petrus.) Circa generalem introductionem omnium ad ſolicitudinem vigilantiæ procedit hoc ordine. Primo prẽmittit vigilantiæ modum. Secundo adiungit
Ibidem.e motiuũ, Ibi (Beati ſ[illegible]ii illi) Tertio ſubiũgit ſtimulatiuũ,
Ibidem. Ibi. (Hoc autem ſc[illegible]re &c̃.) Primũ horũ reſpicit meritũ. Secundũ reſpicit p[illegible]miũ. Tertiũ reſpicit imminẽs pericu-
Ibidem. lum. Circa modum [illegible]tẽ vigilãtiæ duo introducit Euangeliſta, ad quæ dominus diſcipulos inuitat, ſc; ad promptitudinẽ expeditionis in corpore, & ad ſolicitudinẽ ex-

pectatio-

M.E.C.D. 2017

pectationis in corde. Primo igitur quãtum ad promptitudinem expeditionis in corpore, dicit.

« Sint lumbi vestri pręcincti) Sicut ille expeditus est qui est pręcinctus, ad viã progrediẽdum, sic ille expeditus est qui restringit in se carnalia desideria. Vnde Grego. Omelia. 13. A principali sexu, lumborum nomine, luxuria designatur. Iob. 40. Fortitudo eius in lumbis eius, &c̃. Lumbos ergo pręcingimus cũ carnis luxuriã per continentiã coarctamus. Sed quia nõ sufficit mala nõ agere, nisi etiã quis studeat bonis operibus insudare, protinus subditur « (Et lucernæ ardẽtes in manibus vestris.) Lucernas quippe ardentes in manibus habemus, cum bona opera proximis nostris lucis exempla monstramus. Lucerna enim dicitur recte diuinũ mandatũ. Prouer. 6. Mandatũ lucerna est, & lex lux, &c̃. Hęc lucerna est lux in manu, quãdo mandatũ est in operatione. Prouer. 31. Non extinguetur in nocte lucerna eius. Manum suã misit ad fortia, &c. Et Matth. 5. Sic luceat lux vestra corã hominibus, vt videãt opera vestra bona, &c. Et nota q; sicut lucerna obscondit lumẽ à vẽto sed nõ à visu, sic bona opera cõparãtur lucernæ. Quia sic debet opus esse in publico, quatenꝰ intẽtio maneat in occulto, Sic velit homo alijs dare exemplum virtutis, vt tamẽ nõ quęrat minimũ transitorij fauoris.

Grego

Iob. 40. b

¶ Lucerna,

prou. 6. c.

prou. 31. b

Matt. 5. b

Secundo quantũ ad solicitudinẽ expectationis in cor« de, subdit. (Et vos similes hominibus expectantibus do« minũ suum quando reuertatur à nuptijs.) id est quando veniet ad iudiciũ descẽdendo de cœlis. Vnde Gregorius. Ad nuptias dominus abijt, cũ post resurrectionẽ suã angelorum sibi multitudinẽ nouus homo copulauit. Qui tunc reuertetur, cũ per iudiciũ nobis manifestatur. Vnde a bonis semp debet expectari Philip. 3. Saluatorẽ expecta mus dñm nostrũ IESVM CHRISTVM, &c. Et hęc expectatio nõ est vana. Prouer. 17. Gemma gratissima expectatio pręstolãtis. Nõ est etiã somnolẽta. Psal. 26. Expecta « dñm, viriliter age. Et ideo subdit. (V[illegible]ũ venerit,) properã « do ad iudiciũ, (Et pulsauerit,) per in[illegible]mitatis flagellum. « (Confestim aperiãt ei,) per deside[illegible]m intimũ. Apoca. 3. Ecce sto ad ostium & pulso, si quis audierit vocẽ meam, & aperuerit mihi ianuam, intrabo ad illum, & cætera.

Gregoius

philip. 3. d

prou. 17. b

psalm. 26.

Apoc. 3. d

Beda

M.E.C.D. 2017

Beda. Beda. Non vult aperire iudici pulſanti qui (timẽs videre iratum quẽ contempſit) de corpore exire metuit. Aperit qui iudicẽ lętus & ſecurus ſuſtinet, & de propinqua mor-
Cant°.5.e te gaudet, Canticorũ quinto. Vox dilecti mei pulſantis. Et poſt. Surrexi, vt aperirem, & cętera.

¶ Et notandum eſt hic quod Euangeliũ iſtud legitur in feſtis confeſſorũ, propterea q̃ in eo cõmendantur triplici ter, ſcilicet quantũ ad declinationẽ mali in prędinctione lumborum, & quantũ ad operationẽ boni in portatione lucernarũ, & quantũ ad expectationẽ optimi in ſimilitudine hominũ expectantiũ dominũ ſuũ, ſecundũ illa tria
Mich.6.b quæ dicuntur, Micheę.6. Indicabo tibi ô homo quid ſit bonũ, & quid dominus requirat à te. Vtiq; facere iudiciũ reſpectu tui, & diligere miſericordiã, reſpectu proximi, & ſolicitũ ambulare cum deo tuo, reſpectu dei.

¶ Lumbi tripliciter prędingẽdi. Ad hoc autẽ q̃ malum in nobis perfecte deficiat, ſunt lumbi tripliciter prędingendi, ſcilicet lumbi carnalis con-
pſalm.37. tactus. De quibus in Pſal.37. Lumbi mei impleti ſunt illuſionibus. & non eſt ſanitas in carne mea &c̃. Et ij præcin-
Iſaiæ.23.c gendi cingulo caſtitatis. Iſa.32. Accingite lũbos veſtros. Super vbera plangite, &c̃. Itẽ lumbi carnalis affectus cin-
Iob.40.a gulo virtutis, Iob. 40. Accinge ſicut vir lumbos tuos. Et
Ierem.1.d Ieremię.1. Accinge lumbos tuos, ſurge, & loquere ad eos.
1.petri.1.c Item lumbi carnalis cogitatus cingulo veritatis. 1. Pet. 1. Succincti lumbos mentis veſtræ, ſobrij, &c̃.

Ad hoc autẽ q̃ bonũ in nobis perfecte clareſcat, por-
Supr.11.e tanda eſt lucerna rectę intẽtionis Supra. 11. Lucerna corporis tui, eſt oculus tuus. Item portanda lucerna, veræ-
pſalm.118 predicationis, Pſal.118. Lucerna pedibus meis verbũ tuũ,
eccli.48.a Et Eccleſiaſtici.48. Surrexit Elias propheta quaſi ignis, & verbum ipſius quaſi facula ardebat. Item portãda lucer-
Ioann.5.f na honeſtę cõuerſationis. Ioan. quinto. Ille erat lucerna
pſalm.131. ardens & lucens. Et Pſal.131. Illuc producam cornu Dauid, paraui lucernam CHRISTO meo.

Poſtremo ad h[illegible] q̃ deſideriũ perfecte igneſcat expe-
Haba.2.a ctandus eſt CHRISTVS fidenter. Habacuc.2. Si morã fecerit, expecta illu[illegible]quia veniens veniet, &c̃. Item expe-
pro.10.d. ctandus gaudẽter, Prouer.10. Expectatio iuſtorũ, letitia,
Iob.14.c. &c̃. Itẽ expectandus vigilanter. Iob.14. Cũctis diebus qui-

bus

M.E.C.D. 2017

bus nunc milito,expecto donec veniat immutatio mea. Et hoc modo expectant serui dominũ quãdo reuertatur a nuptijs. Sic beati cõfessores perfecte laudãtur secundũ illa Ad Titũ.2.Sobriè,iustè,& piè viuamus in hoc seculo, expectãtes beatã spem & aduentũ gloriæ magni dei,&c. ad tit.2.c.

¶ Beati serui illi,&c)Hic secũdo introducit motiuũ ad solicitè vigilandũ.Et hoc est duplex,sc; Beatificatio vigilãtiũ sine defectiõe & sine omni exceptione. Primo igitur quantũ ad beatificationẽ vigilantiũ sine defectiõe,dicit.

Beati serui illi, quos cum venerit dominus, inuenerit vigilantes)Prouerb.8.Beatus homo qui audit me,& qui vigilat ad fores meas quotidie.Et ideo Eccli.39. Cor suũ tradet ad vigilandum diluculo,&c. Tales dominus beatificat,Iob.8.Si diluculo consurrexeris ad deum,& omni potentem fueris deprecatus.Subditur, statim euigilabit ad te,& peccatũ reddet habitaculũ iustitiæ tuę,Ideo subdit.(Amen dico vobis q̃ prę̃cinget se,) preparando ad retributionem,Psal.92.Dominus regnauit decorẽ indutus est,&c.(Et faciet illos discumbere,)in æterna refectione. Ezechiel.34. Ego pascam oues meas, & ego eas accubare faciam.(Et transiens ministrabit illis,) per liberalissimã cõmunicationem,(Transiens,)id est transire faciens.Ecclesiastici.24.Transite ad me omnes qui cõcupiscitis me, &c. Quia à CHRISTO & per CHRISTVM trãsimus ad CHRISTVM, A gloria scilicet corporis ad gloriam animæ, & ab hac ad gloriam diuinitatis. Propter quod dicit Ioan.10. Ego sum ostium, Per me si quis introierit, saluabitur,Et.14.Ego sum via,& veritas,& vita:Ministrare autẽ dicitur CHRISTVS quia semper dabit materiã gaudij actualis refectionis indeficiẽtis. Non esuriẽt neq; sitient amplius,Sequitur. Quoniã agnus qui in medio throni est,reget illos, & deducet ad vitæ fontes aquarũ, Apoca.7. Beati igitur qui ad cœnã nuptiarũ agni vocati sunt.Eiusdem.19.In qua agnus sine macula erit sponsus, cibus,dominus,& minister.Psal.35.Inebriabũtur ab vbertate domus tuæ,& torrente voluptatis tuæ potabis eos. Ipse ministrabit & inuitabit,secundũ illud Cantic.5.Comedite amici,& bibite,& inebriamini charissimi. prou.8.d eccli.39.a Iob.8.a psalm.92. ezec.34.a eccli.24.c Ioan.10b Idem.14.a Apoc.7.d Idem.19b psalm.35. Cant.5.a

Deinde quantũ ad beatitudinẽ sine exceptiõe,subdit.

(Et si ve-

M.E.C.D. 2017

(Et ſi venerit in ſecũda vigilia,& ſi in tertia venerit,& ita inuenerſt,beati ſunt ſerui illi.)Nota hic quòd per tres vi gilias intelligũtur tres ſtatus præſentis vitæ,ſcilicet pue-
Beda. ritiæ,iuuentutis,& ſenectutis. Vnde gloſſa Bedę. Vigilias vocat ad ſimilitudinem excubantiũ in nocte:Prima vigilia cuſtodiæ,pueritiæ eſt:ſecunda eſt iuuentutis,& tertia ſenectutis. Si quis in pueritia vigilare neglexerit,nõ tamen deſperet.Si in iuuentute neglexerit,ſaltem tandẽ in ſenio reſipiſcat, quia pius dominus pœnitentiam no-
Iſaię.30.d ſtram patienter expectat.Iſai.30. Propterea expectat dominus vt miſereatur veſtri :& ideo exaltabitur parcẽs vobis, quia deus iudiciꝝ domino: beati omnes qui expectãt
Marc.13.d eum. Et nota,quòd Mar 13.inſinuantur quatuor vigiliæ, ſecũdum modũ diſtinctionis horarum apud excubãtes. Vigilate inquit , neſcitis enim quando dominus domus veniat,ſero an media nocte, an gallicantu, an mane. Et per has vigilias intelligũtur quatuor ſtatus,in quibus homo vtitur libertate arbitrij.Primus & vltimus & duo intermedij,vnus in profectu,& alter in declinatiõe.In quo inſinuatur quod dominus omni hora , ſine exceptione, noſtram acceptat vigiliam, ſed potiſsime illam quæ inci
Thren.3d pit à pueritia. Threnorum tertio.Bonum eſt viro , cum portauerit iugum , ab adoleſcentia ſua , & tamen etiam
Matt.14.c vltimum ſenium non recuſat dominus . Vnde Matthæi decimo quarto.dicitur: Quod quarta vigilia noctis,venit ad diſcipulos ambulans ſuper mare . Qualibet ergo
Infr.21. g hora non eſt inutile ſed perutile vigilare: Infra.viceſimo primo. Vigilate,omni tempore orantes, vt digni habeamini,fugere iſta omnia,quæ futura ſunt, & ſtare ante filium hominis.

¶Hoc autem ſcitote & cætera .) Hic tertio ſubiungit ſtimulatiuum ad vigilandum , quod introducit per hunc modum in proponendo exemplum parabolicum,& cõcludendo principale intentum . Primum ergo exponit exemplum parabo[illegible]cum,cum dicit:

Hoc aũt ſcitote quoniã ſi ſciret paterfamilias qua ho» ra fur veniret,vigilaret vtiqꝫ.)ſcilicet ad cuſtodiã domus » ne fur furtim aliqua aſportaret. Ideo dicit .(Et nõ ſine» ret perfodi domũ ſuã,)Et ſi ſemper haberet horam ſuſpectam

ctam nunquid relinqueret domum ſuam ſine cuſtodia? aleoquin nõ ſapienter, ſed ſtultè curã familię procuraret Exemplum de Iſboſeth, de quo legitur .2, Regũ.4. Quòd Iſboſeth dormiebat ſuper ſtratum ſuum meridie. Et oſtiaria domus purgãs tricicum obdormiuit . Ingreſsi ſunt autem domum latenter. Subiungitur: Et percuſſerunt eũ in inguine Rechab , & Banaa frater eius. & fugerunt . Sic ſpiritualiter fit ei qui negligit domum ſuam vigilanter cuſtodire. Vnde Gregorius: Oſtiaria dormiente Iſboſeth interficitur, quia dum diſcretionis ſolicitudo ceſſauerit ad interficiendum animam malignis ſpiritibus iter pandit. Et ideo vir ſpiritualis econtrario dicit illud. Iſaię vigeſimo primo. Super ſpeculam domini ego ſum. ſtans iugiter per diem, & ſuper cuſtodiam meam ego ſum, ſtãs totis noctibus. Et ideo. primo. Petri. quinto. Sobrij eſtote & vigilate, quia aduerſarius veſter diabolus & cætera.

2. Re. 4. b.

Gregori.

Iſaię. 21. b

1. Petr. 5. c

« Deinde concludit principale intentum. (Et vos eſtote
« parati, quia qua hora non putatis, filius hominis veniet)
Gloſſa: Vltimam horã ſemper ignorari voluit dominus, vt ſemper ſit ſuſpecta, & ad eam ſemper præpareinur. Vnde Matt. 24. De die illa & hora nemo ſcit, neq; angeli cœlorum, niſi ſolus pater. Et. 1. Theſſal. 5. Dies domini, ſicut fur in nocte, ita veniet, Et poſt: Vos aũt fratres, non eſtis in tenebris, vt vos dies illa tanquam fur comprehendat. Et Eccleſiaſtes nono. Neſcit homo finem ſuum, ſed ſicut piſces capiuntur hamo, & ſicut aues laqueo comprehenduntur, ſic capiuntur homines tempore malo. Sic & illi qui non ſe præparant. Ideo dicitur, Eccleſiaſtici quinto Non tardes conuerti ad dominum, & ne differas de die in diem, ſubito enim veniet ira illius, & in tempore vindictæ diſperdet te. Vnde Alcuinus. Diſſoluta eſt cogitatio de craſtina conuerſione cogitare & hodiernam negligere. Et Seneca . Quilibet dies vitæ noſtrę ordinatus eſt vltimus. Propter hoc ergo vt ſemper ſimus parati. voluit dominus nos ignorare horam morti [illegible] diem iudicij. Nihil enim eſt certius morte, & nihil in[illegible]ius hora mortis Ideo Eccleſiaſtici triceſimo octauo . [illegible]mor eſto iudicij mei, ſic enim erit & tuum, mihi heri [illegible] tibi hodie . Et de hora iudicij , dicitur Matthæi vigeſimo quinto capite.

Gloſſa.

¶Hora mortis nihil eſt incertius

Matt. 24. d

1. Teſ. 5. a

eccl's. 9. c

eccl'ci. 5. b

Alcuinus

Seneca.

eccl'i. 38. c

Matt. 25. a

Media

M.E.C.D. 2017

Matt.25:a Media nocte clamor factus est, Ecce sponsus venit, exite obuiã illi. Et post, Quæ paratæ erant, intrauerũt cum eo ad nuptias, & clausa est ianua. Gregor. Si saperet palato cordis, quid admiratiõis habet, venit sponsus, quid dulcedinis, intrauerunt cum eo ad nuptias, quid amaritudinis, clausa est ianua, & cætera.

¶ Ait aũt ei Petrus. &c.) Postquã inuitauit ad vigilãtiam oẽs generaliter. Hic inuitat prælatos specialiter. Quod quidem facit hoc ordine. Primo nanq; cõmendat prçlatorum vigilantiã. Secũdo arguit insolentiã. Ibi. (Quod si dixerit seruus ille, &c.) Tertio aggrauat negligentiam.

Inf. eo.f.

Ibidem. Ibi. (Ille autẽ seruus qui cognouit.) Cõmendãs aũt vigilantiã prçlatorũ. Primo cõmendat eam quantũ ad prçrogatiuã meriti. Secundo quantũ ad præcellentiã præmij. Primo igitur quantũ ad prærogatiuã meriti quã, ostendit in respondendo ad quæstionẽ Petri, dicit.

Ait autem ei Petrus, Domine ad nos dicis hanc parabolam, an ad omnes?) Bene quærit & vtiliter, vt sciat ad quid debeat obligari. Vnde Ecclesiastici.3. Quę præcepit tibi deus, illa cogita semper. Et maxime illa sunt discẽda, quæ sunt parabolicè dicta. Prouer.1. Audiens sapiens, sapientior erit: & intelligens, gubernacula possidebit. Animaduertet parabolam & interpretationẽ, verba sapientũ & ænigmata eorũ. Huic autẽ quæstioni Petri superficietenus non videtur, dominus respondere. Sed si profundius attendatur, respondet perfectè. Insinuãs q̃ prçdicta parabola de vigilantia, spectat cõmuniter ad vniuersos, sed specialiter ad prçlatos, cum dicit. (Dixit autem dominus, Quis putas est fidelis dispẽsator & prudens.) Dispensatores prçlatos vocat. 1. Corin. 4. Sic nos æstimet homo vt ministros CHRISTI, & dispensatores mysteriorũ dei &c. Tales difficile est inuenire fideles. Vnde Ibidem. Hic iam quæritur, inter dispensatores vt fidelis quis inueniatur. Et Prouer. 20. Multi homines misericordes vocantur virum autẽ fidel[illegible] quis inueniet? (Quis putas est ergo dispensator fide[illegible],) intẽtione. 1. Timo. 1. Fidelem me existimauit. Snbiũgitur. Sed ideo misericordiã consecutus sum, &c. Et Apoc. 2. Esto fidelis vsq; ad mortẽ. (Et prudẽs) in electione. Prouer. 14. Acceptus est regi minister intelligens

ecclici.3.c.

prou.1.a.

1.Cor.4.a

Ibidem.

pro.20.a.

1.Tim.1.c

prou.14.d

M.E.C.D.-2017

gens. Vnde Prouer.27. Diligẽter agnoſce vultum pecoris tui, tuoſq; greges conſidera. (Quem conſtituit dominus ſuper familiã ſuam,) per authoritatẽ cõmiſſam. Hebr.5. Nec quiſquã ſumit ſibi honorem, ſed qui vocatur à deo, quemadmodũ & Aaron, Pſal.2. Ego autem conſtitutus ſum rex ab eo ſuper Sion montẽ ſanctũ eius. (Vt det illis in tempore tritici menſuram:) cõmunicando ſanam doctrinam. Eccl'es.8. Tempus ad reſponſionẽ cor ſapientis intelligit, & cętera. Attendat etiam audientiũ capacitatẽ. Vnde dicit (menſuram.) Gregorius. Pro qualitate audiẽtium formari debet ſermo doctorũ, vt & ſua ſingulis congruenter tribuat, & tamen à cõmunis ædificationis arce nunquã recedat. Huius exemplũ habemus in Ioſeph, qui ad diſpenſandum frumentũ conſtitutus eſt ſuper terram Aegypti, Geñ.41. in quo fuit fidelitas & prudẽtia, authoritas & vigilantia ſeu diligentia. Et quia iſta fuerunt in ſanctis prælatis, Ideo euangeliũ iſtud decantatur in laudem confeſſorũ & pontificũ, qui in his quatuor præmiſſis cõmendabiles extiterũt. Et de his quatuor dicitur in gloſſa Bedæ, Quam rarus eſt domino propter dominũ ſeruiens, oues CHRISTI non ad lucrum ſed amorem CHRISTI paſcens, (Prudens) in futuro ſibi prouidens (Quem conſtituit dominus,) id eſt quã rarus qui ſit vocatus a deo tanquam Aaron, & nõ magis ſe ingeſſerit, & qui non magis ſe paſcat, quã oues. Vnde propter defectũ fidelitatis, Malach.1. Quis eſt in vobis qui claudat oſtia, & incendat altare meũ gratuito? Et Philip.2. Omnes quę ſua ſunt quęrũt, nõ quę IESV CHRISTI. Pauci etiam ſunt prudẽtes. Vnde Iſaię.24. Sicut populus, ſic ſacerdos: ſicut ſeruus, ſic dominus eius, & cæt. Et Oſeæ.4. Quia tu ſcientiã repuliſti, repellã te, ne ſacerdotio fungaris mihi. Pauci etiam ſunt diuinitus conſtituti, Ideo Oſeæ.8. Ipſi regnauerũt, & non ex me. Pauci ſimiliter vtilitati gregis intenti. Vnde Ezechie.34. Vę paſtoribus Iſrael, qui paſcebant ſemetipſos, nõne greges a paſtoribus paſcũtur? Lac comedebatis, & lanis operiebamini: quod craſſum erat occidebatis: gregẽ aũt meã nõ paſcebatis. Et ideo ſignãter pręmittit. (Quiſputas) propter raritatẽ & difficultatẽ & pretioſitatẽ qua tales excellunt in prerogatiua meriti.

prou.27.d
Hebr.5.a
pſalmo.2.
eccles.8.a
Gregorius
Gen.41.f
Beda.
¶Rara auis præ-latus fidelis & prudens.
Malac.1.a
philip.2.c
Iſaię.24.a
Oſeę.4.b
ezec.34.a

M.E.C.D. 2017

Secundo quantum ad præcellentiam præmij, subdit. (Beatus ille seruus, quem, cum venerit dominus, inuenerit ita facientem) Matthæi. 25. Euge serue bone & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, supra multa te cõstituam, &c̃. (Ita facientẽ,) id est, fideliter, prudenter, & vigilanter. secundũ illud. primę Petri quarto. Vnusquisq; sicut accepit gratiam, in alterutrũ illam administrantes, sicut boni dispensatores multiformis gratię dei. Et Chrysostomus. Hæc dicta sunt de sermone, de virtute, de pecunijs, & de omni dispensatione quæ vnicuiq; cõmissa est, vnũquẽq; enim ad cõmunem vtilitatem vti oportet his quę habet, siue sapientia, siue principatu, siue diuitijs, non ad nocumentum conseruorũ. Huius autem vsui gratiæ redditur perfectus fructus gloriæ. Vnde subdit. (Veré dico vobis, quoniã super omnia quæ possidet, constituet illum.) Beda, id est, supra omnia cœlestis regni gaudia, nõ vtiq; vt horũ solus dominiũ teneat, sed vt eius abundãtius cęteris sanctis æterna possessione fruatur, tum pro sua vita, tum pro sui gregis custodia. Vnde primæ Petri quinto. Pascite qui in vobis est gregem dei, prouidentes, nõ coactè, sed spontaneè secundum deum, &c̃. Sequitur. Et cum apparuerit princeps pastorum, percipietis immarcessibilem gloriæ coronã Vnde Chrysostomus. Bene agente populo vnusquisq; pro suo bono remuneratur. Sacerdos autẽ pro bonis omniũ, primæ Thessa. secundo. Quæ est nostra spes, aut gaudium, aut corona glorię? Nonne vos ante dominũ nostrũ Iesum Christum in aduentu eius? ¶ Quod si dixerit seruus ille, &c̃.) Postq̃ cõmendauit prælatorũ vigilantiã & prouidentiã seu curam. Hic vituperat insolentiã, quod quidẽ facit arguẽdo enormitatẽ peccati, & cõminãdo seueritatẽ iudicij. Primo ergo quantũ ad increpationẽ enormitatis peccati, ait.

Matt. 25 b

1 Pet. 4. b

Chrysost.

Beda.

1. Petr. 5. a

Chrysost.

1. thes. 2. d

Quod si dixerit seruus ille in corde suo. Morã facit dominus meus venire:) Glossa, id est. Si dissimulauerit iudicium in proximo [illegible]nturũ, securitatẽ sibi promittẽs, secũdum illud Ezech[illegible] Quod est prouerbiũ istud vobis in terra Israel dicentes. In longũ differentur dies, & peribit omnis visio. Et 2. Pet. 3. Veniẽt in nouissimis diebus in deceptione illusores, iuxta proprias cõcupiscentias ambulantes,

Glossa.

2. Petr. 3. a

M.E.C.D. 2017

bulantes, dicẽtes. Vbi eſt promiſsio aut aduentus eius? ex quo patres dormierunt, omnia ſic perſeuerant ab initio creaturæ. Et quoniã talis cogitatio parit ſecuritatẽ, & ſecuritas contemptũ, & cõtemptus iniquitatẽ. Ideo ſubdit.
« (Et cœperit percutere ſeruos & ancillas) ſcilicet paruulos ſcandalizando, cũ tamen deberet fouere verbo & exemplo. Propter quod Eſaię.3. Quare auertis populum meũ, & facies pauperum cõmolitis? Et hoc eſt graue peccatũ. Iſaię.3.c
1.Corinth.8. Peccantes in fratres, & percutiẽtes conſcien tiam eorũ infirmam, in CHRISTVM peccatis. Et maxime quãdo in paruulos peccant Matthęi.18. Qui ſcandalizauerit vnũ de puſillis iſtis qui in me credunt, expedit ei, &c. Et quia perfidię mater eſt concupiſcentia. Ideo ad- 1.Cor.8.d Matt.18.a
« dit. (Et edere & bibere & inebriari,) ſcilicet cœperit, faciẽ do voluntatem ſcilicet carnis, ſecundũ illud Eſaię.28. Sacerdos & propheta neſcierũt præ ebrietate. Et hoc maxime indecens eſt paſtoribus & prçlatis in quibus regnare debet ſpiritus ſapiẽtię & intellectus. Malachię.2. Labia ſacerdotis cuſtodient ſcientiã, & legẽ requirẽt ex ore eius. Iſaię.28.b Malac.2.b
Sed ediuerſo. Iſaiæ.56. Speculatores eius cæci omnes, neſcierunt vniuerſi, canes muti nõ valentes latrare, vidẽtes vana, dormiẽtes & amantes ſomnia. Et canes impudentiſsimi neſcierunt ſaturitatem. Iſaię.56.d

Secundo quãtum ad cõminationẽ ſeueritatis iudicij,
« adiungit. (Veniet dominus ſerui illius in die qua nõ ſpe-
« rat, & hora qua neſcit.) Deuter.25. Iuxta eſt dies perditionis, & adeſſe feſtinant tempora. Et Sophoniæ primo. Iuxta eſt dies domini magnus, iuxta eſt & velox nimis. Et licet ſit iuxta, tamen venit mundanis ex improuiſo. Vnde Eccleſiaſtes nono. Neſcit homo finem ſuum, ſed ſicut piſces capiuntur hamo, & ſicut aues laqueo comprehenduntur, ſic capiuntur homines tempore malo, cum eis extemplo ſuperuenerit. Et quia contemptoribus iudicis
c« graue imminet iudicium. Ideo ſubdit. (Et diuidet eum.)
ſcilicet à conſortio bonorum, ſecundum illud. Matthæi
vigeſimo quinto. Statuet oues quidẽ à dextris ſuis, hœ-
et dos autẽ à ſiniſtris. (Partẽq; eius cum infidelibus ponet)
quia ſc; iam iudicati ſunt. Ioan.3. Qui nõ credit, iam iudicato eſt: quia nõ credidit in nomine vnigeniti filij dei. Deut.32.e Soph.1.c Eccls.9.c Matt.25.c Ioan.3.b.

M.E.C.D. 2017

1.Tim.5.a Et hoc recte, quia.1.Timo.5.Si quis suorũ & maxime do-
mesticorum curã nõ habet: fidem negauit, & est infideli
psalm.10: deterior. Hæc pars est valde mala, secũdum illud Psalm.
10.Ignis & sulphur, & spiritus procellarũ, pars calicis eo-
Apo.21.c. rum. Et Apoca.21.Timidis autẽ & incredulis, & execratis
& homicidis, & fornicatoribꝰ, & veneficis, & idololatris,
& omnibus mendacibus pars illorũ erit in stagno arden
ti igne & sulphure, quod est mors secunda. Ex quo patet
q̃ ficut est magna merces bonorũ prelatorũ, ita & maxi-
Sapi.6.a. ma erit pœna reproborũ. Sapien.6.Iudiciũ durissimũ in
his qui præsunt. fiet. Exiguo enim conceditur misericor-
dia, potentes autem potenter tormẽta patientur.
¶Ille autem seruus qui cognouit, &c̃.) Postquàm inuita-
uit ad vigiliam & vituperauit insolentiam, hic tertio ag-
grauat negligentiã quod facit dupliciter scilicet ratione
maioritatis ĩcientię, & ratione authoritatis cõmissæ. Pri-
mo ergo quantum ad exaggerationem negligentiæ ra-
tione maioritatis scientiæ, dicit.
Ille autẽ seruus qui cognouit voluntatẽ domini sui,) »
1.Cor.8.a Per donum scientię. primę Corinth.octauo. Scientia in-
flat, charitas vero ædificat. Si quis autem se existimat sci-
re aliquid, nondũ cognouit quẽadmodum oporteat eũ
scire. (Et non se prąparauit,) ad suscipiendum donũ gra- »
prou.16.a tiæ. Prouerbiorũ decimo sexto. Hominis est animã præ-
1.Reg.7.a parare. Vnde primi Regũ septimo. Præparate corda ve-
stra domino. (Et non fecit secundum voluntatem eius,) »
Iaco.4.d. scilicet per vitium propriæ negligentiæ. Iacobi quarto.
Scienti bonum facere & non facienti, peccatum est illi.
(Vapulabit multis,) scilicet per seueritatẽ diuinæ senten- »
2.Pet.2.d. tiæ. Vnde secũdę Petri secũdo. Melius erat illi nõ cogno-
scere viam iustitiæ, quam post agnitionẽ, retrorsum con-
Rom.1.c. uerti, &c̃. Et Rom. primo. Qui cum cognouissent deum,
non sicut deum glorificauerunt, aut gratias ægerunt, sed
euanuerũt in cogitationibus suis, &c. Sequitur. Propter
quod tradidit illos deus in desideria cordis eorũ, in im-
munditiã. vt contumelijs afficiant corpora sua in semet-
Gregorio ipsis. Et ratio hui[illegible] est, quia dicit Gregorius. Vbi maius
est donum scientiæ, ibi transgressor maiori subiacet cul-
pæ. Nam ignorãtia pro parte excusat, Vnde subdit (Qui »
autem nõ

M.E.C.D. 2017

« autem non cognouit) per defectum notitiæ.(Et fecit di-
« gna plagis:)per cõmiſsionem culpæ,(vapulabit paucis,)
per mitigationem diuinæ ſententiæ. Et nota q; eſt igno- ¶Igno
rantia ſimplex,& hęc excuſat,ſecundum illud primę Ti- rantia
mothei primo. Miſericordiam dei conſecutus ſum, quia duplex.
ignorãs feci. Et infra.23.Pater,dimitte illis non enim ſci- 1.Tim.1.c
unt quid faciũt. Eſt & ignorãtia affectata, de qua Pſal.35. Infra.23.e
Noluit intelligere vt bene ageret, Tales grauiter punien pſalm.35.
tur. Vnde primæ Corinth. decimo quarto. Si quis igno- 1.Co.14 g
rat,ignorabitur,Et Oſeę quarto.Populus non intelligẽs Oſeę.4. d
vapulabit.Et hoc dicit Beda in Gloſſa,quia Prouerb.28. prou.28.b
Qui declinat aures ſuas ne audiat legẽ, oratio eius erit
execrabilis.Et pſal.57. Furor illis ſecũdũ ſimilitudinẽ ſer- pſalm.57.
pentis:ſicut aſpidis ſurdæ & obturãtis aures ſuas,&c.

Secundo quantũ ad aggrauationem negligentiæ ra-
« tione authoritatis cõmiſſę,dicit.(Quoniã autẽ cui mul-
« tum datum eſt,)ſcilicet in munere,(multum queretur ab
« eo,) in ratione reddende,Vnde Gregorius.Cum augen- Gregori9
tur dona,rationes etiam creſcunt donorum, Tanto ergo
humilior atq; ad ſeruiendum deo promptior debet quis
eſſe ex munere , quanto ſe obligatiorem eſſe conſpicit in
reddenda ratione. Infra decimo ſexto. Redde rationem Infra.16.a
« villicatiõis tuę. Vnde ſubdit.(Et cui cõmendauerũt mul-
« tum,) ſcilicet diuina iudicia vel pater & filius & ſpiritus
« ſanctus.(Plus petẽt ab eo,) ſcilicet in futuro iudicio vni-
uerſorum,Matthæi vigeſimo quinto. Poſt multum vero Matt.25.b
temporis venit dominus ſeruorũ illorum,& poſuit ratio
nem cum eis . Vnde a prælatis quibus cura ſubditorum
cõmiſſa eſt, requiret dominus non tantum animas pro-
prias,verum etiam animas cõmiſſas.Propter quod Heb. Heb.13.c.
decimo tertio.Obedite prępoſitis veſtris & ſubiacete eis,
ipſi enim peruigilant quaſi rationẽ pro animabus veſtris
reddituri.Nam vnicuiq; eorum dicitur illud,tertij Regũ 3.Re.20.g
vigeſimo. Cuſtodi virum iſtum : qui ſi lapſus fuerit, erit
anima tua pro anima illius.Et Ieren. decimo tertio.Vbi Iere .13.c.
eſt grex qui datus eſt tibi,pecus inclytum tuum? Quid di-
ces cum viſitauerit te? Tu enim docuiſti eos aduerſum
te,& erudiſti in caput tuum. Et ideo Actuũ vigeſimo di- Actu.20.f
cebat Paulus ad maiores natu eccleſiæ. Attendite vobis

M.E.C.D. 2017

& vniuerſo gregi, in quo vos ſpiritus ſanctus poſuit epiſcopos regere eccleſiam dei, quã acquiſiuit ſanguine ſuo

ezec.34.c Et Ezechielis triceſimo quarto. Ecce ego ipſe ſuper paſtores, requiram gregem meũ de manu eorum, & ceſſare eos faciam vt vltra nõ paſcant gregem, nec paſcant amplius p ſtores ſemetipſos.

¶Ignem veni mittere in terram, & cę.) Poſtquam excitauit ad vigilantiam ex conſideratione ſecundi aduentus.

¶Diuiſio Hic excitat ad conſiderationem primi aduentus. Et habet hæc, partes duas. In quarum prima oſtendendo primi aduentus efficaciam, excitat ad vigilantiam. In ſecun

Infr.eo.g da reprehendit Iudæorum deſidiam & negligentiã, Ibi. (Dicebat autem ad turbas.) In exprimendo igitur efficaciam primi aduentus ad ſolicitam vigilantiam, oſtendit ſe veniſſe ad tria, ſcilicet ad immittendum dilectionis incendium. Ad perficiendum paſsionis remedium. Et ad introducendum affectus carnalis diuortium. Primo igitur quantum ad immiſsionem incendij amoris per efficaciam aduentus primi, dicit.

Ignem veni mittere in terram.) Ignem ſcilicet diuini

Cant.8.b amoris, qui igni comparatur. Canticorũ octauo. Fortis

¶Quõ deus ignẽ ſui amoris in nobis accendat. eſt vt mors, dilectio: dura ſicut infernus, æmulatio. Lampades eius, lampades ignis, &c̃. Sed dilectio carnalis eſt ſicut ignis infernalis. Iob triceſimo primo. Ignis eſt vſq; ad perditionem deuorans. Et Eccleſiaſtici tertio. Ignem ardentem extinguit aqua, & cętera. Dilectio autem ſpiritualis eſt ſicut ignis cœleſtis. Threnorũ primo. De excelſo miſit ignem in oſsibus meis & cętera. Hunc mittit do-

Iob.31.b. minus cõmunicando doctrinam. Pſalm.118. Ignitum elo-

eccl'ci.3.d quium tuum vehementer, & ſeruus tuus dilexit illud. Et

Thre.1.e. Ieremiæ viceſimo tertio. Nunquid non verba mea quaſi

pſalm.118 ignis, dicit dominus, & quaſi malleus conterens petram?

Ierem.23.f Item infundendo gratiã, Deuteronomij quarto. De cœlo te fecit audire vocẽ ſuã vt doceret te, & in terra oſtendet tibi ignem ſuum maximũ. Item inflammando ad iuſtitiã. Eccleſiaſti[illegible]quadrageſimo octauo. Surrexit Elias

eccl'i.48.a propheta quaſi ignis, & verbum ipſius quaſi facula ardebat. Vnde, quia in ipſo erat ignis diuini zeli. De quo Sophonię tertio. In igne zeli mei deuorabitur omnis terra.

Soph.3.b

Ideo

M.E.C.D. 2017

Ideo merito ad verbum ipſius ignis de cœlo deſcendit
ſuper ſacrificium.tertij Regum decimooctauo. Et ſuper 3.Re.18.f.
principem quinquagenarium.quurti Regum primo.Si 4.Re.1.b.
homo dei ſum,deſcendat ignis de cœlo,& deuoret te, &
quinquaginta tuos,& cætera. Et quoniamhic ignis fru-
« ſtra mittitur niſi accendatur, ideo ſubdit: (Et quid vo-
« lo, niſi vt accendatur?) Hunc accendit meditatio bene-
ficiorum præſentium, pſal.trigeſimo octauo.Concaluit pſalm.38
cor meum intra me,& in meditatione mea exardeſcet i-
gnis.Et Infra.24. Nonne cor noſtrum ardens erat in no- Infr.24.c.
bis?& cętera. Item rememoratio præteritorum. Leuit.6. Leui.6.b
Ignis in altari ſemp ardebit,quem nutriet ſacerdos ſub-
iiciens ligna mane per ſingulos dies,& cætera. Item per
præmeditationem futurorum promiſſorum.Prouerbio- pro.30.2.
rum trigeſimo.Omnis ſermo dei ignitus,clypeus eſt ſpe-
rantibus in ſe.

¶Secundo quãtum ad perfectionem remedij paſsionis,
« ſubditur: (Baptiſmo autem habeo baptizari.) Nota,q̃
paſsio CHRISTI dicitur baptiſmus, quia in eius ſan-
guinem purificamur, quaſi in lauacro baptiſmali. Apo- Apoc.7.d
cal.7.Hi ſunt qui venerunt de tribulatione magna,& la- Hebr.9.d
uerunt ſtolas ſuas, in ſanguine agni.Hebræo.9. Si ſan-
guis hircorũ & taurorũ,& cinis vitulę aſperſus,inquina-
tos ſanctificat ad emundationem carnis: quanto magis
ſanguis CHRISTI, & cæte. Emundabit conſcientiam
noſtram ab operibus mortuis ad ſeruiendum deo viuen
ti?Hoc baptiſmate fuit CHRISTVS baptizatus, quia
totum corpus eius fuit hoc ſanguine rubricatum. Iſaiæ Iſaię.63.2
ſexageſimo tertio. Quis eſt iſte qui venit de Edon, tin-
ctis veſtibus de Boſra? Et poſt quæritur. Quare ergo ru-
bum eſt indumentum tuum,& veſtimenta tua ſicut cal-
cantium in torculari? & cætera. Et nota, quòd paſsio ¶Paſsio
CHRISTI comparatur baptiſmo, ſicut hic: quia fuit domini
vniuerſalis. Pſalm.octogeſimo ſeptimo. Omnes fluctus quibuscõ
tuos induxiſti ſuper me. Item co[illegible]paratur calici. Mat- paretur.
thæi vigeſimo ſexto. Pater mi, ſi [illegible]ſsibile eſt, tranſeat à pſalm.87.
me calix iſte: quia voluntaria. Matthæi vigeſimo. Pote- Matt.26.d
ſtis bibere calicem, quem ego biberturus ſum? Item,quia Ibidẽ 20 c
acerbiſsima, & grauis, compaſatur torculari. Iſaiæ. 63. Iſaię.63.2

M.E.C.D. 2017

Torcular calcaui ſolus, & de gentibus non eſt vir mecũ.
Hoc ergo baptiſmo CHRISTVS baptizatus eſt, non
pro indigentia neceſsitatis, ſed pro abundantia charita-
tis, ideo ſubdit: (Et quomodo coarctor, vſq; dum perfici- »
atur.) Scilicet per amorem qui habet cordis dominium. »
ephes. 2.a Epheſ. 2. Deus qui diues eſt in miſericordia, propter ni-
miam charitatem ſuam qua dilexit nos, & cum eſſemus
mortui peccatis, conuiuificauit nos in CHRISTO, &c.
¶Chari- Et nota, quòd amor coarctat per violentiã attractiuam.
tas. Ioã. 3. Sic deus dilexit mundum vt filium ſuũ vnigenitũ
Ioan. 3.b. daret. Iere. 31. In charitate perpetua dilexi te, ideo attra-
Iere. 31.a xi te, miſerans tui. Vnde Hugo. Magnã vim habes chari
Hugo. tas, tu ſola deum trahere potuiſti de cœlo ad terras, ęque
forte vinculum tuũ quo & deus ligari potuit, & hoc liga
tus vincula iniquitatis deſtruxit. Neſcio quid maius in
tuã laudem dicere poſſum, q̃ quòd deũ de cęlo ad terram
traxeris, & hominem de terra ad cęlum ſubleuaueris. Vn
Oſeę. 11.a de. Oſeæ. 11. In funiculis Adam trahã eos in vinculis cha
pſalm. 118 ritatis. Itẽ dilatat per beneuolentiam diffuſiuã. Pſal. 118.
2. Cor. 6.c Latum mandatum tuum nimis. 2. Corin. 6. Cor noſtrum
dilatatum eſt. Item, eleuat per adhærentiam exceſsiuam
Cant. 8.a Cã. 8. Quę eſt iſta quę aſcẽdit de deſerto, deliciis affluẽs?
Ioan. 4.b & c̃. Ioã. 4. Qui biberit, & c̃. fiet in eo fons aquę ſalientis
in vitã ęternã. Item, inclinat per cõdeſcendentiã dignati
Gala. 2 d uam. Gal. 2. Qui dilexit me tradidit ſemetipſum pro me.
ephes. 3.d Propter iſta quatuor dicitur, Ephe. 3. In charitate radica
ti & fundati, vt poſsitis cõprehendere cũ omnibus ſan-
ctis, quæ ſit latitudo, & longitudo, & ſublimitas, & pro-
fundum, & c. Et quoniã hæc charitas oſtenſa fuit in paſ-
ſione perfectè. Ideo dicit: (Vſque dũ perficiatur?) Scilicet »
Apoc. 1.b in effuſione ſanguinis. Apoc. 1. Dilexit nos & lauit nos à
1 Ioan. 3.c peccatis noſtris in ſanguine ſuo. Et 1. Ioan. 3. In hoc co-
gnouimus charitatem dei, quoniam ille animam ſuam
pro nobis poſuit. Et hoc erat quod CHRISTVS in cru
Ioã. 19.e.f ce ſitiebat. Ioan. 19. Sciens IESVS quia omnia iam con
ſummata ſunt, vt cõſummaretur ſcriptura dicit: Sitio,
& c̃. Sequitur: Cum ergo accepiſſet IESVS acetũ, dixit:
Conſummatũ eſt. Et inclinato capite tradidit ſpiritum.
Tertio quantum ad introductionem diuortij affectus
carna-

M.E.C.D. 2017

« carnalis,ſubiungit,(Putatis quia pacem veni mittere in
« terram,)Pacem ſcilicet terrenam. Nam hanc non venit
dare,ſed tollere quia hæc eſt pax mala, de qua. Iſaiæ.28. Iſaiç.28.d
Percuſsimus fœdus cũ morte,& cum inferno fecimus pa
ctum.Hanc pacem vir iuſtus reprobat in pſal.72. Zelaui pſalm.72.
ſuper iniquos,pacem peccatorũ videns. Quia talis pax,
eſt pax praua. Deu.29.Pax erit mihi,& ambulabo in pra Deut.29 c
uitate cordis mei,Eſt pax falſa. Ier.6. Curabant contri- Ierem 6.d
tionem filiæ populi mei cum ignominia, dicentes: Pax
pax,& non erat pax. Eſt pax momentanea.1. Teſſalo.5. 1.Theſ.5a
Cum enim dixerint,pax & ſecuritas:tunc repentinus eis
ſuperueniet interitus. Eſt pax deceptoria.Ieremiæ.9. In Ierem.9.c
ore ſuo pacẽ cũ amico ſuo loquitur,& occultè ponit ei in
ſidias. Eſt pax turbatiua.Iſa.38.Ecce, in pace amaritudo Iſaiç.38.d
mea amariſsima.Eccle.41. O mors quàm amara eſt me- eccl'i.41.a
moria tua homini(videlicet diuiti) pacẽ habenti in ſub-
ſtantijs ſuis.Hęc pax eſt inimica veræ paci.Nam CHRI-
STI pax, eſt pax bona.Supra.2.In terra pax hominibus Supr.2.b
bonæ voluntatis.Ideo Apoſtolus.Rom.1. Gratia vobis Rom.1.a
& pax.Eſt pax vera.Rom.14.Non eſt regnum dei eſca,& Rom.14 c
potus,ſed iuſtitia, & pax, & gaudium in ſpiritu ſancto.
Eſt pax permanſiua.Ioann.14.Pacem relinquo vobis,pa Ioan.14 d
cem meam do vobis, non quomodo mundus dat, ego
do vobis. Eſt pax directiua Supra primo.Per viſcera mi- Supr.1.g.
ſericordiæ dei noſtri ,in quibus viſitauit nos. Sequi-
tur:Ad dirigendos pedes noſtros in viam pacis.Eſt pax
Conſolatoria. Ioã.16. Vt in me pacem habeatis.In mun Ioan.16 d
do preſſuram habebitis,& c̃.Et ad Phili.4. Pax dei quæ philip.4b
exuperat omnem ſenſum, cuſtodiat corda veſtra , & in-
telligentias veſtras. Quoniam ergo hæc pax per omnia
contrariatur paci mundanæ.& contraria ſimul eſſe non
poſſunt.Ideo non poteſt introduci ab authore pacis,ni-
« ſi per diſſolutionem huius fictæ pacis,ideo ſubdit:(Non
« dico vobis:) Id eſt, aſſero vobis, quòd non veni pacem
dare,ſed ſeparationem,ſecundum illud.Iſaiæ.52.Recedi- Iſaiæ.52.c
te,recedite, exite inde,pollutum ne tetigere.Et ſecũ-
dæ Corinthior.ſexto. Exite de medio eorum, & ſepara- 2.Cor.6.d
mini,dicit dominus:Et Matthæi decimo: Veni enim ſe- Matt.10d
parare hominem aduerſus patrem ſuum,& cæt.Et ratio
huius

Ibidem. huius est: quia dicitur, ibidem: Qui amat patrem aut matrem plusquam me, non est me dignus. Et ideo Infra
Infra.14.f decimoquarto. Si quis venit ad me, & non odit patrem suum, aut matrem, & vxorem, & filios, & fratres, & sorores, adhuc autem & animam suam, non potest meus esse discipulus. Et propterea subdit (Erunt enim ex hoc quinque in domo vna diuisi.) Id est, ab affectu carnali separati. Et secundum illud
Deut.33.b Deut.33. Qui dixerit patri suo, & matri suæ, nescio vos: & fratribus suis, Ignoro illos: & nescierunt filios suos. Hi custodierunt eloquium tuum, & pactum tuum seruauerunt. Et subdit modum diuisionis: (Tres in duos, & duo in tres diuidentur, & cæt.) Id est, personæ, quæ maximè videntur per carnem coniunctæ, per spiritum charitatis erunt à carnali amore seiuncte. Nec mirum si hoc fiat per verbum diuinum. Quia
Hebr.4.c Hebræorum.4. Viuus est sermo dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, & pertingens vsque ad diuisionem animæ ac spiritus, compagum quoque ac medullarum, & discretor cogitationũ, & c̃. Et subdit modũ & exemplum: (Pater in filium, & filius in patrem suum.)
Chryso. Scilicet diuidentur. Chrysostomus: Solus Deus animarum pater est. Carnalibus patribus præbet carnis obsequium: Spirituali patri animæ sanctitatem. Nec tantum hoc erit in sexu virili, verum etiam in muliebri: Ideo subdit: (Mater in filiam, & filia in matrem, socrus in nurum suã, & nurus in socrum suam:) Et nota, quòd quinque personas præmisit dominus, & sex necessitudines posuit, patris & filij, matris & filiæ, nurus & socrus: quia vna persona est mater, & socrus. Et ponit duos viros, & tres mulieres. siue quia mulieres magis pronæ sunt ad diuisionem, propter earum instabilitatem. siue quia plures sunt effœminati, & carnales quàm spirituales. Vnde
1.Cor.11.g primæ Corint. vndecimo. Ideo inter vos multi infirmi & imbecilles, & dormiunt multi. Ad literam ita factum
Beda. est, sicut dicit, post [illegible]is prædicationem. Vnde Glossa Bedæ: Post baptismã passionis, post aduentum ignis, totus orbis contra se diuisus est, vnaquæque domus habuit fideles & infideles: His contra fidem, illis pro fide
Zacha.8. pugnantibus. Secundum illud, Zachariæ octauo. Neque in

M.E.C.D. 2017

que introeunti, neque excunti erat pax præ tribulatione, & dimisi omnes homines vnumquenque contra proximum suum: Et Ecclesiastici trigesimotertio. Intuere omnia opera altissimi: Duo contra duo, & vnum contra vnum. Matthæi decimo. Tradet frater fratrem in mortem, & pater filium, & insurgent filij in parentes, & morte eos afficient. ecclı.33.b Mat.10.c

¶Spiritualiter quilibet homo est domus, vel dei, vel diaboli, secundum quod est in eo pax mala, quæ est peccati, cuius diabolus est pater. Ioannis octauo. Vos ex patre diabolo estis. Caro autem est nurus, & mater. Ezechielis decimosexto. Pater tuus Amorrhæus, & mater tua Cethæa, id est, garrula. Tunc autem diuiditur filius contra patrem, & matrem, & socrum: quando carnis relinquit desideria, & renunciat diabolo, & pompis eius, & ab eis diuiditur per baptismum. Vnde psalmo vigesimo sexto. Quoniam pater meus, & mater mea dereliquerunt me· dominus autem assumpsit me. Ad istam diuisionem faciendam, oportet nasci denuo. Ioannis tertio. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, nõ potest introire in regnum dei. Ignis enim diuini amoris & baptismus tam flaminis, quàm fluminis & sanguinis omnes diuidit à domesticis inimicis, & hæc est efficacia aduentus primi. ¶Spiritualiter. Ioan,8.f. ezec.16.a psalmo.26

¶Dicebat aũt & ad turbas, Cum videritis nubem orientem ab occasu, & cætera.) Postquam excitauit ad vigilantiam, hic secundo arguit negligentiam, quæ de gratia CHRISTI venientis non curat. Et habet hæc pars duas. In quarum prima parte redarguit negligentiam respectu gratiæ cognoscendæ. Secundo vero, respectu pœnitentiæ faciendæ, ibi· (Aderant autem quidam ipso tempore.) Nam CHRISTVS venit ad gratiam conferendam, & pœnitẽtiam prædicandam. Negligentiam autem respectu gratiæ cognoscendæ redarguit propter tria Scilicet, propter commonitionem exterioris iudicij, interioris iudicij, & superioris edicti. Primo ergo quãtum ad commonitionem exterioris iudicij, propter quam negligentia cognoscendi est reprehensibilis, dicit. Ioann.3.a Infra.19.a

¶ Dicebat aũt & ad turbas: Cũ videritis nubem orientẽ ab occa-

ab occaſu,ſtatim dicitis.Nimbus venit.)id eſt,imber pluuię.(Et ita fiet.) quia hoc eſt ſignũ cũ cœlum nube operitur,quod terris pluuia prępararetur.Pſal.146.Qui operit cœlũ nubibus,& parat terræ pluuiã.(Et cũ auſtrũ flantẽ, dicitis:Quia ęſtus erit,& ita fit.)Iob.37.Nonne veſtimẽta tua calida ſunt, cum perflata fuerit terra auſtro?Et quia ex his ſenſibilibus manuducitur homo ad intelligentiã (quę illi conſiderare negligebãt)ideo ſubdit.(Hypocritę faciem cœli & terrę noſtis probare:hoc autem tẽpus quo modo nõ probatis?)Ideo eos dicit hypocritas,quia magis profitebãtur notitiã ſcripturarũ ſicut Catholici,quã naturarũ & ſtellarũ ſicut aſtrologi.Et tamen magis intẽdebãt iſtis quàm illis. Et hoc eſt hypocriſis in Chriſtiano, ſcilicet magis ſolicitari circa naturalia, quàm circa gratuita. Vnde Auguſtinus. Laudabilior eſt animus cui nota eſt propria infirmitas, quàm qui cœlorũ cõſtellationes & terrarũ fundamẽta ſcrutatur. Ideo.Eccl'i.3. Quæ pręceperit tibi deus cogita illa ſemper & in pluribus operibus eius ne fueris curioſus.Illi ergo ſunt reprehẽſibiles qui ſoliciti ſunt cõſiderare tempus huius pluuię, & negligũt conſiderare tẽpus gratię: maximè cũ per hęc ſenſibilia manuduci poſſunt ad ſpiritualia, vnde reliquerãt patriã propter viam & faciem domini propter eius veſtigia Auguſti. Contra quos Auguſtinus in ſecundo de libero arbitrio. Vę his qui reliquerũt te ducẽ & oberrãt in veſtigijs tuis. qui nutus tuos pro te amãt,& obliuiſcũtur quid innuas

¶Spiritualiter. ¶Propter quod intelligendũ quòd nubes inſinuat ſanguinẽ CHRISTI.Iſai.19.Dominus aſcendet ſuper nubem leuẽ,& ingredietur Aegyptũ.Apparitio nubis ab occaſu, deſignat carnẽ CHRISTI reſurgentem & aſcendentem.Pſal.67.Qui aſcendit ſuper occaſum· Dominus nomẽ illi.Deſcenſus nimbi & pluuię deſcenſum ſpiritus ſancti poſt CHRISTI aſcenſionẽ deſignat.3.Re.18.Nubecula parua quaſi veſtigiũ hominis aſcẽdebat de mari. Subditur:Et facta eſt pluuia grandis.Per auſtrũ flantem flatus ſpiritus ſancti veniẽtis in diſcipulos.Can.4.Surge aquilo,& veni auſter,per hortũ meũ. Hoc factũ eſt Act.2. quãdo factus eſt repente dè cœlo ſonus, tanq̃ aduenientis ſpiritus vehementis.Per æſtum ſubſequentem feruor intelli-

Iob.37.c.
Auguſti.
eccl'ci.3.c
Auguſti.
Iſaię.19.a
pſalm.67.
3.Re.18.g
Cant.4.d
Actu.2.a

M.E.C.D. 2017

telligitur charitatis,qui omnes meſſes eccleſię maturauit
Prouer.10.Qui congregat in meſſe,filius ſapiens eſt:qui autem ſterilit æſtate,filius confuſionis. pro.10.a

¶Moraliter autem per nubem venientem ab occaſu intelligitur dolor cõpunctionis ex memoria mortis naſcẽs Per nimbum intelligitur imber lachrymarũ. Per auſtrũ flantem deuotio lætificans. Per æſtum deuotio inflammans. Tob.3. Poſt tempeſtatẽ tranquillum facis, & poſt lachrymationem & fletum, exultationẽ infundis. Vnde is eſt ordo deſcen ſus gratiæ in cor noſtrum,quia primo homo conſiderat finem ſuũ & mortem & deinde cõcipit dolorem,poſt hæc prorũpit in lachrymas, deinde ſentit conſolationem tandem inflammatur ad dilectionẽ. Vn- ¶Moraliter. Tobi.3.d
Supra.7. De pœnitente peccatrice dicitur, q̃ ſtans retro ſecus pedes domini,lachrymis cœpit rigare pedes eius,& vnguento vngebat,& cæt. Supra.7 e

Secũdo quantũ ad commonitionẽ interioris iudiciĩ, ſubditur: (Quid aũt & à vobis ipſis non iudicatis quod « iuſtũ eſt?) Quaſi dicat: Et ſi negligitis exteriorẽ cõmonitionẽ nõ negligitis interiorẽ. Vnde Eccl'.31.Intellige quæ ſunt proximi tui ex teipſo,id eſt, ex tuo naturali iudicatorio.Inſertum eñ eſt homini naturale iudicatorium per quod dirigitur ad videndum,& eligendum.Pſalm.4.Signatum eſt ſuper nos lumẽ vultus tui domine.Et Iſa.46. Redite prẽuaricatores ad cor:ibi enim dictatur,quod iuſtũ eſt.Et inter oĩa quæ iuſta ſunt,hoc dictat ratio naturalis quæ dixit Antiochus.2.Machab.9.Iuſtum eſt ſubditum eſſe deo, & mortalem hominem non paria deo ſentire.Hoc ergo potiſsimè eſt iuſtum quod debet iudicare quilibet, ſcilicet deum eſſe colendum, & CHRISTVM honorandum, & ſpiritus ſancti donum cum reuerentia ſuſcipiendum. Quia Ioannis .5. Qui non honorificat filium,non honorificat patrem,& c.Iuſtum eſt etiam iudicare quòd deus iudicabit orbem terrarũ in æquitate, & ſeipſum iudicando debet prae:enire illud iudicium, quia.1. Corinthi.11.Si noſmetipſos diiudicaremus:non vtique iudicaremur. Vnde conſcientia naturaliter remurmurat & ipſa teſtatur,quòd mala noſtra non remanebũt inulta,Et ideo ex ipſa debemus ſolicitari ad diuinam gratiam ecclſti.31.b pſalmo.4 Iſaiæ 46 c 2.Mac.9 b Ioann.5d 1.Cor.11g

tiam

Rom.12.c tiam promerendam: Rom.2. Cum gentes quæ legem nõ habẽt, naturaliter ea quę legis sunt faciũt. Eiusmodi legẽ nõ habentes, ipsi sibi sunt lex, qui ostẽdũt opus legis scrĩptum in cordibus suis, testimonium reddente illis conscientia ipsorum & cætera.

Tertio quantũ ad cõmonitionẽ superioris edicti. subdit. (Cum autem vadis cũ aduersario tuo ad principẽ, in via.) Beda. Aduersarius noster in via est sermo dei cõtrarius nostris carnalibus desiderijs, in præsenti vita, princeps noster est CHRISTVS. Isa. 32. Princeps, ea quæ digna sunt principi cogitabit. Ad hũc principẽ sermo Dei dirigit nos triplici via. scilicet innocentiæ. De qua Psal. 100. Ambulãs in via immaculata, hic mihi ministrabat. Via pœnitẽtię. Exo. 8. Viã triũ dierũ pgemus in solitudinẽ Via sapiẽtiæ. Proue. 4. Viã sapiẽtiæ mõstraui tibi, & duxĩ te per semitas æquitatis &c. Has vias petebat prophetа demõstrari sibi dicẽs. psal. 24. Vias tuas domine demõstra mihi. & semitas tuas edoce me. Has aũt ostẽdit exẽplo Ioan. 4. Ego sum via, & veritas. & vita. Ostẽdit verbo. Isai. 30. Erũt oculi tui vidẽtes præceptorẽ tuũ, & aures tuę audiẽt verbũ post tergũ monẽtis. Hæc est via, ambulate in ea. Ostẽdit etiã dono diuinitus inspirato. Sapi. 10. Iustũ deduxit dominus per vias rectas. & ostẽdit illi regnũ dei

Beda.

Isaię. 32. b

¶Sermo diuinus tripliciter ad Chrm nos dirigit.

psalm. 100

exodi. 8. f

prou. 4. b

psalm. 24.

Ioan. 14. a

Isaię. 30. c

Sapi. 10. b

Quoniã ergo sermo dei dirigit nos per viã rectam per quam carnalitas ire recusat, & ratio magis debet credere verbo dei, quã suggestioni carnali, ideo subdit. (Da operã liberari ab illo.) Implẽdo præcepta, declinãdo prohibita, sperãdo promissa, & timẽdo cõminationes, qui hæc facit, securus est ab aduersario. Eccli. 36. Extolle aduersarĩũ, & affligе inimicũ. Qui enim verbũ diuinũ extollit, inimicũ, id est carnẽ mundũ & diabolũ affligit. Vnde Beda. Cũ in hac vita præparas te ad placitã faciẽ iudicis videndã, quãuis sermo dei sit cõtrarius tuæ carni, tamẽ eo vtere sicut custodia data tibi in hoc itinere, ne cõtẽptus te accusẽt. Ideo subdit: [illegible]e forte trahat te ad iudicẽ.) scilicet CHRISTVM. Act. 10. Ipse est qui cõstitutus est à deo iudex viuorũ & mortuorum &c. (Et iudex tradat te exactori.) Id est diabolo, qui exegit peccata. Iob. 3. Non exaudierũt vocem exactoris. (Et exactor mittat te in carcerem.

eccli. 36. b

Beda.

Actu. 10g

Iob. 3. c

M.E.C.D. 2017

cerem.) Scilicet infernalem, Isai.24: Congregabuntur in congregatione vnius fascis in lacum, & claudentur ibi in carcere, quia pœna ista est irremediabilis, propterea subiungitur. (Dico tibi, non exies inde. donec nouissimum minutum reddas,) Id est, nunquam, quia nunquã reddes. Beda: Reddit semper pœnas pro peccatis patiendo, sed nunquam veniam assequendo. Vnde donec, non ponit hic terminum, sicut nec ibi psalm.109. Dixit dominus domino meo, sede à dextris meis: donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Augustinus. Donec, non terminum pœnæ significat, sed semper solues & nunquam persolues. Et dicitur soluere nouissimum minutum, quia non tantum pro magnis, sed etiam pro minoribus reprobi puniuntur. Vnde Chrysostom: Si semel condemnatus missus fueris in carcerem, iam non solum pro grauibus peccatis, sed etiam pro verbo otioso quod locutus es, exigentur à te supplicia. In hæc supplicia precipitantur, qui non custodiunt diuina verba, quę mittũt hominem ad diuinam gratiam & ad CHRISTVM. Vnde Ioan .5. Scrutamini scripturas, quia vos putatis in ipsis vitam æternam habere. Et illæ sunt quæ testimonium perhibent de me. Ex his igitur apparet. quòd negligentia hominis ad Dei gratiam cognoscendam & suscipiendam est inexcusabilis, pro eo, quòd ad illam commonitione triplici excitatur, scilicet per librum creaturæ, conscientiæ, & scripturæ, quasi per tres testes, quorum vnus exterior, alter interior, tertius superior. Qua propter sicut dicitur. Hebræos.2. Abundantius oportet obseruare nos ea quę audiuimꝰ, ne forte pereffluamus. Si enim qui per angelos dictus sermo, factus est firmus & omnis præuaricatio & inobedientia accepit iustam mercedis retributionem, quomodo nos effugiemus. si tantam neglexerimus salutem?

Isaię.24.d

Beda.

psalm.109

Augusti.

Chrysos.

Ioann.5.f

¶Triplicī cõmonitione suscitamur ad Dei gratiam tũ cognoscẽdã. tũ suscipiendam. Hebrs: .2

PRIORIS PARTIS FINIS.

M.E.C.D. 2017

S. Egredimini, filiæ Jerusalem, videte
regem Salomonem in diademate, quo coronavit
illum mater sua in die desponsationis illius,
et in die lætitiæ cordis ejus.

Veniens a Libano, amica mea, veniens, veniens:
coronaberis de capite Amana, de vertice Sanir et Hermon,
de cubilibus leonum, de montibus pardorum.

Vulnerasti cor meum, soror mea sponsa, vulnerasti cor meum
in uno oculorum tuorum, et in uno crine colli tui.

Quam pulchra facta es dilecta mea, quam pulchra facta es!
Oculi tui columbarum absque eo quod intrinsecus latet.
Capilli tui sicut greges caprarum, quæ ascenderunt de monte Galaad.
Dentes tui sicut grex tonsarum, quæ ascenderunt de lavacro,
omnes gemellis fetibus, et sterilis non est inter eas.
Sicut vitta coccinea labia tua, et eloquium tuum dulce.
Sicut fragmen mali punici ita genæ tuæ absque eo quod intrinsecus latet.
Sicut turris David collum tuum, quæ ædificata est cum propugnaculis:
mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium.
Duo ubera tua sicut duo hinnuli capreæ gemelli, qui pascuntur inter lilia.
Donec aspiret dies, et inclinentur umbræ, vadam ad montem myrrhæ,
et ad collem thuris.
Tota pulchra es, amica mea, et macula non est in te.
Veni de Libano, sponsa mea, veni de Libano, veni,
coronaberis de capite Amana, de vertice Sanir et Hermon,
de cubilibus leonum, de montibus pardorum.
Vulnerasti cor meum, soror mea sponsa, vulnerasti cor meum
in uno oculorum tuorum, et in uno crine colli tui.
Quam pulchra facta es dilecta mea, quam pulchra facta es!
Oculi tui columbarum absque eo quod intrinsecus latet.
Capilli tui sicut greges caprarum, quæ ascenderunt de monte Galaad.
Dentes tui sicut grex tonsarum, quæ ascenderunt de lavacro,
omnes gemellis fetibus, et sterilis non est inter eas.
Sicut vitta coccinea labia tua, et eloquium tuum dulce.
Sicut fragmen mali punici ita genæ tuæ absque eo quod intrinsecus latet.
Sicut turris David collum tuum, quæ ædificata est cum propugnaculis:
mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium.
Duo ubera tua sicut duo hinnuli capreæ gemelli, qui pascuntur inter lilia.
Donec aspiret dies, et inclinentur umbræ, vadam ad montem myrrhæ,
et ad collem thuris.
Tota pulchra es, amica mea, et macula non est in te.
Veni de Libano, sponsa mea, veni de Libano, veni,
coronaberis de capite Amana, de vertice Sanir et Hermon,
de cubilibus leonum, de montibus pardorum.
Vulnerasti cor meum, soror mea sponsa, vulnerasti cor meum
in uno oculorum tuorum, et in uno crine colli tui.
Quam pulchra facta es dilecta mea, quam pulchra facta es!
Oculi tui columbarum absque eo quod intrinsecus latet.
Capilli tui sicut greges caprarum, quæ ascenderunt de monte Galaad.
Dentes tui sicut grex tonsarum, quæ ascenderunt de lavacro,
omnes gemellis fetibus, et sterilis non est inter eas.
Sicut vitta coccinea labia tua, et eloquium tuum dulce.
Sicut fragmen mali punici ita genæ tuæ absque eo quod intrinsecus latet.
Sicut turris David collum tuum, quæ ædificata est cum propugnaculis:
mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium.
Duo ubera tua sicut duo hinnuli capreæ gemelli, qui pascuntur inter lilia.
Donec aspiret dies, et inclinentur umbræ, vadam ad montem myrrhæ,
et ad collem thuris.
Tota pulchra es, amica mea, et macula non est in te.

El varon mas indomito y magnanimo
un mugeril Regalo intimo, y cadevo
Lomesticu, adorna, y pusilamimo,
y de agoe y fuego, Rustico, y pavido;
no aprouecha valor, mente, ni animo,
ninguno consejo cobra util, ni valido:
los debilitan ansias debiles, y frageles
son para qualquier mal grandes, y agiles.

M.E.C.D. 2017

M.E.C.D. 2017

M.E.C.D. 2017

M.E.C.D. 2017

M.E.C.D. 2017

D. BONAVEN

In Euang Lu

I.

137

M.E.C.D. 2017